UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

Visual Library

# APRILIS.

## *DE SACROSANCTA SOLENNItate glorioſæ reſurrectionis IESV CRISTI Seruatoris Noſtri: ex R.P. Friderico Nauſeo Antiſtite Viennenſi.*

Homil 39.1 Cen: & Homil. 30.4 Cen:

QVOD olim longis ante temporibus Deus ille Opt.Max. ideóq; omnipotens, in noſtram ſpem & conſolationem in dilecto filio ſuo vnigenito Ieſu Chriſto, Domino & Redemptore vnico, futurum per ſcripturam, per figuram, & naturam prædici curauit; hac ſolemni & glorioſa, & ea quidem tertia poſt eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti amariſſimæ & innocentiſſimæ mortis ac paſſionis die, in eodem vnigenito ipſi⁹ filio, Domino noſtro Ieſu Chriſto ſumma cum gloria, lætitia & ſalute cópletũ eſt. Iohan.1.18. Siquidem hac die poſt paſſionis ſuæ tertia, morte ſuperata Dominus noſter Ieſus Chriſtus ex ſepulchro, à morte, virtute propria mirabiliter reſurrexit; nos per eandem ſuam mortem & reſurrectionē viuificãs. Id quod per Prophetã fore ſolabiliter prędictum eſt; Venite, inquit, reuertamur ad Dominum, quia ipſe ſanabit & curabit nos; viuificabit nos poſt duos dies, & in tertia die ſuſcitabit nos, & viuemus in cóſpectu eius: quod etiamnũ fore prædixit figura in Iona; Sicut enim (inquit ipſe dominus) fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Accedit & natura mirabilis in Pellicano volucre; idipſum, naturæ creatore, diſpoſitore, Oſeæ 6. Matt.12. Lucæ 11. Ionæ.2.

Naturalia Pellicani.

mirabiliter præſignificans. Siquidem tradunt ſcriptores, qui de naturis animalium ſcriptitârunt, Pellicanum auem eſſe in ſolitudine AEgypti, maximè apud Nili flumen; & illam ſuos tam ardere pullos, vt ſi illos in nido inueniat à ſerpente occiſos & mortuos, incipiat per triduum miſerè dolere, & ſua latera ad corpora mortuorũ præ dolore & amore excutere; & deniq; ſeipſam grauiter vulnerare, ſuumq; ſanguinem ſuper pullos fundere: quo perfuſi reuiuiſcãt mox cum gaudio pullj, matreque ipſa ſalua & exultante. ita nimirũ in Chriſto Ieſu hodie ſcriptura, figura, & natura, reipſa prorſus veritatj eſt reddita.

Præclara ſimilitudo Chriſti cum Pellicano.
Oſeæ. 6.
Apocal. 16.
1 Timot. 6.
Roman. 4.

Quis enim (vt à primo exordiamur) eſt ille Domin⁹ ad quem reuerti ſe dixerunt patres, qui eos poſt 2 dies eſſet viuificatur⁹, & die tertia ſuſcitaturus? Sanè Dominus eſt Ieſus Chriſtus, altiſſimi filius qui dominus virtutum & dominator eſt dominãtium, & Rex Regum; qui duobus diebus .ſ. paſſionis & mortis, eos & nos omnes ſua paſſione & morte viuificauit, & die tertia reſurrectionis ſua reſurrectione ſuſcitauit; quandoquidem qui peccato mortui fuêre & dormientes Chriſtus verè viuificauit & ſuſcitauit .i. iuſtificauit morte ſua & reſurrectione, Apoſtolo dicẽte: Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Quis vero in veritate Ionas eſt? Certe idem Dominus Iheſus; ſeipſum alibi exponens: Quemadmodum enim Ionas vltrò ſe in mortem tradidit, & exceptus eſt à bellua marina, fuitq; in ventre illius tribus diebus & tribus noctibus; mox deſperatus ab omni auxilio Dei redditus eſt viuus; Ita quoq; ipſe Dominus Iheſus triduo mortuus fuit in corde terræ, & indè tertia die auxilio ſuæ Deitatis reſur-

Matt. 12.
Lucæ. 11.
Ionæ 2.
Egregia cõparatio Chriſti cum Iona.

rexit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rexit. i. reuiuixit. Atq; demũ quis eſt ille Pellica-
nus, auis in ſolitudine? Nimirum non alius
quam ipſe Dominus Ieſus de ſeipſo per Prophetã
dicens: ſimilis factus ſum Pellic. no in ſolitudine Pſal. 101.
ſolitudo etenim hic eſt mundus, horrore famis
& ſitis, & omnium anguſtiarum & tribulationum 1 Iohan. 5.
plen⁹, totusq; in maligno poſitus: in quo Chriſtus
factus eſt pellicano ſimilis. i. in eo fecit quod Pel-
lican⁹ in ſolitudine. Cũ enim vidit pul os ſuos. ſ.
homines vniuerſos per peccatum à ſerpente occi-
ſos & mortuos, triduo paſſionis & mortis ſuæ
mirificè doluit, ſuaq; in cruce brachia prędolore
& amore expandit, vitam perinde noſtrã deſide-
rans; & demùm ex latere ſuo adeoq; ex toto cor-
pore ſanguinem ſuum roſeum effundens, ac ex
charitate moriens ſe atq; nos ſumma cum lætitia,
& exultatione die tertia poſt luctum viuificauit.
Et hoc eſt quod veluti lætabunda hodie canit ple-
becula vulgaris: Chriſt⁹ reſurrexit ab omni ſua pa-
ſſione; de quo omnes debemus eſſe læti: Chriſtus
ipſe ſit noſtra conſolatio Alleluia. & recte nimi-
mirum canit in hæc verba quæ deprompta ſunt
ex verbis Angeli dicentis: Nolite timere, quia re-
ſurrexit. ſ. Chriſtus, & nõ eſt hic gaudet, & qua e?

Primò quia caput eſt & ſummum membrum
noſtrum, pro nobis & in ſalutem noſtram natum
& paſſum: atq; (Apoſtolo teſte) ſi gloriatur vnum
membrum, congaudent õnia membra. Secundò, 1 Corint. 12.
quia ſua ipſius reſurrectio nobis ſalutem & glo-
riam operata eſt, imò & reſurrectionem noſtrã. Fructus Reſurrectionis Chriſti
Qui enim hodie per reſurrectionem gloria & ho-
nore coronatus eſt, nos quoq; gloria impaſſibilita-
tis & immortalitatis donabit, & reſurgẽtes in be-
atitudine cõſtituet ſempiterna Si enim (inquit Apoſt-
ol⁹) Credim⁹ quod Chriſt⁹ mortu⁹ eſt & reſurrexit

ita & Deus eos qui dormierunt per Ieſum,addu-
1. Theſ. 4. cet cum eo. Sicut enim (inquit idem alias) in Adã
1. Corint. 15. omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viui-
ficabuntur. Lætatur itaq; optimo iure vniuerſus
Chriſtianus orbis die hodierna Dominica, quia
in ea Ieſus Nazarenus crucifixus reſurrexit;& nõ
eſt hic. ſ. in corruptione, ſed in gloria; qua & nos
donauit, quib⁹ ſua reſurrectione vitã æternã re-
parauit, vtpotè, qua nõ modo ſuſcitat⁹ eſt domi-
n⁹ ad gloriã, ſed nosipſi ſum⁹ in Chriſto ad eandẽ
Oſeæ 13. gloriam ſuſcitati: nunc in ſpe, reſuſcitandi in re
tandèm: qui meritò illud Oſeæ dicere poſſumus;
Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus
1 Corint. 15. tuus? Siquidem (inquit Apoſtolus) abſorpta eſt
Eſaiæ 9. mors in victoria. ſ. Chriſti à morte reſurgentis:
qui vti nobis (Propheta teſte) eſt datus, ita &
nobis eſt crucifixus; nobis mortuus; nobis eſt ho-
dierna die reſuſcitatus immortalis & glorioſus;
vt & nos in nouiſſimo die in gloria reſurgamus.
Siquidem dubitandum non eſt de conſortio glo-
riæ, quæ in capite incæpit: ſicut dubitandum non
eſt de communione naturæ. Quocirca in ea tan-
quàm ſingulari die vniuerſi exultemus & læte-
mur; Quomodo? Non vtiq; in honeſtis vel crapu-
lis vel bibitionibus vel ludis vel ſpectaculis; ve-
rùm ſpirituali gaudio & ſancta lætitia tripudie-
m⁹ & hilareſcamus in ea; quáquã & corporaliter
gaudere nõ prorſus prohibemur; modo ſimus (vt
1 Corint. 7. Paulus ait) tanquam non gaudentes; cogitantes
quod gaudium propter temporalem aliquam fe-
licitatem non ſibi conſtet, ſed vt plurimum plus
fellis quam mellis habeat, & in mœrorem plerũ-
Exodi 15. que vertatur: Quarè potius ſpiritualiter lętemur;
Apocal. 19. cum Moyſe & filijs Iſrael decantantes cœleſte
hoc in Apocalypſi cãticum: Laus & gloria & vir-
tus Deo noſtro Alleluia, Alleluia, Alleluia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VITA S. HVGONIS GRATIONOPOLITANI Epiſcopi. *Ex ea quæ eſt per R. P. D. Guidonem, Maioris Carthuſiæ Priorem, Sanctiq; Hugonis æqualem. Vſus eſt hoc Hugone vt familiariſſimè, ita etiam honorificentiſſimè S. Bernardus, vt conſtat ex vita S. Bernardi lib. 3. cap. 1. Claruit Anno Incarnati verbi 1100. & ſequẽtibus.*

Cæſar Barõ: in Notationibus Martyrol: Rom.

HVgo egregium Catholicæ Eccleſiæ ornamentum, natione Valentinenſis, loco iuxta fluuium Iſaram ſito cui Caſtrum nomẽ eſt, parentes habuit cùm generis dignitate, tum ſanctitatis prærogatiua conſpicuos. E quibus pater Odilo, æuo iam grauis, ſanctiſſimo monente filio, tanto feruore ſeculum contempſit, vt ſenectutis & delicatæ cõſuetudinis immemor, duras, quas Carthuſia præſcribit, vias aggredi non dubitauerit. Vbi annis ferè decẽ & octo in omni ſanctitate exactis, cùm iam fermè eſſet centenarius, felici agone vitæ curſum consũmauit, filijq; precibus, ac ſacra per illum communione munitus, lætus cœlorum regna petiuit. Mater verò eius, cũ pari pietatis ſtudio flagraret, ſalubribus pij filij monitis inſtructa, omnibus pietatis operibus, in domo propria, reliquum vitæ tempus impendit, & multis admodum clara virtutibus in ſenectute bona quieuit. Hæc autem dicere fuerat ſolita, quòd, dum prægnans, ſuis eum ferret viſceribus, viſum ſibi per ſomnium fuerit, elegãtem creaſſe puerum, quem ſiſtendum Dei conſpectibus, Sancti, (in quibus & beatus erat Petrus) deferebant in cœlum. Hinc factum eſt, vt ſumma parentum diligentia, optimis diſciplinis, & haud mediocri etiam literarum cognitione imbueretur.

I. Aprilis.

Patria & parentes S. Hugonis.

Pater eius ſenex fit Carthuſianus.

Viſio Matris eius ante partum.

Parentum cura imbuitur literis

Cum autem Muſarum Charitumque munificen-

Eſt Canonicus Valētiæ.

tia præclarè ornatus, Valētię, in maiori eccleſia Canonicus ſacras functiones obiret, contigit Dominum Hugonem, Galliarum, ex præcepto Gregorij ſeptimi, Legatum, virum agendarum rerū prudentia inſignem, ad eandē venire ciuitatem: qui captus huius Hugonis eximio morū candore, qui ex vultu tanquam è ſpeculo præclarè lucebant, eum in partem ſocietatemque ſacri ſui muneris vocauit, ſecumq́ Auinionem ad celeberri-

Hugo Legatus Gregorij ſeptimi S. Hugonem ſecum abducit & poſtulatur Epiſcopus.

mum quoddam Concilium abduxit. Eodem tempore Grationopolitani antiſtite deſtituti eò venerunt, & ſummis infimisq; precibus Hugonem ſibi Epiſcopum poſtulârunt: quorum precibus ſummi Pontificis legatus protinùs gratulabundus annuit: ſed ille maiore ſtudio reluctari, magnisq; vocibus ſeſe & ætate & ſcientia & moribus & vita tantis myſterijs imparem eſſe affirmauit: addiditq; ſe nullatenùs paſſurum, in certiſſimum ſuæ ſalutis diſpendium, venerandū illud officiū ſua vilitate fœdatum iri. Perſtitit vir ſanctus longo tempore in illa ſentētia, ac totis viribus, onus honoris illius, à ſuis humeris conatus eſt auertere, ſed cum & Legatus & viri pietate & prudentia præſtantes, qui Concilio intererant, ſua auctoritate eum mouerent, immò impellerent, tandem aliquandò, nō tamen ſine multis lachrymis, ele-

Cōſecratur à Gregorio ſeptimo Antiſtes Grationopolitanus.

ctioni ceſſit; tantique muneris functionem, cum ſolēni conſecratione ab ipſo Romano Pontifice Gregorio eius nominis VII. ſuſcepit.

His igitur non ſolum proſperè ſed & religioſè peractis, ad ſuſceptam reuerſus eccleſiam, cum eā præter opinionē multis flagitijs infamem inueniret, populū in diuinis rudē, ſacerdotes nuptias publicè celebrantes, ſancta illicitis contractib. violari, & omnia deniq; pietatis officia ſine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vlla etiã ſceleris ſuſpicione cõtaminari, quãtos miſeriarũ cumulos in morum adeò deprauatorũ reformatione perpeſſus fuerit, quos lachrymarũ imbres ad propitiãdũ pro eis numen diuinũ profuderit, nõ eſt noſtrę facultatis euoluere. Hoc tã tũ dicimus, nõ prius eũ à laboribus, à lachrymis, à ſacris cõcionib. & diurna nocturnaq; vigilãtia ceſſaſſe, quã obſcuratã tot tãtisq; flagitijs eccleſiæ ſuę faciẽ, ad priſtinũ nitorẽ ac pulchritudinẽ reuocaſſet. Interea vir ſanctus, cũ hoc modo diœceſim ſuã nouo lumine illuſtraſſet, cœpit & ipſe maiori cõtẽtione ad ſũmę perfectionis ſtudiũ aſpirare. Necdũ duobus ãnis ſacrũ illud munus adminiſtrauerat, cũ õnibus huius vitæ curis poſthabitis, ad ſacrã ſeſe ſolitudinẽ recepit, & monaſticę vitę diſciplinã, in Ordine Cluniacẽſi, in monaſterio cui Caſa Dei nomen eſt, incredibili alacritate excolere cępit. Vix annũ vnũ in illius certaminis ſtadio exegerat, cũ mãdato ſũmi Põtificis ad dięceſim ſuã redire cõpulſus eſt. Eã igitur repetẽs tantis virtutũ omniũ incremẽtis locupletauit, vt minimè pęnitẽdos in ſolitudine fructus feciſſe videretur. Necdũ tertiũ in epiſcopatu expleuerat annum, cũ ecce Brũo vir religiõe ac ſciẽtia clarꝰ, honeſtatis & grauitatis ac totiꝰ maturitatis quaſi quoddã ſimulacrũ, cũ ſex alijs egregia pietate viris aduẽit, qui incredibili quodã ſãctioris vitę deſiderio accenſꝰ, cõgruũ aliquẽ ſuo propoſito locũ explorabat. Cupiebat enim in ſacra aliqua ſolitudine vitã ab õni profanorũ hominũ cõgreſſu liberã ducere, & ſe totũ à corporis cõſuetudine, quantũ per humanã fragilitatẽ liceret, auellere, quò vni & omnipotenti Deo arctiori amoris vinculo coniungi poſſet. Hunc igitur Hugo, ad ſe cum ſocijs venientem tanta beneuolentia ac honore amplexatus eſt, vt eum non (modo

ſummum eius ſtudiũ in reformatione ſuæ diœceſios.

Fit monachus Cluniacenſis.

Reuocatur ad diœceſim ſuam.

S Bruno cũ ſocijs venit ad S. Hugonem.

modò voti compotem fecerit, ſed cõſilio, auctoritate & humili etiam obſequio iuuerit. Erat in ipſius diœceſi horrida quædam ſolitudo, cui Carthuſia nomen eſt: hanc ſtatim Brunoni aſſignauit, vt exſtructis in ea tuguriolis vni Deo in omni sãctitate famularētur. Porrò ſacer Antiſtes circa illud tempus viderat per ſomnium, in eadem ſolitudine Deum habitaculum ſibi conſtruentē, ſtellasque ſeptem itineris ſibi ducatum præſtantes. Quapropter vir ſanctus adeò illorum aduentu gauiſus eſt, vt nihil dubitaret ſeptem illos diuinitus ad ſe miſſos. Vndè etiam in ſubleuandis eorũ & animi & corporis neceſſitatibus, cura & vigilantia pluſquam paterna eis ſuccurrit.

*Carthuſia ſolitudo horrida.*

*Viſio S. Epiſcopi*

Iam verò poſtquam ſeptem illos in arduo pietatis propoſito feliciter progredi, & angelicam in humanis corporibus quodammodò vitam adeptos vidit, contineri non potuit, quin ſe eorum exercitijs adiungeret, & viliſſima quæque miniſteria in ſacra illa congregatione ſibi depoſceret, tanta alacritate ac diligentia, quaſi tum primùm ad Chriſti ſeruitutem admiſſus eſſet: adeoque diuini amoris facibus ardebat, vt mundi & rerum omnium humanarum oblitus, ab illa ſolitudine auelli non poſſet. Cùm verò Bruno opportunè ac importunè inſtaret, vrgeret, ac impelleret vt cõmiſſarum ſibi ouium curam repeteret; paupertatis ac humilitatis ardore incenſus, voluit non modo equos, ſed omnia dignitatis ſuæ ornamenta, quibus epiſcopi cùm ad neceſſitatem tum dignitatem vti ſolent, diuendere, precioq; pauperibus diſtributo, proprijs in prædicatione pedibus diſcurrere. Sed Bruno, cuius conſilijs non aliter quam præceptis obtemperabat, nequaquã id paſſus eſt: nam præter alia, quæ cùm ad corporis, tum

*In Carthuſia viuit humillime.*

*Ecce ardens eius paupertatis ſtudiũ.*

ris, tum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ris, tum maximè ad animi perniciem indè prouenire poterant incommoda, prudenter conſiderabat virum ſanctiſſimum, vigilijs, ieiunijs, ac ſacris lectionibus exhauſtum, tanto oneri ferendo planè imparem eſſe. Quadraginta enim, quam vixit annis, continuis capitis & ſtomachi doloribus laborauit, prorſus vt angelum Satanæ, qui eũ colaphizaret, adeptus videretur.

Verumenimuerò, quamuis adeò eſſet à corporis conſuetudine, rerumque humanarum cogitatione abſtractus, vt ſui ipſius frequenter oblitus, nõ tam in terris quàm in cælis degere videretur, pauperum tamen & inopum curam deponere nõ potuit. Exceptis enim domûs ſuæ dũtaxat extremis neceſſitatibus, cuncta ſanè, quæ conſequi poterat, non in theſauros, poſterorum vel diſſipanda litibus, vel conſumenda luxibus congerebat, ſed in egentibus lætus diſtribuit. Pupillorum verò ac viduarum patrocinium quanta cura ſuſceperit, quis explicare queat? Iram & furorem hominum potentiſſimorum, quo interdum ſęuientes, inexorabiles ſe præbebant, qua animi lenitate repreſſerit, qua humilitate ſuperauerit: dictu mirum eſt. O, quoties ſalutis humanæ quaſi cæcatus deſiderio, in cænoſa ſe loca pro talibus cauſis proiecit? quoties ad pedes abiectiſſimarum etiã perſonarum diu proſtratus iacuit? Iam verò diuini verbi prædicationem quo animi feruore, quo ſtudio expleuerit nunquid oratione cõſequi poterimus? Cum die quodam apud* Vinnaicum caſtrum verba faceret, & audientium corda ad effuſam lachrymarũ vim prouocaret, duæ mulieres acerrimis pietatis eius aculeis excitatæ, in apertã ſcelerum ſuorum confeſſionem cum multis lachrymis proruperunt; quarum vna proprium ſe

Cura pauperum quanta illi fuerit.

Mãſuetudo & humilitas eius.

*Iuſnaicum

Prædicatio eius efficax.

maritum veneno ſuſtuliſſe, cum ſummo admiſſi ſceleris dolore proclamabat; quam nequaquam vir ſanctus auerſatus reiecit, ſed ſumma cum prudentia ac modeſtia tractauit, vt eam tanquam membrum Eccleſiæ morbidum grauiterq́; ſaucium, ad ſanitatem reuocaret. Neque hæ ſolæ ſed alij vtriuſque ſexûs quamplurimi ſeſe ad pedes eius abiecerunt, & ſcelerum ſuorum veniam cum debita ſatisfactione poſtularunt. Longum nimis foret ſingulas eius virtutes recenſere, in quem diuina gratia omnium ornamenta virtutum congeſſerat, tantisq́ue donis affecerat, vt ſingula quæq́ue principatũ ſibi in eo vendicare viderentur. Porrò illud vnum in eo valdè admirandum fuit, quòd adeò diuinarũ rerum commentationi aſſueuerat, vt nulla vnquã res vel proſpera vel aduerſa, mentem eius ab intuitu rerum cæleſtium auertere potuerit. Oculorum ſuorum, qui ſolent frequenter nobis peccati feneſtrã aperire, cuſtos adeò admirabilis fuit vt vix dici queat. Hinc cum aliquando mater mea familiarem cum eo ſermonem habuiſſet, & ego poſt diſceſſũ ex eo quærerem vtrùm eam ſenecta valdè fregiſſet: paululùm ſecum præmeditatus, Neſcio, inquit, planè, cuius ætatis ſit; neque enim faciem eius intuitus ſum. Hinc & illud, quòd cum mulier quædam potentia ac nobilitate præclara, ad eum veniſſet, & faciem, inter verba vltro citroq́ue habita, fuco meretricio ornatam impudenter oſtentaret, & ſocij eius, quos prudentes non minùs quam religioſos habere curabat, poſt diſceſſum dicerent, cur eam de tanta laſciuia impudentiaque non corripuiſſet, ille non ſine horrore reſpõdit, ſe faciem eius penitùs non vidiſſe. Et quid mirum quod faciem illius non viderit, qui

Studiũ contẽplationis eius.

Nota oculorum continentiam verè ſtupendã.

qui nullã omnino nouerat? Iã verò de vigili, reliquorũ ſenſuũ cuſtodia quid attinet dicere? cũ ita diuinarum laudũ ſtudio imbutus fuerit, vt etiã in extremis mortis doloribus, cũ cœtera pene õnia de memoria diffugiſſẽt, hoc vnũ prorſus de ſanctiſſima eius mẽte, nulla vel phreneſis, vel alteri⁹ vi morbi potuerit aboleri. Cùm iã deuecta ætate mortis dolores vehemẽtius appropinquarent, & multis fletib. ac ſuſpirijs, quaſi maximorũ criminũ reus plãgeret, quidã, ex ſocijs eũ cõſolatur⁹ accedens: Pater, inquit, quid te tanto lachrymarum imbre affligis, cùm nec homicidiũ, nec periurium, nec aliud quidquam quod offenſionem diuini numinis prouocauit, cõmiſeris? Protinus illè, nihil hoc, inquit, refert, cùm ſola cupiditas & vanitas, hominem, niſi diuina clementia protegatur, in ſempiternam peſtem deijcere poteſt.

*Cupiditas & vanitas quam homini nociuæ.*

Cum grauiſſimis morbi doloribus oppreſſus decũberet, Dõinus Odolricus Dieſis Antiſtes monaſticæ vitæ amore incẽſus ad eum venit, vt ſacrũ habitũ ab eo, cuius alũnus fuerat, ſuſciperet. Vir aũt beatus audita aduentûs eius cauſa, tãto eſt repletus gaudio, vt infirmitatis oblitus penè ſe de lectulo præcipitauerit, quò venienti occurrere poſſet. Accedente aũt illo, præ gaudio lachrymas fudit, & in oſcula eius ruens, ſacro illũ habitu induit. Poſtremò contineri non potuit, quin miniſtrorũ ſuorũ manibus adiutus, in ſolũ deſcẽderet, proſtratusq; in faciẽ, magnas Deo gratias ageret. Tantus namque erat illi humanæ ſalutis amor, tantum ſanctitatis deſiderium, vt omnes eccleſiarum rectores, maximis virtutum omnium ornamentis decorare vehementer niteretur. Hinc etiam crebris mentis exceſſibus in Deum ferebatur, & quan-

*Salutis animarũ ſummè ſitibundus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& quanquam à primis annis, acerbiſſimis cerebri paſſionibus laboraret, & vltima ætate quaſi quibuſdam dolorum fornacibus decoqueretur, tanta tamen fuit mentis altitudine, tanta conſtantia, vt nũquam paſſus ſit religioſam deuotionem fumo aliquo obſcurari, ſed in ea ad extremum vitæ ſpiritum egregiè admodum perſeuerauit.

*Patiens in infirmitatibus.*

Anno itaque ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo triceſimo ſecundo, ætatis ſuæ ad minùs octogeſimo, menſe quarto conſecrationis autem ſuæ quinquageſimo ſecundo, Kal. Aprilis, ſexta ante Palmarum Dominicam feria, beatus Hugo inter ſui temporis epiſcopos fama & operibus celeberrimus, migrauit ad Dominum, ſucceſſorem ſibi Carthuſienſem, propter eximium pietatis ſtudium egregiè charum, relinquens. Sacrum corpus fuit vſque ad tertiam, ſequẽtis hebdomadæ, feriam inſepultum relictum, ad cuius exequias innumerabilis vtriuſque ſexûs multitudo confluens, magna cũ reuerentia ſãctiſſimos eius pedes oſculabatur, & multi in rebus afflictis, eius interceſſione, opem diuinam implorabant, quam ſine dubio ſe percepiſſe gaudebant. Tantus enim erat populi vndique concurſus, & tam grata cunctis etiam defuncti præſentia: vt eũ in monumentum inferri non paterentur; Signa autem & miracula literis mandata non ſunt, pręſertim quòd clarorum hominum ſanctitas non tam ijs, quam vitæ innocentia & charitate in Deum continetur.

*Obijt vir ſãctus anno Domini 1132*

*Deuotio populi erga ſacrũ corpus.*

*In quo ſanctitas vera conſiſtat.*

MARTY-

## *MARTYRIVM SANCTARVM AGAPIS, Chioniæ & Irenes, quæ apud Theſſalonicam paſſæ ſunt Anno Chriſti 304. Diocletiani Conſulatu nono, Maximiani autem octauo. ex eo quod eſt apud Metaphraſten.*

C. Baronius Tomo 3. Annal. Eccleſ.

CVm crudelis admodum perſecutio Maximiani Imperatoris in Chriſtianos deſęuiret, tres inſigni pietate mulieres, quæ ſeipſas cūctis virtutibus contra tyrannidē egregiè munierant, vt conceptam charitatis flammam luculētiùs excitarent, relicta patria, cognatione, & vniuerſis facultatibus contemptis, altū quendam montem petierunt: vbi cum aliquandiu ſanctiſſimis precibus operam dediſſent Magiſtratus, qui crudele Imperatoris mandatum exequebatur, eas, eodem in loco, comprehendi atque ad nefaria ſimulacrorum ſacrificia trahi iuſſit. Sed illæ cum ſpe futurorum bonorum incenſæ, non modò tātam impietatem execrarētur, ſed minas omnes ſuppliciaque contemnerent: voracibus eas flammis obijciendas decreuit. Qua autem virtute atque conſtantia certamen hoc confecerint, non erit abs re explicare.

1. Aprilis.

Cùm igitur tres hæ egregia virtute fœminæ iudicum tribunali oblatæ eſſent; Dulcetio, Artenienſis ſcriba, hanc aduerſus eas accuſationem de ſcripto recitauit: Caſſander beneficiarius hæc ſcripſit. Scito Domine mi, Agathonem, Agapen, Chioniam, Irenem, Caſiam, Philippam, & Eutychiam nolle veſci his, quæ dijs ſunt immolata, eas itaque ad tuam amplitudinem adducendas curaui. Lecta accuſatione, Præſes: Quænam inquit, iſta eſt tanta mentis veſtræ inſania, vt nolitis, religioſiſſimis Imperatorum noſtrorum edictis obedire? & tu, inquit, Agatho quare ſacris

Accuſantur apud Dulcetium præſidem.

ſacris noſtris vti recuſas? quoniã, reſpondit Agatho, Chriſtianus ſum. Simili reſponſione ſinguli deinde nefandum deorũ cultũ excecrati ſunt, potiusq́ue ſe omnia tormentorũ genera perferre paratos eſſe dixerunt, quã ab ea fide, quæ ſingulari & gratuito Dei beneficio illis collata erat, vel latum vnguem deficere. Hac eorũ conſtantia Præſes ad iram prouocatus, Eutychiam, quia vterum ferebat, in carcerem abduci iuſſit: Agapen verò & Chioniã flãmis viuas exuri. reliquos autem alijs atque alijs ſupplicijs, pro ſua crudelitate reſeruari. Et quidem ſanctiſſimę mulieres animis in ſpe cæleſtium bonorũ egregiè confirmatis igni conſummatæ ſunt: ſancta verò Irene ſtatim à peracto certamine Præſidi oblata. quæ interrogata, vellétnè dijs potius ſacrificare, quã vitam in acerbiſſimis ſupplicijs amittere: Minimè, inquit, minimè, per Deum illum omnipotentem, qui creauit cælum & terram. Summa enim illius ignis ſempiterni pœna propoſita eſt his, qui Ihesũ Dei verbũ negauerint. Tunc Dulcetius Præſes: Quandoquidem oblatam benignitatis noſtræ gratiam repudias, ego quoque non vno mortis metu te afficiam. Sorores quidem tuæ, pœnas noſtro iuſſu decretas exoluerũt: in te verò etſi eadem mortis ſententia lata ſit, aliud ſtatuetur. Pręcipio igitur nudam te in lupanari omnium libidine vexandam exponi. Hac lata ſententia, ſatellites cũ Zoſimo publico carnifice apprehenſam illam ad lupanar abduxerunt. Sed caſtiſſima mulier, Spiritus ſancti gratia tanquam radijs quibuſdam obumbrata, pudicitiam cõſeruauit prorſus, vt nemo tanta audacia iuuentus fuerit, qui impurum aut turpe aliquid in eam moliri præſumeret. Quod cum ad præſidem

Agatonis & ſocirum cõſtantia.

Eutychia grauida traditur cuſtodia.

Agapes & Chionia viuæ cermantur.

Irenes conſtantia,

Ducitur ad publicum lupanar, ſed manet intacta.

dem relatum eſſet, præcipiti mentis furore agitatus, eam reuocari ſuoque tribunali ſiſti iuſſit. Quæ ſine mora veniens, inſignem & vultu & oculis pietatem ſpirabat, & diuinam quandam effigiem ex ſe in omnium oculis afferebat. Vndè Præſes ad maiorem indignationem pariterque pudorem prouocatus, ſic eam affatus eſt: Quia video te in eadem mentis temeritate perſeuerantem, idem te mortis ſupplicium, quod iam ante ſorores tuæ exoluerunt, ſubire iubeo. Hac lata ſententia, milites Irenem in ſublimem quendam locum duxerunt, extructoque rogo, iuſſerunt ipsam in eum conſcendere. Tùm illa ſublatis ad cœlum oculis & vultu ad hilaritatē compoſito, pſalmos canere, Dei gloriam celebrare, & feſtos dies agere cœpit, ac læta poſtremo in rogū inſiliens, martyrij palmam adepta eſt.

Laudans Deum Irene viua exuritur.

*EGREGIVM MARTYRIVM S. *AMPHIani, itemq; AEdeſii fratris eius. auctore Euſebio Cæſarienſi, hiſtoria Eccl. lib. 8. ca. 14. & 15. Coronati ſunt A.D. 304. ſub Vrbano Præſide, Cæſarea Palæſtinæ.*

*Apphiani.

C. Baronius Tom. 2. An. Eccleſ.

GAlerius Maximianus Cæſar, qui ſuis ipſius viribus ac manu imperiū occupauerat, cū incredibili in Chriſtianos rabie ſæuiret, & alios in alia atq; alia loca, qui ſedulò periculū euitare ſtudebāt, diſpergeret, beatus martyr Amphianus, vt ſuam in Deū fidē declararet, anno ætatis ſuæ vixdum viceſimo, in feſto, quod mira gētilium ſuperſtitione Hecatæ celebre erat, admirabile ſanè pietatis exemplar, omnibus Cæſareæ ciuibus contemplandum propoſuit.

2. Aprilis.

Ortus erat hic adoleſcens, Pagis Lyciæ, ciuitate minimè obſcura, parentibus verò diuitiarum gloria celeberrimis. Qui primum Beryti liberalibus humanioris literaturæ diſciplinis eruditus, cum

Patria & parentes Amphiani.

Fugit parentes & venit Cæſaream, vbi à Pamphilo martyre, ſacris eſt literis eruditus.

ditus, cum ad patrem, qui tunc patriæ totius principatum occupabat, reuerſus eſſet, & illam vitæ conſuetudinem, quæ tota erat in mundi honoribus & luxu poſita, ferre nō poſſet, repudiatis blādis corporis lenocinijs, clam amicis & familiaribus, fugam inijt: & diuino ſpiritu tāquàm manu duct⁹ Cæſaream deuenit. Vbi cū ſacris literis, exiguo illo tempore, quo erat nobiſcum, & optimis diſciplinis animum imbuiſſet, & alios ōnes Chriſtianæ diſciplinę cultores multis paraſangis ſuperaſſet, tertio perſecutionis noſtræ anno regnante Maximiano, cum in vrbe Cæſarea vrbanus Præſes Maximiani mandato, omnes cuiuſq; generis & ætatis homines, ad nefaria deorum ſimulacra cogeret, & tribuni viros cum vxoribus & liberis, per vim ad idolorū delubra traherent (vnde omnia loca inexplicabilibus miſeriarū fluctibus redundabāt) Amphianus inaudita animi fortitudine confirmatus, clam nobis omnibus, qui cum illo in ædibus eramus, clam etiam vniuerſa præſidis cohorte, ad Vrbanum impuris ſacrificijs intentum acceſſit, atque audacter apprehenſa eius dextera prudenter admodùm & grauiter diuina quadam animi alacritate ab immolando eū coercuit: hortatusque eſt, vt execrabili ſacrificio relicto, vnum ſolum & verum Deum agnoſceret.

Amphiani fortitudo admiranda.

Quis erat circumſtantium qui tantā animi magnitudinē in adoleſcente non opſtupeſceret? Stabant cuncti attoniti, donec præfecti ſtipatores, inſtar agreſtium belluarum, expeditis armis in eum irruunt, impoſitiſq; plagis, quas fortiſſimè ſuſtinebat, eum dilaniant, ac tandē toto corpore excruciatū in carcerem concludunt. In quo vnū diem noctemque, vtroque pede compedibus ad cruciatum paratis, longe à ſe mutuo diſtento, diuexatus

Amphianus dirè cruciatur & mittitur in carcerem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uexatus, poſtridiè ad iudicem educitur. Et primũ quidem ad ſacrificandum cùm compelleretur fortiſſimè reſtitit, & inuictam animi fortitudinẽ, ad ærũnas horrendoſque dolores ferendos oſtẽdit: adeò, vt carnifices latera eius non ſemel atque iterum, ſed ſæpiùs ad oſſa vſque, & ad intima viſcera dilacerare, plagas & verbera in os & ceruicem infligere pergerent, vti vultus eius verberum vibicibus intumeſcens, ab iis qui illũ probè & accuratè anteà de facie nouerãt, ne agnoſci quidem amplius poſſet.

Verùm cum ne huic quidẽ dolorũ cumulo vlla ex parte ſuccũberet, tortores ex mandato præſidis, pedes lino tincto oleo, eoque incenſo obuoluentes, afflictârunt. Vndè quantos & quàm graues dolores beatus ille exhauſerit, quis dicendo exprimere queat? Peruaſit enim per carnes illiꝰ, eaſq; abſũpſit & in oſſiũ penetrauit medullas, vſq; adeò vt totiꝰ corporis hũor, inſtàr ceræ tabefactiꝰ liqueſceret, diſtillaretq;. Ceterũ ne in his quidẽ cruciatib. demiſit animũ, ſic vt iã aduerſarij & carnifices incredibili eius tolerantia, quæ communem hominis naturã longè ſuperauit, ferè defeſſi eſſent: vndè rurſus in vincula compingitur. Triduo, poſt, ad iudicem denuò productus, & eandem pietatis confeſſionẽ, liberè exprimens, licet iam deinceps cum ipſa morte luctaretur, maris tamen fluctibus ſubmergendus traditur. Miraculum autem, quod ſtatim pòſt eſt conſecutum, ſi à nobis commemoretur, veriſimile eſt nullam fidem habiturum, apud eos præſertim, qui eadem oculis minimè ipſi conſpexerunt. At licet homines vix fidem illi adhibituros ſatis intelligamus, ratio tamen non patitur, vt rem geſtam, quæ nullam non Cæſareenſium ætatem teſtem habet, ſi-

*Supplicium immane.*

*Mittitur in mare.*

lentio prætereamus.

Simulatque igitur ſanctiſſimũ illum & beatiſſimum Chriſti martyrem medio mari, vt illis videbatur, in profundiſſimos vortices coniecerant, ex improuiſo tanta procella, non vſitata illa quidem, tanta etiam turbatio non per mare ſolùm, ſed per vniuerſá continentẽ ſe diffundebat, vt cùm terra, tum tota ciuitas eius impetu & violentia concuteretur: atq; vnà cùm iſto mirando & repentino terræmotu, ipſũ mare, martyris cadauer, vtpotè tã ſacrũ pondus ſuſtinere nõ valens, ante portas ciuitatis eijceret. Eiuſmodi igitur ſũt res geſtæ S. Amphiani, qui die Paraſceues, hoc eſt ſecundo die Menſis Xanthici, id eſt, ad 4. Nonas Aprilis martyrio occubuit.

**Corpus eius Tempeſtate ad portas ciuitatis eijcitur.**

Eodẽ tempore, ijſdẽque ferè diebus, in ciuitate Tyriorũ, adoleſcens nomine Vlpianus poſt acerbiſſimas plagas & verbera grauiſſima, in pellem bubulam, iam nuper extractá, cũ cane & aſpide inuolutus, præceps in mare deijcitur. Non longo tẽpore pòſt AEdeſius germanus Amphiani frater, germana ferè & ſimilia cum illo tormenta perpeſſus, poſt infinitas fidei confeſſiones poſt diuturnas vinculorum afflictationes, poſt latam à Præſide ſententiam, qua ad metalla in Palæſtina erat damnatus, poſt vitæ rationẽ, quam pallio veſtitus more Philoſophi (etenim plus politioris eruditionis, plusq; cognitionis in philoſophia fuerat, quàm frater, adeptus) ſanctiſſimè traduxerat, tandem cùm iudicem, in vrbe Alexandria ſententiam de Chriſtianis pronunciantẽ videret, & plus æquo in eos furentem (quippè viros interdũ graues & modeſtos varijs ignominiæ notis affecit, interdum mulieres ſummæ cõtinentię, & virgines ęque ſua ſponte Dei cultui

**Vlpianus martyr.**

**Martyrium AEdeſij, qui etiam Pamphili martyris fuit diſcipulus.**

ſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe conſecrauerant ad turpem ipſarum contumeliam lenonibus tradidit ) idē cum fratre aggreſſus eſt. Et quoniam illa facinora intoleranda ei videbantur, fidenti & erecta animi magnitudine accedens ad iudicem, turpitudinis & ignominiæ, quam cùm verbis, tum rebus ipſis præſtitiſſet, eum coràm coarguit. Vndè varijs tormentorum cruciatibus diuexatus (quæ quidem conſtanter & ſedatè admodum pertulit) ad extremum fuit in mare proiectus, & eundem cum fratre exitum conſecutus. AEdeſius in mare proijcitur.

*VITA S. NICETII LVGDVNENSIS Epiſcopi ex ea quæ eſt per Gregoriū Turonenſem, cap 8. in vitis Patrum. Claruit circa annum Domini 570. temporibus Iuſtini iunioris Imperatoris, cùm Romanæ Eccleſiæ præſideret, Ioannes Papa tertius. Vixit eodem ſeculo, alius eiuſdem nominis S. Nicetius Epiſcopus Treuerenſis.* C. Baronius In Not: Martyr: Rom:

FLorentinus quidam, accepta Arthemia coniuge, cū duos iam ex eā ſuſcepiſſet liberos, fuit ad Iaunbenſis vrbis epiſcopatum expetitus: cumque re obtenta, cum principe domum reuerteretur, coniugique, quæ acta fuerāt nunciaret; illa, Deſine, inquit, quæſo dulciſſime coniūx epiſcopatum vrbis expetere, ego enim ex conceptu à te ſumpto: epiſcopum in vtero gero. Hac voce vir ſapiens, audita, monitis vxoris ſuæ acquieuit, & tanquam altera Sara locuta eſſet, vocem eius audiuit. Impletis autem pariendi diebus, mulier puerum eſt enixa corpore ſanè formoſo, & mente ad omnē virtutem egregiè inſtructa; cui quaſi futuro mundi victori: Nicetio nomen impoſuit, eundemque ſūma diligentia nutritum,

2 Aprilis. Parentes S. Nicetij.

Naſcitur Nicetius.

tritum, ſacris literis inſtituendum tradidit: Defuncto autem patre ſacris muneribus ornatus, cũ pia genitrice in domo paterna reſedit, turbulentos animi motus ratione vacuos, diuinarum meditatione ſcripturarũ compeſcens, & luxuriantes corporis motus, aſſiduis laboribus ac ærumnis opprimens. Quodam verò die in eadem domo, facies eius fuit peſtilenti puſtulæ vnius contagione miſerè deformata, prorsùs vt mater eius nullam de eo ſpem vitæ reliquam haberet: vnicum tamen in Diui Martini patrocinio, cuius opem ſine vlla intermiſſione implorabat, ſolatium repoſitum habebat. Cumque toto biduo graui ægritudine oppreſſus, cũ mortis doloribus decertaſſet, & mater funeri neceſſaria præpararet, aduenienteveſpere ſubitò exclamauit: Mater mea bono animo eſto. eccè enim beatus Martinus ſigno Crucis me benedicens, ſanum ac incolumem ſurgere iuſſit. Hæc effatus, ſtatim è lectulo ſurrexit, & gradum, integra ſanitate recepta, fecit.

*Corripitur Peſte Nicetius.*

*Curatur beneficio S. Martini.*

*Fit presbyter anno ætatis ſuæ 30.*

Anno ætatis ſuæ trigeſimo, fuit presbyterij honore decoratus. qui tantùm abeſt, vt eum de ſtatu prioris vitæ deiecerit, vt etiam maiores ad omnẽ virtutis exercitationem ſtimulos addiderit. Studebat enim aſſiduo manuũ labore, nõ ſolùm proprijs, ſed aliorum etiam neceſſitatibus ſuccurrere. Pueros infantes, incredibili diligentia ſimul cum ipſo lacte pietatis, ac diuinarum laudũ ſtudio imbuebat. Caſtitatem non modo in ſe, ſed in alijs tutabatur, eamque omnibus inculcabat, & inſigni præconio frequenter extollebat.

Lugdunenſis Antiſtes, cum in vrbe Pariſiaca graui oppreſſus morbo decumberet, rex Childebertus ſenior, qui incredibili amoris magnitudine eum

ne eum proſequebatur ad lectum eius acceſſit,& ſuauiſſimis verbis cōſolari voluit. Epiſcopus autem cùm magis de totius eccleſiæ,quam de ſua ſalute ſolicitaretur,Obſecro te,inquit,optime Rex vt pro mea tibi ſeruitute qualicunque hactenus impenſa, vnicam hanc petitionem meam aſpernari vel negligere non velis.Cumque Rex petitionem eius ſe ratam habiturũ confirmaret, peto, inquit,vt Nicetius nepos meus vir omnibus virtutum ornamentis egregiè decoratus, eccleſiæ Lugdunenſi Antiſtes ſubſtituatur. Annuit benignè Rex ac populus vniuerſus,fuitque mira omnium gratulatione ad illud dignitatis faſtigium euectus: quam annis duobus & viginti, inſigni vitæ ſanctitate ac præcipuo pacis & concordiæ ſtudio adminiſtrauit. Iniurias ſibi illatas remittebat protinùs, ac ſempiterna obliuione ſtatim ſepeliebat: duros autem & in ſcelere pertinaces,cùm per ſe tùm per alios ad agnitionem trahebat, modoſque omnes excogitabat, quibus, horrẽdis peccatorum tenebris inuolutos, ad innocentiæ ac ſanctitatis ſtudium traduceret.

S. Nicetius creatur Lugdunenſis Epiſcopus.

Quodam tempore ad matutinarum officium pergens, cùm in Eccleſia Dei, diaconum quẽdam grauioribus fortè peccati vinculis conſtrictum, pſallentem audiſſet,commotus ait: Sileat,ſileat, nec præſumat canere iuſtitiæ inimicus, & dicto citius,obſtructo ore conticuit, ac manifeſtò horrendas inobedientiæ pœnas luit: quem vir Dei ad ſe vocatum increpuit, dicens: Nònne tibi ſacra Eccleſiæ limina interdixeram, & qua mentis emeritate Deum, tibi infenſum, tanquàm nullius tibi peccati conſcius, laudare præſumpſiſti? Hæc cum diceret, dæmonium, quod diaconum obſeſſum tenebat,exclamauit,immenſis ſe cruci-

Nota hic nõ eſſe ſpecioſam laudem in ore peccatoris.

Diaconum dæmoniacũ liberat.

atibus à Sancto torqueri. Tunc Sanctus impoſitis diacono manibus, eiecto dæmonio, priſtinæ mentis integritati eum reſtituit.

Migrat è vita vir ſanct:

His alijſque virtutum inſignibus clarus, viceſimo ſecundo epiſcopatus ſui anno, ætatis verò ſexageſimo migrauit ad Chriſtũ, cui⁹ eximia ſanctitas ſtatim multum admodũ miraculis illuſtrata fuit.

Miracula poſt eius obitum.

Cum funus eius efferretur, cæcus quidam ſub feretrum adductus lumen recepit. Cum de more ac lege Romanorum, paucis ab obitu diebus, vltima eius voluntas in foro legeretur: & presbyter baſilicæ illius, in qua ſacrũ eius corpus ſepultum iacebat, nihil omninò ſibi legatũ eſſe intelligeret, felle tumẽs in verba plena indignationis prorupit, atque Nicetium ſtolidum appellauit. Sequenti verò nocte, ſanctus cum duobus epiſcopis Iuſto atq; Eucherio in veſte miri candoris apparuit, & graues de presbytero apud eos querelas depoſuit, dixitq;: Hic presbyter blaſphemiis me onerat, quod nihil facultatum mearum templo huic legauerim, & neſcit demẽs, quicquid precioſius habui, glebam corporis mei ei contuliſſe. Hæc cùm dixiſſet, & alij duo antiſtites presbyterum illum iniquitatis reum clamarent, Sanctus ad presbyterum conuerſus, pugnis palmiſque ita grauiter guttur eius illiſit, vt quadraginta diebus lectulo decumbens, ne ſaliuas quidem oris ſui, niſi magno cum labore deglutire poſſet, nec prius ſanitatis beneficiũ obtinuit: quam ſupplicibus à Deo ac ſancto Confeſſore verbis veniam petijſſet.

Nota pœnã presbyteri S. Epiſcopũ blaſphemãtis.

Diaconus quidam ſancti viri caſulam poſſidebat, eaque non ſecùs ac veſte quadã profana vtebatur, atque monentes, vt eã maiore in reuerentia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cia haberet,petulanter irridebat,ac tandem in ſacri Antiſtitis contemptũ ex ea pedulia fecit. Sed mox adfuit diuini iudicii vltio. Nam vt primũ ea pedibus aptauit,arreptus à dæmone,ruit in pauimentũ,& cruentas ore ſpumas proijciens,debitas ſceleris pœnas luit.Et quia nemo,qui miſero ſuccurrere poterat,præſens erat,extenſis ad focũ pedibus,ignis pariter cũ ſoccis pedes deuorauit. Et hęc quidem fuit in perfidos vltio:in pios verò & Dominum in Sanctis eius laudantes clarior multò,eius benignitas elucet.Nam & tres cæcos ad ſepulcrum eius viſum recepiſſe,& multos varijs calamitatibus oppreſſos,præſentẽ eius opem expertos eſſe certum eſt.Apud Genabenſem Galliarum vrbem, dũ ſacræ reliquiæ ſummo cũ honore portarentur,tãtã ibi gratiã Dominus præſtare dignatus eſt, vt ſuppliciter adorantes & cæci viſum & claudi greſſum reciperent.

Pœna in cõtemptorem ſacræ veſtis qua vir ſanctus vſus erat.

Cęci & claudi ſanantur.

Exorta quodã in loco ſeditione, inter faces ac volitãtia ſaxa, quidã ſtricto enſe viro cuidã necem intulit, quã germanꝰ interempti frater,paucis poſt diebꝰ ſimili exitu vindicauit. Quod cùm loci illius iudex comperiſſet, virum illum cõpedibus vinctum in carcerem detruſit.vt extremum de eo ſupplicium ſumeret. Cumque vir ille imminenti mortis periculo grauiter turbatus,multorum nomina Sanctorum inuocaret, tandem etiam ſupplex ad Nicetum confugit,eò quidem confidentiùs,quod eius miſericordia,vinctorum compedes ſæpiùs diſruptas,catenaſq; confractas intellexiſſet. Nec eum concepta de Nicetij benignitate fiducia fefellit.

Nam paulò pôſt dormienti apparens,eum vinculis ſoluit,& illæſum abire iuſſit. At ille è ſomno excitatꝰ cũ ſe planè ſolutũ, catenis cõminutis

Captiuus liberatur.

ac trabe cõfracta miraretur, læt⁹ ac intrepidus ad Sãcti ſepulchrũ perrexit. & iudicẽ tãti miraculi admiratione adeò perculit, vt venia patrati homicidij libẽter cõceſſa, ad propria abire permitteret. Huius Sancti reliquias, Gallomanus Tricaſinorum Pontifex deuotus expetijt, quæ cùm ad eũ deducerentur, earum virtute cæcorum oculi illuminati ſunt & varia morborũ genera depulſa.

Pauper quidam, viuente adhuc Sancto, literas ab eo conſcriptas obtinuerat, quib⁹ ſibi eleemoſynam per deuotorum domos flagitaret. Poſt ei⁹ verò obitum, cum ipſa circuiens epiſtola, ingentem vim pecuniarum, propter ſancti Antiſtitis memoriam conflabat. Quod cum homo quidam Burgundio, callidus non minùs quam ſceleratus animaduertiſſet tempus & locũ deſignauit, quibus pauperem illum pecunijs ſpoliaret. Nec mora, adfuit dies & locus ſceleri patrando opportunus. Irruit itaque in hominem, & aureis ſex cum epiſtola ſpoliatum, colliſumque calcibus exanimem reliquit. At pauper qui omnem ſpem vitæ ſuæ in epiſtola repoſitam habebat, orare & obſecrare, & per Deum viuum ac ſancti Nicetij virtutem adiurare eum non deſtitit, vt ſaltem ablata pecunia epiſtolam redderet. Ille verò, ea in terram proiecta abijt, quam pauper ſtatim colligens ad ciuitatẽ venit, & concito gradu ad Phronymium Epiſcopum contendit. Cui miſeriam ſuam cum multis lachrymis pandens, calamitatis ſuæ remedium petiuit. Epiſcopus eum ad iudicem miſit, qui vocato ad ſe Burgundione quæſtionem inſtituit. Burgundio verò cùm factũ conſtanter negaret, & nunquàm hominem illũ à ſe viſum eſſe diceret, nullis vel teſtibns vel argumentis conuinci poterat. Tum Epiſcopus arrepta



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

repta Sancti epiſtola, eccè, inquit, ſanctiſſimi Antiſtitis defuncti ſcriptura, accede propiùs,& manu eam tangens declara innocentiam tuam. Confidimus enim de virtute ſancti viri, quia aut te hodiè hoc ſcelere contaminatum oſtendet,aut certè innoxium abire permittet. At ille,timore diuini iudicij poſtpoſito, nihil moratus acceſſit: ſed vt primùm eleuatis manibus, perfidam linguã in periurium laxare voluit ſupinùs retrorſũ cecidit,& duarum horarum ſpatio mortuo ſimilis iacuit. Tandem reſumpto ſpiritu ſcelus ſuum cum lachrymis confeſſus eſt, veniamque deprecatus ablata reſtituit, ac duobus ab epiſcopo pro cæde donatus ſolidis lætus pauper abiuit.

Nota pœnã Periurij.

Quod autem per hunc ſanctum à vinculis ac duriſſima carceris ſeruitute libertatem conſecuti ſint, teſtis eſt hodiè moles illa ferri, quæ in baſilica eius adſpicitur de reorum ſupplicijs aggregata.

Apud vicum Priſciniacenſem vrbis Turonicæ, erat eccleſia dudùm conſtructa, nullis Sanctorũ reliquijs decorata. Cumque loci illius incolæ, multis precibus aliquas de ſancto Nicetio reliquias obtinuiſſent,& ſummo cum honore in eccleſiam intuliſſent,tres dæmoniacæ ex termino Biturigiæ venientes,primo in templum ingreſſu, Nicetij virtutem ſeſe præſentire apertè dixerunt, ac ſtatim purulentum quid cum ſanguine ab ore proijcientes ab impuris ſpiritibus protinùs ſunt mundatæ. Alia ſanè quam plurima egregiæ virtutis miracula edidit, quæ nos breuitatis gratia ſtudiosè omittimus, cùm ſatis ſuperque hæc quæ à nobis relata ſunt, eximiam Antiſtitis Nicetij ſanctitatem teſtentur.

Tres dæmoniacæ liberantur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

C. Baron: Tō:2. Annal: Eccleſ: & In Not: Martyr: Roma:

DE S. THEODOSIA VIRGINE ET *MArtyre conſtantiſsimæ, auctore Euſebio Cæſareenſi, Eccleſ. hiſtoriæ lib. 8. cap. 17. Paſſa eſt ſub Vrbano Præſide, Cæſareæ Paleſtinæ, Anno à parte virg. 306. Marcelli Pap: 3. Conſtant: & Saler: Impp: 3.*

4. Aprilis.

CVm perſecutio eſſet ad quintum annum côtinuata, ſecundo die menſis Xanthici, id eſt, ad quartum Nonas Aprilis in ipſo die Dominico, & in ipſo feſto Reſurrectionis Salua toris noſtri, Theodoſia virgo, Tyri puella fidelis & modeſta, annos nondum decem & octo omninò nata, vinctis quibuſdã Cæſareæ, qui regnum Chriſti conſtanter confitebantur, ante tribunal conſiſtentibus accedit, cùm benignè ſalutatura, tum (ſicut veriſimile eſt) eos obſecratura, vt cùm eſſent apud Dominum, illi⁹ recordarentur. Quo factitato, eam tanquàm nefas quoddã & impium facinus aggreſſam, ſatellites abripiunt, deducuntque ad præſidem. Extemplò verò iſte quaſi mente captus, & animi furore maximè efferatus, grauibus & horrendis tormentis latera mammasque ad interiora vſque oſſa dilaniat: quam adhuc ægrè ſpirantem illam quidem, hilari tamen vultu & læto omnia cruciamenta perferentem, in rapidos maris fluctus proijci iubet. Deindè ab illa ad reliquos Chriſti Profeſſores digreſſus, omnes ad æris metalla, quæ erant in phæno Paleſtinæ, condemnat.

Immaniſſimè S. virgo dilaniatur.

In mare proijcitur.

Cæſar Barõ: in Not: Mar: Rom:

VITA S. FRANCISCI DE PAVLA, OR- *dinis Fratrum Minimorum Inſtitutoris. ex ijs quæ in Bulla Canonizationis eius habentur, data à Leone X Rom. Pontif. Migrauit ex hac vita vir ſanctus anno Domini 1507.*

Situm

2. Aprilis.

Paula oppidum, patria S. Franciſci.

SItum eſt in regno Neapolitano inter Brutios & Lucanos oppidũ quoddam, cui nomẽ Paulæ eſt, quod vnius diei itinere à Cuſẽtia, illius prouinciæ metropoli diſtat. Indè Iacobus Martotilla originem traxit, qui cùm ex proximo caſtro Folſcaudi, coniugẽ honeſto loco natã, Viennã nomine matrimonio ſibi copulaſſet, procreauit ex ea hunc Franciſcum, egregium ſanè Catholicæ Eccleſiæ Confeſſorem. Qui à prima infantia ſub Dei timore & amore educatus, inſigne ſpecimẽ futuræ ſanctitatis præ ſe ferẽs, ſolitudinem & religionem diligere, ac orationibus & ieiunijs aſſiduè vacare cœpit. Quæ cùm eius parentes animaduertiſſent, ipſum annũ circiter decimumtertium agentem, domui S. Franciſci ciuitatis S. Marci (iuxta votũ per eos emiſſum) obtulerũt. In qua puer in ſortẽ Domini electus, anno per eum exacto, nullaq; profeſſione emiſſa vocatis parentibus, eos, vt ſe ad eccleſiam S. Franciſci de Aſſiſio, & S. Mariæ de Angelis, deuotionis ergò ducere vellent enixè rogauit. Qui pio eius deſiderio annuentes, ſeſe itineris comites præbuerunt. Hæc pia eccleſiarum viſitatio, pijſſimo iuueni initium præbuit ad res arduas moliendas. Nam vt primum eccleſijs illis viſitatis, domũ reuerſus eſt, animum ad nouam eccleſiæ fabricam conſtruendam, adiecit. Cumque ipſe ſine mora terram foderet & fundamenta iacere inchoaret, ea re, hominum ſermone diuulgata, ingens populi concurſus factus eſt, qui certatim operam conferre, & quibuſcunque potuêre modis, opus mouêre.

Parentes.

Traditur in cœnobium.

Eccleſiam conſtruxit.

Intereà cùm muri iam multiplicatis operis exurgerent, fertur, vir quidam ſacro S. Franciſci habitu indutus ei apparuiſſe, atque ex improuiſo incre-

S. Frãciſcus, ei apparet.

increpaſſe, quòd ædem illam tam anguſtam face-re incepiſſet, eueſtigioque diruptis muris euanuiſſe. Vnde non immeritò plerique illum B. Franciſcum fuiſſe exiſtimarunt. Paulanus igitur terminos dilatare, & eccleſiam magnificentiſſimo opere, ſola ope diuina egregiè confiſus, extruere cœpit, Nec eſt ſua ſpe diù fruſtratus. Nam poſtridiè vir quidam Cuſentinus inſigniter nobilis, cũ magno auri & argenti pondere ſuperuenit, quod totum in nouæ eccleſiæ ſtructuram contulit. Hoc igitur diuinæ prouidentiæ munere vir ſanctus mirificè exhilaratus, multo alacriùs operi inſtare, & quamuis eſſet continuis ieiunijs atque vigilijs planè attritus, lapides, calcem, ligna, aliaque ad fabricam neceſſaria proprijs etiã humeris deferre nõ deſinebat. In omnibus enim ſummo ſtudio humilitatis virtutẽ ſectabatur, atque vt omnium minimus eſſe volebat, ſic etiam Ordinem egregia ſãctitate eaque præcipuè virtute conſpicuum quem inſtituit, Minimorum dici cenſuit.

Humilitas eius.

Iam verò cum Ordine præclarè conſtituto, Generalis munere in eo fungeretur, vt alios ad humilitatis æmulationem magis magisque incitaret, non dubitabat vir ſanctus viliſſima quæque munia obire. Quippe diſcipulis ſuis diſcumbentibus ipſe miniſtrabat, ſacra loca verrebat, aliorũ fratrum induenta proprijs manibus abluebat. Cum adhuc iuuenis eſſet, Calabriamque incoleret, nũquã niſi nudis pedib. etiã per glacies, niues, montes & acuta ſaxa, vepres, ſpinasque incedebat. Ipſum ſæpius ignem nudis pedibus conculcaſſe, ac ignitos cãdentesq; lapides manibus portaſſe, liquidò conſtat. Admirabilis erat eius vitæ auſteritas, quæ propterea admirabilior cenſenda eſt, quia in pueritia, adoleſcẽtia, iuuẽtute, ſenecta, & decre-

Iuuenis ambulat nudis pedibus.

& decrepita eius ætate inter labores, vigilias, ieiunia, abſtinētias, innumeraſque corporis macerationes, eundem pœnè viuēdi modum ſeruauit.

Horum & plurimorum aliorum Sanctorum operum ratione habita, adeò ſancti Spiritûs gratia hominē complexa eſt, vt pijs eius meritis & precibus in Chriſti nomine dœmones à corporib⁹ humanis ſæpiùs eiecti, pluresq; infirmi diuerſis morborum generibus oppreſſi, & iam à medicis deſtituti, ac morti propinqui, priſtinæ ſanitati reſtituti fuerint: Idéque beatus alijs compluribus, qui memoria & ſenſibus capti erant, ſanitatē præſtiterit: ac multis claudis inceſſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, cæcisque lumen reſtituerit, & leproſos mundauerit: nōnulloſq; mortuos vel pro mortuis habitos ad vitam priſtinamque lucem reduxerit. Quorum quidem miraculorū fama, cùm iam per totū ferè orbem vagaretur & ad aures Pauli II. perueniſſet, ille quēdam Cubicularium ſuum ad Cuſentinenſem Archiepiſcopum Pyrrhum nomine miſit, vt ex eo de miraculorum veritate certior fieret. Pyrrhus autem vt ſummi Pontificis mandato in omnibus faceret ſatis, ipſum Cubicularium ad virum ſanctum deſtinauit, vt præſens admirādam eius ſanctitatem, ac miraculorum virtutem oculis proprijs inſpiceret. Cubicularius fretus Antiſtitis conſilio, hominem adijt. Cumque inter ſalutandum beati viri manum oſculari vellet, ille omninò renuit, eumque rogauit, vt ſibi potius manum deoſculandam porrigeret, vtpote qui annos triginta tres, ſacroſancto presbyterij munere ac honore in Eccleſia Dei fungeretur. Quod Cubicularius memoria repetens obſtupuit, atque hominis ſpiritū vehemēter admirās, cum eo in cubiculum ad

Eximijs claret miraculis.

Spiritu prophetiæ claret.

lum ad colloquium cóceſſit. Ibi cùm poſt varios ſermones vltro citroque ſanctè admodum habitos, Cubicularius aſſeueraret, vitam illam arduã & perquam difficilem, nulli niſi robuſto ac valido tolerabilem fore: beatus Pater, audito illius verbo, igni appropinquans, ardentes prunas abſque læſione manibus arripiens. dixit: Qui perfecto corde Domino ſeruiunt omnia creata illis obtemperant. Exterritus ille eo miraculo veniam petijt, & ad pontificem rediens, miracula quæ viderat, enarrauit.

Ardẽtes prunas manu tenet.

Erat vir quidam apprimè nobilis, Iacobus de Tarſia, Baro terræ Bellimontis diœceſis Cuſentinenſis, qui tũc temporis Paulæ degebat, & vlcere quodam in crure, ad deſperationẽ vſque ſalutis laborabat. Is cum longo tempore medicorum & chirurgorum ope fruſtrà vſus fuiſſet, nullâque ſibi ſalutis ſpem in humana induſtria reliquam videret, fama miraculorum & ſanctitatis beati viri adductus, ad eũ nõ ſine magno labore acceſſit, plagamque illi detexit, & ſanandam humiliter exhibuit. Vir ſanctus, & qui adſtabant, hulcus tam graue & miſerabile, & inſanabile penè iudicabant: Franciſcus tamen hortatus eſt eum vt firmam fidem & certã ſpem in vno & omnipotenti Deo collocaret, quia ſanitatis gratiã conſequeretur. Intereà cùm vnum è ſuis fratribus, ad quædã folia herbæ, quę vngula caballina dicitur, & certos pulueres, quos in ſua cellula vir ſãctus repoſitos habebat, colligenda miſiſſet, ipſe crucifixi imagini affixus, ardentiſſimas pro ſalute viri illi⁹ preces fundebat, allataq; deinde folia cum pulueribus, facto crucis ſigno hulceri impoſuit, ac domum eum abire iuſſit. Ille cóſcenſo equo cùm paululùm equitaſſet; Profectò, inquit, ad vxorem

Vlcus deſperatum ſanat

ſuam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuūm Iohannā, quæ ei itineris comes erat, videor mihi ſanitatē adeptus, nā neq; dolorē, neq; fœtorem illū peſſimū ampliùs ſentio. Hæc dicēs ex equo deſcendit, & calce terrā percutiens, nec aliquid doloris ſentiens, ſe liberū & ſanū intellexit. Iiſdē fermè diebus in ciuitate Cuſentinenſi Marcellū quēdā de Cardilla, manib. pedibusq; cōtractū & lepra miſerè infectū, orationis ſuæ virtute incolumē reddidit. Guidonē quoq; Lipantū, nobilē Cuſentinū turpi lepra deformatū, in domo Paterni (quam vir beatus tunc ædificabat) ſanitati reſtituit. Cùm idē beatus vir fabricā domûs iuxta Paulæ oppidum incepiſſet, adductus eſt ei quidā à natiuitate mutus. Quem cum parentes eius præ foribus eccleſiæ depoſuiſſent, vir beatus, dixit ei, vt alta voce ter Ieſum inclamaret, Beato verò inchoāte & parentibus proſequentibus, mut⁹ ſimiliter alta voce dixit: Ieſus: & inde integræ vocis, vſque ad obitum, beneficium obtinuit.

Cōtractum eundemque leproſum curat.

Item alium

Mut⁹ inuocato nomine Ieſu loquitur.

Rurſus, Iulia Antonij Catalani filia, ab ortu cęca cùm à parentibus adducta fuiſſet ad ſanctum virum euulſa quadam è terris herba, crucis ſigno benedicta oculisq; impoſita viſum recepit. Cùm duo in fabrica domûs Paterni terram effoderent, ſubitò prærupti montis pōdere obruti, pro mortuis habiti ſunt. Quos cum vir ſanctus acceſſiſſet, & terram à duabus partibus remoueri mandaſſet viui planè & illæſi, non ſine ingenti aſtantium admiratione inuenti ſunt.

Cæca videt.

Accidit, vt in media hyeme venatóres quidam ſyluas oberrantes, in mōtibus multa niue reſperſis, hominem inuenirent planè extinctum vel vltimo certè mortis iaculo ſaucium: hunc cùm miſericordia moti ad ſepeliendum deferrent, ad locū detulerunt vbi tūc beat⁹ vir morabatur qui in

illum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illum reſpiciens, Per charitatem, ait, viuit homo iſte: & ad eũ conuerſus, Surge, inquit, & ambula. Ad cuius verba homo illicò ſurrexit domumq; ingreſſus, vires cibo ac potu reſtaurauit, ac proſpera deinde valetudine vſus eſt. Dum in ædificatione noui monaſterij calx in fornace coqueretur, accidit vt fornax vel nimio ignis calore accenſa vel alia quauis cauſa, ruinã minaretur; vndè magiſtri operum non mediocriter turbati, cùm nullum opitulando malo remedium inuenirent, ad B. virum accurrunt, eiq; periculum exponunt. At ille magiſtris ad prandium abire iuſſis, ſibi curam fornacis ſumpſit. Cùmque remotis arbitris ſolum ſe remanſiſſe putaret, ſtatim facto crucis ſigno intrepidè ardentem fornacem eſt ingreſſus, eaque reſtaurata, rurſus ſine vlla etiam veſtimentorum ſuorum læſione incolumis eſt egreſſus.

Quidã pro mortuo habitus ad vocem S. viri conualeſcit.

Intrat illæſus fornacẽ ardentem.

Erat frater quidam Antonius, Ordinis Minorũ profeſſor eximius, & vitæ etiam ac morum integritate omnibus admirandus, qui, publicis ſæpè in concionibus beati Viri dicta factaque carpebat, & populum interim admonebat nè ſe ab homine ſimplice, rudi, ac litterarum ignaro in errorem abduci pateretur, præſertim in eo, quòd ſolis herbis ægrotis ſanitatem promittebat. Hæc cùm animo confidenti frequenter ad populum perorarer, fratres alij eum hortati ſunt, vt coram, beatum virum de prædictis argueret, & ſalutaribus monitis à tanta temeritate, ad ſaniorem mentem reuocaret. Qui ſanè abijt, & virum ſanctum acriter increpitum contumelijs inſuper affecit, monuitque nè deinceps ſua ruditate & ſtultitia, plebem à veritate in tantã inſcitiam atque adeò in fraudem abduceret. At vir ſanctus cùm hæc

Increpatur, & in publicis concionibus, tanquã homo rudis & parũ ſanæ mentis arguitur.

aliaque

aliaque inſigni patientiæ documento pertuliſſet, hilari animo foco appropinquans, ardentes nudis manibus titiones arripuit, eosq; ſtrictè comprimens oſtendit omnia Dei virtute fieri poſſe. Quo miraculo ſtupore propemodum oppreſſus Antonius, ad eius ſeſe pedes abiecit, atque erroris ſui veniam humiliter poſtulauit, nec prius humi ſurgere præſumpſit, quam tanti viri benedictione potiretur.

Ardentes titiones nudis manibus complectitur, vt oſtẽdat omnia ſe Dei virtute facere.

Quæ cum mirabilem quandam & rarò auditam viri ſanctitatem arguerent, & celebris admodum fama eorum ad Ludouicum XI. eius nominis, Francorum Regem Chriſtianiſſimum perlata eſſet, Rex eximia beati viri ſanctitate permotus, à Sixto Papa IIII. impetrauit, vt ex Calabria in Franciam ſe conferret, quò ſic demùm incredibili ſuo deſiderio, ex conſpectu viri ſãctiſſimi, ſatisfaceret. Igitur Franciſcus ſummi Pontificis mandato compulſus, in Franciam ad Ludouicum Regem abijt: à quo multis magniſque admodum honoris & beneuolentiæ indicijs acceptus, amplam & magnificam domum cum eccleſia, propè ciuitatem Turonenſem & Regium palatium, ſibi ſuiſque fratribus in perpetuũ obtinuit, quæ in hodiernum vſque diem fama ſanctitatis beati viri celebris permanet.

A Franciæ Rege euocatur & reuerenter habetur.

Fuit autem hic Franciſcus tantæ continentiæ vir, vt non carne, ſed ſolo ſpiritu compactus videretur. Neque propriæ tantùm ſaluti eum inuigilaſſe putandum eſt, ſed totis in eã rem viribus incumbebat, & aſſidua mente pertactabat, quo modo alios quàm plurimos ad ſimilem virtutis viam perduceret. Hinc ad religionis ſuæ propagationẽ diuino procul dubio ſpiritu inſtructus tres inſtituit Regulas, fratrum ſcilicet ac ſororũ,

Tres Regulas inſtituit.

 & vtri-

à quinque Roman: Pôtificibus poſtea confirmatas.

& vtriuſque ſexus fidelium, Tertiariorum nuncupatorum. Atque vt erat humanæ gloriæ contemptor eximius, & ſummus humilitatis amator, fratres omnes ſui Ordinis Minimos: & ſorores Minimas vocari voluit, præcepitque vt ante omnia, in quouis negotio, ſeſe, ſuaque omnia ad Romani Pontificis Chriſti in terris Vicarij voluntatem referrent. Fuerunt autem ſaluberrima ipſius noui ordinis inſtituta, primum à Iulio II. Pontifice approbata, & à Sixto Innocentio VIII. & Alexandro VI. Rom. pontificibus, ac poſtremò à Leone decimo (qui eum in Diuorum catalogum retulit) confirmata, multiſque gratijs ac priuilegijs indultis communita.

Reddit ſpiritum creatori vir ſanctiſſimus.

Cum tempus peregrinationis ſuæ completum eſſe à Deo intellexiſſet, pridiè quam decederet, in ſolenni Miſſa, ingenti fratrum ſuorum cinctus corona, imbre lachrymarum perfuſus, ſacroſanctum Euchariſtiæ viaticum è manibus ſacerdotis ſuſcepit, atque ad cellulam ſuam infirmos ac ſeniles baculo ſuſtentate artus, regreſſus anno ætatis ſuæ nonageſimo primo, ſecunda die Aprilis, quæ tunc fuit Paraſceues, eadem ferè hora qua Chriſtus pro totius humani generis ſalute acerbiſſimos in Cruce dolores ſuſtinuit, lætus è carnis ergaſtulo migrauit. Corpus eius, poſtquã dies vndecim gratiſſimum omnium oculis ſpectaculum, inhumatum permanſiſſet, nullum non modò fœtorem, ſed odorem ſuauiter admodum fragantem emiſit. Fuit autem in Diuorum numerum relatus anno à Virginis partu 1519. Leone X., Pontificatus illius anno ſeptimo.

VITA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*VITA SANCTI NICETAE, Abbatis, ex ea quam ſcripſit Oratione funebri Theoſterictus, beatiſſimi viri diſcipulus. Exceßit è viuis vir ſanctus, circa Annum Domini 821, Paſchale, Apoſtolicam ſedem, Michaele verò Balbo, Imperium Orientale adminiſtrantibus.*

C Baron: In not Martyr: Romã: & Tom: 9 Analium.

QVamquàm ſancti omnes præter ſupernam illam patriam Hieruſalem vix aliam nouerint; & ciuitatem in terris ſtabilem nullam habuerint; ideoque parum aut nihil nobis conferat ſi genus eorum & patriam inquiramus: tamen quia ita natura comparatum eſt, vt ex præclaris virorum geſtis, decus aliquod ac ornamentum patriæ noſtræ accedere credimus, nequaquam ea ſilentio in hoc Sancto præterire volumus. Genuit itaq; hunc virum ſanctum Cæſarea Bithyniæ, ac diu multumque egregijs ipſius rectè factis ſeſe oblectauit. Pater eius Philaretus, diuinæ pietatis admodum ſtudioſus, nullã non pro filio curã ac diligentiam ſuſcepit, vt optimis ſanctiſſimisque imbutus diſciplinis, multorum expectationi ſatisfaceret. Tanto namque perfectioris vitæ ſtudio pater flagrabat, vt minimè dubitauerit monaſticæ vitæ rigorem profiteri: mater enim octauo à partu die, vitam hanc cum beata morte commutauerat.

3 Aprilis.

Patria S. viri

Pater eius, fit monachus.

Adhibetur literis.

Fuit igitur puer apud patris matrem ſedulò educatus, & ætate paululum progreſſus, literis à patre traditus: quas ille laboris amantiſsimus breui memoria complexus eſt, prorsùs vt integrum Dauidis Pſalterium probè teneret, atque ex eo omnes vitæ actiones ad diuinæ legis diſciplinam ſanctè ad modum cõponeret. Quibus initijs pater mirificè delectatus, eũ ipſe Deo dicauit, & ſãcto illius ſeruitio ita omninò addixit, vt

Tenet Dauidis Pſalterium memoria.

æditui in eccleſia locum teneret. Quod munus cum tanta prudentiæ ac ſanctitatis opinione adminiſtrabat, vt oẽs in ſui admiratiõẽ vehementer pertraheret. Diuina eloquia nocturna pari ac diurna terebat manu, ijsq; mentẽ aſſiduo paſcebat, prorſus vt rebus omnibus terrenis calcatis, viam omnem modũque exquireret, quô ad ſummum virtutum omnium faſtigium peruenire poſſet.

Perfectionis ſtudium.

Tandem cùm varias viuendi rationes animo pertractaſſet, placuit vita cælibe ac peturbationibus vacua electa, monaſticã diſciplinã arripere. Omnibus igitur amicis ac conſanguineis valere iuſſis, dulcique patria relicta, abijt ad Stephanum quendam, cùm vitæ ſanctitate tùm ipſa inprimis canicie admodum venerandũ, qui iuxta vrbis Cæſareæ torrentem, ſolitariam in rebus aſperis ducebat, vitam. Huic ſe Niceta cùm in diſciplinam tradidiſſet, tam egregium ſe athletã in ſpirituali paleſtra præbuit, vt cum ipſo penè magiſtro de vitæ ſanctitate certare videretur: Vnde ſenex ille alacri eius ſtudio permotus, auctor illi fuit, vt in cœnobium aliquod ad multorum eruditionem ſe reciperet. Cuius vſus cõſilio Niceta, precibus eius pro viatico ſumptis, abijt ad Meditij monaſterium, cui tunc temporis ſanctiſſimns Pater Nicephorus præerat: à quo benignè admodum ſuſceptus & in diſciplinam libenter admiſſus eſt.

Vitam complectitur cœnobiticam.

Hic verò, quanta quamque eximia animi fortitudine, impotentes hoſtium impetus, & omnes motus ratione vacuos repreſſerit, vix vllis verbis explicari poteſt. Et quidẽ inprimis aſſidua mortis meditatio ei ob oculos verſabatur. Ventrem extrema neceſſitate egregiè domabat, ac parùm

Mortis meditatio aſſidua.

à cibis

à cibis abſtinere exiſtimabat, niſi ab omni terreno affectu ſeſe remoueret. Nulla erat in eo furoris perturbatio, nullus iracundiæ aut ſimultatis effectus, nulla ocioſi ſermonis opinio, ſed omne ipſius ſtudium aut diuinorum eloquiorum meditatio, aut ſolertes ad Deum preces erant.

*Ordinatur presbyter.*

Cum igitur paſtor ipſe, tantis eum virtutibus conſpicuum cerneret, dignum reputauit, qui ſacerdotali initiatus dignitate, ad aliorũ ſalutem operandam promoueretur. Nec mora miſſus ad Tharaſiũ Conſtantinopolitanæ Sedis Patriarcham (qui eum dignitatis gradum multis virtutibus adornabat) ad presbyterij honorem libens ab eo prouectus fuit, ſtatimque domũ reuerſus: monaſterij gubernacula ſuſcipere coactus eſt: quæ ille tanta prudentia ac dexteritate tractauit, vt plurimi fama virtutum eius excitati, ad eum confluerent: lætique eius ſeſe diſciplinis ſubderent. Itaque paucis admodum annis, ſacra illa fratrum ſocietas ad centeſimum numerum excreuit, quos peritus gubernator ad portum ſalutis, mira omnium gratulatione, dirigebat.

*Præficitur monaſterio*

*Athanaſius vir celebris & doctus, Nicetæ virtutibus permotus fit monachus.*

Hinc factum eſt, vt præter alios, Athanaſius quidam, exẽplo virtutum eius prouocatus mundo renunciaret, quod ſanè vel ipſos etiã Angelos in admirationem pertrahere potuit. Erat enim Athanaſius ille, cum literarum cognitione egregiè imbutus, tùm minimè vulgaribus decoratus honoribus, ideoque patri ſuo inprimis charus. Hæc autẽ cùm animo maximo iuuenis contempſiſſet, & præter exſpectationem omniũ, ad monaſticæ vitæ diſciplinam totis viribus aſpiraret, pater per vim eum è cœnobio extractum, habitu religioſo ſpoliauit, & inuitum ſuperbas veſtes reſumere cõpulit. At iuuenis, cuius animus altas

*Athanaſij propoſito pater reluctatur.*

iam in Chriſti amore radices egerat, ſic patrem affatus eſt: Putáſnè, ô pater, ſericis iſtis veſtibus animi mei propoſitum labefactandum? Vniuerſum ego mundum contempſi, omnemque eius ornatũ ſtercora reputaui, & tu exiſtimas me inani quodam veſtium cultu ſuperandum? Hæc cùm dixiſſet, ſerica illa indumenta in quatuor partes dilacerauit. Quod cernens pater, alijs eum veſtimentis induit, nullumque non mouit lapidem, vt aliqua ſaltem huius mundi gloria animum eius titillaret. At iuuenis maiori animi altitudine ſecundò ea diſcidit, & nudus, tota mente in Chriſti vulneribus, & extrema, quam pro nobis paſſus eſt, ignominia exultauit. Ea re commotus vehementer pater, tanta in filium crudelitate deſæuijt, tantisq; tergum eius plagis affecit, vt ſumma medicorum arte, vix ad priſtinam ſanitatem reuocari potuerit. Hac tentatione deuicta, iuuenis non dubitauit patrem certiorem facere, ſe nullis ſupplicijs, etiamſi membratim diſſecaretur, ab inſtituto pietatis curſu retrahendum eſſe. His auditis pater, filij pietatem admiratus ingemuit, ac lachrymis totus infuſus ſic filium eſt affatus. Vade mi fili, vade, & iter illud ad Chriſti gloriam & animæ tuæ ſalutem præclarè ſuſceptum conſtanter perfice. Chriſtus tibi opem ferat, teque ab omnibus laqueis diaboli eripiat.

*Athanaſij ad patrem reſponſum.*

*Athanaſius dirè à patre flagellatur, ſed permanet in propoſito.*

His patris ſui verbis, Athanaſius tanquam calcaribus quibuſdam ad curſum concitatus, iterum ſe ad Nicetam recepit. Nicetas autem totis eam in rem viribus incumbebat, non modò vt commiſſum ſibi gregem in officio contineret, ſed vt arduam virtutis ſemitam, ſumma cum alacritate cõficeret, atque omnes labores pro Chriſti gloria & animarum ſalute ſuſceptos, leues iucundiſſimosque eſſe ſentiet. Ad mundi contem-

*Miram ex Nicetæ præſentia haurit voluptatem.*

*Eximia Nicetæ in gubernãdo monaſterio, prudentia.*

ptum atq; laborum omnium tolerantiam. dictu mirum eſt, quàm admirandis eos ſermonibus excitebat, prorsùs vt diſcipuli eius inflammatis animis ad ardua quæq; ruerent, neque vllis difficultatibus, à ſummo perfectionis ſtudio impediri poſſent. Non patiebatur vnquam pius Pater, aliqua triſtitiæ nube pios diſcipulos inuolutos eſſe. Sæpè noctes integras, in vno aliquo priuatim conſolando inſomnes ducebat. Singulorum animi affectiones prudenter conſiderabat, & omnibus omnia factus, omnes lucrefacere ſtudebat. Erat eius corpuſculum vigilijs ac ieiunijs adeò exhauſtum, vt propter ſummam imbecillitatem vix loqui poſſet. Tãta namque virtute continentia amplectebatur, vt panem etiam & aquam in menſurã ſumeret. Admiranda eius abſtinentia.

His rebus diuinus Pater egregiè excellens, multis miraculorum virtutibus clareſcere cœpit. Erat in confinio monaſterij, infans à natiuitate mutus, qui ad Micetam adductus, precibus eius & ſigno Crucis munitus, protinùs loquelæ beneficium conſequutus eſt. Frater quidam, quotidianis monaſterij ſeruitijs deputatus, diaboli malitia ad amentiam & inſaniam impulſus erat, quem vir ſanctus vnius diei ieiunio omnibus in dicto, oleo ſancto & precibus ſuis, in priorẽ ſtatum reſtituit. Fratrẽ quoq; dæmonio obſitum, & grauia multa ab eo perpeſſum, prorſus vt omnes eum à dæmone lacerandum putarent, precibus ſanauit, & ſigno ſalutaris Crucis opprimentem dęmonẽ eiecit, fratrẽq; integrę ſanitati reſtituit. Precibus & ſigno Crucis, ſanat mutum. Ieiunio oratione & ſancto oleo, amentem reſtituit. Oratione & ſigno Crucis dæmonũ expellit.

Quàm verò egregius in animi morbis curandis idem Pater Niceta extiterit, nullis verbis explicari poteſt: Etenim ex ipſo motu atque habitu, qui prauis agitabantur cogitationibus, dinoſcebas. Porrò ſi quem grauiori aliquo delicto ob-

*Notēt & obſeruent hāc prudentiam in tractādis animorum morbis confeſſarij.*

noxium cernebat, hunc remotis arbitris, ad clariorem facinoris admiſſi cognitionem pijs monitis & exemplis excitabat, & ita prudenter corripiebat, vt memor fragilitatis humanę, ſe quoq; ſimiliter, vel etiam grauius labi poſſe recordaretur, ſummaque diligentia præcauebat, ne abundantiori triſtitia eiuſmodi homo abſorberetur. Omnibus erat mitis, omnibus amabilis, omnibꝰ iucundus & hilaris, comis & ad audiendum facilis, miſericors, facilis ad communicandū, totus charitate plenus, totus humilitate refertꝰ, totus manſuetudine, & omnibus ſincerè virtutibus abundans. Tota deniq; vita ad proximi ſalutem & vtilitatem deſtinata fuit.

*Athanaſius moritur, eiusque ſanctitas apparet.*

*Item Nicephorus.*

Interea Athanaſius qui Patris Nicetæ onus pari cura ac vigilantia ſuſtentabat, vita functus eſt, & ad beatam immortalitatem lætus migrauit, è cuius pectore, ſupra monumentū arbor cypreſſus nata multis, morbis oppreſſis, ſanitatem ſuis frondibus præſtitit. Nicephorus quoque, cuius pietate & ampliſſimo beneficio, monaſteriū hoc conſtitutū fundatumque erat, eodē ferè tēpore diē obijt, quo tēpore totū regiminis pōdus, ſolis Nicetæ humeris incubuit; qui fratrū adactus precibꝰ, & pijs obteſtationibus victꝰ non tā pręfecturæ dignitatē, quā ingens dignitatis onus ſuſcepit.

*Iconoclaſtarum hereſis exurgit*

Nam ijſdem temporibus, diabolus nouas quaſdā hæreſes excitauit, ijsque, graues admodū, lōgè lateq;, in terris diſſenſiones ſeminauit. Multò .n. maiore contentione, quàm anteà vnquā, piū ſacrarum imaginum vſū è terris eliminare, ōneq; pietatis ſtudiū, ſempiternis tenebris inuoluere nitebatur. Imperium adminiſtrabat Leo Armenus, homo omni impietate cōtaminatus, Leonis Iſaurici & Cōſtantini Copronymi ſectator, qui,

omnes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnes veræ orthodoxæque fidei propugnatores, vel exilio multabat, vel multis iniurijs ac calumnijs oneratos, vitam ipſa morte acerbiorem, in medio nationis prauæ exigere cogebant. Eo tempore, acerbi veritatis perſecutores, cùm omnem longè lateque dominandi impunitatem adepti eſſent, Nicephoro Conſtantinopolitanæ Sedis Antiſtiti in exilium pulſo, Theodotũ quendam, ex eorum numero qui Spatharij dicuntur, hominem leuiſſimum, Patriarcham ſubſtituerunt, quo præſide conciliũ quoddam Iudaicum coëgerunt, in quo ſanctiſſimos Patres, ab impijs eorum decretis diſſidentes, humi proſtratos pedibus conculcarunt, multisq; dictu horrendis, contumelijs affecerunt.

Iconoclaſtarum rabies in ſanctos Patres.

Poſt Epiſcopos autem hoc modo exceptos, primarios inſignium monaſteriorum duces aduocârunt, inter quos & diuinum patrem Nicetam. Hos primùm varijs aſſentationibus verſutiſſimo modo inuentis, in fraudem atque peſtem inducere conabantur, ſed cùm omnes conatus eximia eorum prudentia deluderentur, illi in furorem ac apertam vim prorumpentes, in diuerſos carceres eos compegerunt, eorumque virtutem & conſtantiã diuturnis carceris ſqualoribus frangere tentârunt. Erat tunc ſanctus Niceta in carcerem malè olentem & ſordidum valdè coniectus, prorsùs vt ſi alia pœna non acceſſiſſet, ſatis hæc condemnatio ad ſupplicium valeret.

Patres ſancti in carceres conijciuntur.

Poſtquàm verò dies non paucos in tetro carcere non ſine maximis corporis incommodis exegiſſet, Imperator eum exilio in Orientis partibus damnauit, & in caſtello quodam, quod Maſaleon dicebatur, ſeruari iuſſit. Erat, iam media hyems, cum ſanctus Pater, anteà itineris laboribus

S. Niceta poſt carceris ſqualores, exilio multatur.

planè fractus, cum frigore ac niuibus, omnibus aëris iniurijs expoſitus, certare cogebatur. Accedebat, quòd is qui virum ſanctum in exilium ducere iuſſus fuerat, homo erat natura ferus & immitis, nullumque omninò tempus aut locum, à continuis calamitatibus ac miſerijs reſpirandi viro ſancto concedebat. Eadem planè crudelitate, fera immitis in reliquos Patres vtebatur. Cùm verò Imperator ſanctos patres ijs perſecutionibus alacriores reddi, animoſq; omnibus anguſtijs maiores habere cerneret, verſutus ille conſilium mutauit, Patresque Bizantium eadem itineris difficultate & moleſtia reuocatos, nouis rationibus in ſuam voluntatem pertrahere cogitauit. Et quidem cùm hyemis tempus, & dies ſolemni ieiunio cõſecratos in libera cuſtodia exegiſſent, Imperator quia oleum & operam ſe perdere videbat, tradidit eos Iohanni cuidam, inſigni malorum inuentori, quibuſcumque vellet ſupplicijs affligendos. Qui cum varijs eos in carcere cruciatibus fatigaſſet, & extrema fame propemodum enecaſſet, omneſque malitiæ ſuæ machinas fruſtrà adhibuiſſet, callidum ſanè cõſilium, mira diaboli verſutia conflatum, aduerſarijs ſanctorum Patrum miniſtrauit. Cùm enim impios ſuos conatus aperta vi prolatos, in irritum cadere animaduerterent, ſimulata victoriæ deſperatione, tanquàm pacis, certis legibus in religionis negotio, firmandæ cupidi, acceſſerunt poſtulantes, vt vel ſemel cum Theodoto nefario peſtiferę hęreſeos capite communicarent, ac deindè cum ea fide ac ſententia quam haberent, ad ſuum quiſq; monaſterium regrederetur.

*Iohannes quidã, peſſimè tractat ſanctos Patres.*

*Fraus hereticorum.*

*S. Niceta cedit, nõ rectè cõſulẽtibus.*

Hac conditione perſuaſi Patres, è vinculis exierunt, & ſãctum Nicetam ſua auctoritate quamuis in-

uis inuitum & reluctantem, ad ſuas rationes pertraxerunt, vt pariter cum reliquis Theodoto manus daret. Theodotus enim, vt omnes paulatim ſub ſpecioſo pietatis prætextu, in fraudem & nefandam hæreſim impelleret, venientes ad ſe Patres ſumma cum beneuolentia, vt prima fronte apparebat, excipiebat. Atque vt fraudis ſuſpicionem tegeret: Qui non adorant, dicebat, venerandam Chriſti imaginem, anathemati ſubijciantur. Atque hoc modo Patres nihil hoſtile ſuſpicantes: ad monaſteria ſua liberos abire permittebat. Niceta verò cum ſecum animo cogitaſſet, grauiſſimæ ruinæ cauſam eſſe, cùm quis à prima inſtitutionis norma, vel latum vnguem deflectit, ſalutarem fugam meditatus eſt, rebuſq; omnibus cõuaſatis, nauigio Proconeſum tetẽdit. Sed illic ſententiam mutãs, iterùm Bizãtium redijt, vt vbi timiditatis ſignum dederat, ibi noua conſtantia eandem expelleret, atque oſtenderet, ſe nullo modo vel latum vnguem ab auitæ religionis præſcripto receſſurum. Quo audito, Imperator accerſitum ad ſe, ad proprium abire monaſterium iuſſit ni mallet inauditis ad illum diem ęrumnis vexari, & vitam cum extremo nominis ſui dedecore finire. Ad hæc Niceta leni voce reſpõdens: Ego, inquit, Imperator, neque in monaſterium meum redibo, te iubente, neque à fide mea deſciſcã ſed in eadem confeſſione mea ſum & ero, in qua & Patres mei ſeruati ſunt, & propter quam olim periclitati ſunt optimi Eccleſiæ propugnatores: in qua Eccleſia nos ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Illud ſcito, Imperator, quod neque mortem extimeſcens, (ad tempus enim hæc eſt) neque vitam hanc appetẽs (Deus teſtis eſt) feci, ꝙ nõ decebat: ſed ſenũ illorũ reuerentia, his me ſubieci, quib⁹ nõ debui.

Theodotus ſimulata pietate omnes nititur in hæreſim pertrahere.

Citò id corrigit Niceta.

Certò

Certò igitur ſcias, nullam me vobiſcum habere communionem, ſed in traditione permanere, quam initio accepi. Fac igitur mihi quidquid libet. Nihil amplius a me te auditurum ſperes.

Cùm igitur inuictum Nicetæ animũ cerneret Imperator, tradidit eum Zachariæ cuidam regalium ædium curatori, quæ Mangana dicuntur, donec quid de eo faciendum eſſet, concilium haberetur. Cùm autem Zacharias ille pietatis admodum ſtudioſus eſſet, tanta virum ſanctum veneratione proſequebatur, vt ne oculos quidem in eum defigere auderet. Imperator verò vt nihil intentatum relinqueret, quò eius conſtãtiam animique virtutem tandem aliquando frãgeret, eum grauiori exilio multatum Anthimo cuidã, homini nefario, & ſacrilegijs multis infami, qui Inſulæ Glyceriæ cum ampla poteſtate præerat, commiſit, qui crudeliter eum diu multumque afflixit: certus ſi eum ad Imperatoris voluntatẽ flectere potuiſſet, nouos ſibi honores cum amplificatione dignitatis decernendos eſſe. Sed Niceta pari virtute eius quoque conatus eluſit, & vbique de impietate victoriam obtinuit. Nam cùm annos 6. anguſtijs afflictus, & rerum omniũ inopia vexatus, contra diaboli ſatellites egregiè decertaſſet, & Deus debitas de Leone pœnas expetijt, hominemque nefarium gladijs ſuorum confoſſum, deleuit. Quo mortuo, milites Michaelem quendam duabus vinctum catenis è cuſtodia liberarunt, fauſtisque acclamationibus Imperatorem eum pronunciarunt. Qui medio quodam inter virtutes & vitia tramite gradiens, fidẽ quidem ipſam non in priſtinum ſtatum reſtituit, ſed Patres omnes & reliquos Chriſti vinctos libertate donauit, ſæuamque Eccleſiæ tempeſtatem ſedauit.

S. Niceta coram Imperatore cõſtanter fidẽ profitetur

Relegatur in exilium.

Committitur Anthimo homini nefario.

Leo imperator interimitur & Michael vinct⁹ in eius locũ ſubrogatur, qui & Pacẽ Eccleſiæ reſtituit,

Tunc

Tunc verò Niceta ex eo carcere, tanquã è ſtadio illuſtris Confeſſor, & ſine ſanguine Martyr victricia portans arma egrediens, ad inſulas vrbi finitimas abijt, in quarũ vna quietẽ appetens, angelicam planè vitam duxit. Neque tamen aliorum ſalutẽ negligebat, ſed omnium dux ad ſalutem, omnium columẽ, omnium medicus, ſummo ſtudio tam animarum quam corporum curam agẽs, indigentibus quæ illis neceſſaria erant ſuppeditabat, ac non ſolum noſtræ fidei hominibus, ſed & his qui à puritate fidei alieni erant eleëmoſynã largiebatur. Poſt hæc deuecta iam ætate, prædiolum quoddam è regione vrbis poſitum mercatus eſt, in quo vltimum vitæ actum in omni ſanctitate exegit, & animam multis ditatam virtutibus, in manus Saluatoris tertio die Aprilis efflauit.

*Niceta è carcere liberatus, abſtractã ducit vitam.*

*Nicetæ obitus.*

Ad cuius exequias honeſtandas, ingens vtriuſque ſexûs multitudo confluxit; ac duo antiſtites primarij, Theophilus & Ioſephus, quorum alter Epheſi, alter Theſſalonicæ dignitatem Epiſcopalem adminiſtrabat, ſanctiſſimis eximij viri reliquijs honores detulerunt, ſummaque cum veneratione reſonantibus vndique pſalmis, ad nauigium quod eas ad proprium monaſterium deferendas excipiebat, comitati ſunt. Cùm verò monaſterij fratres ſacrum illũ Theſaurum adueutantem in litore exciperent, ſubiectisq; humeris ad monaſterium portarent, in ipſo itinere, egregijs miraculis viri ſanctitatem Deus omnibus notiſſimã reddere dignatus eſt. Nam & dęmones è multis qui vexabãtur fugati, & ægroti varijs morbis liberati ſunt. Inter quos, mulier ſanguinis profluuio laborans, ſolo reliquiarum contactu ſanitatem conſecuta eſt. Poſtquàm verò

rò in monumentũ illatę fuerunt, protinùs maior adhuc virtus enituit, adeò vt quilibet infirmi, cum integra ad loculos fide accedentes, ab omni ægritudine liberati, ſani & incolumes domum reuerterentur. Hæc fuit ſancti viri vita admirabilis, hæc cæleſtis illius ciuis, & diuini Patris Nicetæ inſtitutio, qui vt Dei gloriam in terris perpetuò celebrauit, ita viciſſim & ipſe à Deo gloria donatus & coronatus eſt.

C. Baron. in Not: Mart: Rom:

*VITA S. RICHARDI EPISCOPI CICEſtrenſis. ex ea quam Radulphus Ciceſtrius duobus libris complexus eſt circa annũ ſalutis 1270. Claruit autem hic Sanctus, ſub Innocentio 4. Rom. Pont: qui Eccleſiæ præfuit, anno 1243.*

3. Aprilis.

S. Richardi parentes.

Richardus natione Anglus, in VVigornienſis diœceſis pago, quem à ſalis puteo VVich vocant, parentes habuit non ignobiles, Richardum & Aliciam: qui à primis annis pietati ac morum grauitati deditus, omnes facilè coæuos ſuos tam eruditione, quàm vitæ & morum integritate, anteceſſit. Porrò frater eius, tener adhuc in captiuitatem abductus, maturiori æuo ita è cuſtodia dimiſſus fuit, vt nihil ſecum in patriam, quam nuditatem & extremam inopiam adferret: cuius paupertatem ex animo miſeratus Richardus, cùm & ipſe nihil quo fratri opitulari poſſet haberet, ſeſe in eius ſeruitutem tradere minimè dubitauit, quò graue paupertatis onus nonnihil ſubleuaret, fratremque manuum ſuarum labore ſuſtentaret. Quibus ſanè officijs intantùm ſibi fratris beneuolentiam conciliauit, vt is totius terræ ſuæ eum hæredem ſcripſerit.

Seruit fratri ſuo voluntariè.

Non multò poſt, cognati & amici, nobilē quandam

dam

dam puellam opibus ac diuitijs præſtantem Richardo deſpōſārunt. Quod vbi ſenſit frater eius, doluit ſe fundum ſuum in eum tranſtuliſſe. Cui Richardus: non eſt, ait frater chariſſime, quod te hoc nomine affligas. Non tantum fundum tuum tibi reſtituo; ſed etiam ſponſam ipſam, quam ego nunquam exoſculatus ſum, libens tibi cedo; ſi tamen id illi & amicis eius moleſtum non ſit: atq; omnibus mundi huius rebus abdicatis, ſpōſaque & amicis derelictis, primùm ad Oxonienſem Academiam, indè Lutetiam Pariſiorum ſe contulit. Tanto autem ferebatur diſcendi deſiderio, vt nullam aut paruam admodùm corporis curam haberet, omnesque ſuas cogitationes vsque adeò in literarum meditatione defixas habebat, vt omnia illa præ illarum amore neglexiſſe videretur. Degebat tunc temporis cùm alijs duobus ſtudiorum ſocijs, quos vna eademque paupertas affligebat, intantùm vt tribus illis vnicum ſolùm capitis operimentum, quo lectiones audituri per vices vtebantur. Cibus illis panis ater cum oluſculo erat, quo tamen vir ſanctus, nunquàm ſe toto vitæ ſpatio, iucundiores ſuauioresque dies duxiſſe fatebatur.

*Poſthabitis omnibus, confert ſe ad ſtudia literarum.*

Intereà cùm tantos in bonis literis progreſſus feciſſet, vt omniũ iudicio magiſterij titulo dignisſimus haberetur, denuò ad Oxonienſẽ academiam profectus eſt, ibidemque eum eruditionis gradum, cum non mediocri laude adeptus eſt. Indè verò Bononiam, ad animum clariſſimis Iuriſprudentiæ diſciplinis excollendum ſe recepit, vbi ſeptennio tanto cum eruditionis incremento verſatus eſt vt dimidio & eo amplius anno, ſumma cum dexteritate & laude præceptoris ſui in docendo vices ſuppleuerit, eumque hac ratio-

*Fit artium magiſter Oxoniæ.*

*Studet Iuri.*

ratione gratiæ & beneuolentiæ locũ apud præceptorem obtinuit, vt vnicam ei filiam cum omnibus facultatibus tradere peroptârit. Verum Richardus qui diuinos in pectore motus pręsētiebat, ſubmiſsè admodum gratias agens in Britaniam redijt vbi intantùm eius exiſtimatio creuit, vt vnanimi omnium conſenſu, Oxonienſis Academiæ Cancellarius creatus ſit.

Fit Cancellarius Academiæ Oxonienſis.

Per id tempus Cantuarienſis eccleſiæ cathedram, obtinebat beatus Edmundus, qui ſancti viri integritate & prudentia delectatus, eum in partem oneris ac dignitatis ſuæ vocauit, traditoque ſigillo, præcipua quædam grauioraque totius diœceſis ſuæ negotia illi demandauit: quæ vir ſanctus ſingulari prudentia & æquitate exequebatur. Mortuo autem beato Edmundo, ſanctus Richardus tam ab aula, quàm à curis & negotijs abſolutus Aureliam ſe contulit, vbi cùm aliquádiu non ſegnem ſacræ Theologiæ operam nauaſſet, ſacerdotio initiatus vnicam parœciam administrandam ſuſcepit, quo tempore Bonifacius, qui Edmundo in Cantuarienſi Eccleſia Antiſtes venerabilis ſucceſſerat, viri ſancti conſuetudinem & conuictum mirificè expetebat: ſed cùm eodem tempore ſedes Ciceſtrenſis paſtore orbata eſſet, Richardus ad eius adminiſtrationem inuito Rege Henrico, eius nominis tertio, deſtinatus eſt: quam dignitatem contra omnes Regiæ inuidiæ impetus ità tutatus eſt, vt non mediocrem conſtantiæ & ſanctitatis laudem, ad reliquarum virtutum cumulum adiecerit. Nam cùm Regis animum nulla ratione à mendacio ad veritatem flectere poſſet, Romam ad Innocentium quartũ abijt, vt is pro ſua auctoritate electionem factam ratam haberet vel infirmaret. Confluxerant eò

Item Archiepiſcopi Cantuarienſis.

Fit presbyter.

Eligitur in Epiſcopum Ciceſtrẽſẽ.

Regis

Regis legati, qui Richardum in inuidiam Pontificis vocare nitebantur: at Pontifex auditis partibus, ſolenni ſacrarum manuum ſuarum impoſitione Richardum Epiſcopum conſecrauit, ſuiſque eum literis contra omnes æmulorum machinationes egregiè muniuit: quæ res non tam regem conciliaſſe, quàm nouam quandam iram & indignationem conflaſſe viſa eſt.

Rex enim, præter quam quod omnes Ciceſtrenſis eccleſiæ facultates per ſummum ſcelus exhauſerat, edicto quoque publico, omnes à benefaciendi antiſtiti ſtudio auertebat. Quam ob rem pauper & inops, ſub alieno tecto hoſpes degebat, nec tamen ea propter commiſſi ſibi gregis curam vllo modo negligebat, immò ne quis eum inertiæ vel ignauiæ arguere poſſit, interdum ad regiam ſeſe conferebat, & ablatorum bonorum reſtitutionem humiliter poſtulabat, licet ſemper indè cum iniurijs & contumelijs repelleretur. Iam biennium vir ſanctus regias vexationes pertulerat, cùm ſummi Pontificis mandato compulſus, ædes illi ruinoſas & vacuas reſtituit. *Eius conſtātia contra regem iniquum.*

Poſtquàm verò animo magis libero & ſoluto, ſacræ functioni illi incumbere licuit, tùm ante omnia attentiſſimam pauperum curam ſuſcepit, tanta fide ac ſtudio, vt non dubitauerit vaſa ſua argentea & aurea, ac magni pretij equum, quo vehebatur, ad eorum inopiam ſubleuandam diſtrahere. Feruebat vir ſanctus incredibili benignè faciendi ſtudio, vſque adeò vt mortuos proprijs etiam manibus ſepulturæ traderet, & quoſuis vera inopia laborantes, ſuauiſſimis ad eleemoſynam verbis inuitaret. Cumque interrogatus eſſet, quare ipſe pauperes ad beneficium *Benignitas in pauperes.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

accipiendum inuitaret rogaretque, cùm potius rogari deberet, reſpondit: Quia ſcriptum eſt: Domine præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. itemq; Quia nimis carè emitur, quod precibus emitur. Inſtituit etiam domum quandam hominibus ſenio confectis, aut graui aliqua corporis debilitate oppreſſis, tutiſſimum miſeriarum ſuarum perfugium, in qua omnia, quæ ad victum veſtitumq; neceſſaria erant, benignè ac ac liberaliter ſuppeditabat.

*Nota.*

*Pſal. 20.*

Illud quidem valdè eſt memorabile, quòd cùm quodam die panem vnum pauperibus diſtribuendũ curaſſet, is idem eius benedictione adeò multiplicatus eſt vt ex eo tria hominum millia abundè refecta fuerint, atque inſuper fragmenta centum pauperibus cibandis ſuperfuerint. Cum nemine vnquam inimicitias fouit, quin potius pro contumelijs, honorem pro inimicitijs beneuolentiam rependit: quamuis autem maxima eſſet animi lenitate præditus, tanta tamen iuſtitia, tantaque ſeueritate, in homines grauioris aliqua ſceleris contagione pollutos vtebatur, vt nullis vel minis vel blanditijs flectendus eſſent. Erant in eius diœceſi vicarij tres, impudicarum fœminarum conſuetudine infames, quòd mox vbi reſciuit vir ſanctus, lata in eos ſententia, eccleſiaſticis beneficijs priuauit.

*Vnius panis mira multiplicatio.*

*Seueritas eius in tres concubinarios.*

Erat diuitiarum ac omnium humanarum rerum contemptor egregius, prorsùs vt cùm die quodam domorum ſuarum incendium, & ingens rerum iactura nunciata eſſet, nihil animo moueretur, quin potius illud ipſum in nimiam ſuorum tenacitatem referebat, aſſerens iuſto hoc Dei iudicio factũ, quòd fortaſſis in præſtandis eleemoſynis negligentiores fuiſſẽt; vnde protinùs,

*Cõtemptus rerum præſentium.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tinùs, quamuis res tunc anguſta domi eſſet, largiori manu pauperibus ſubueniri iuſſit. Diuinarum rerum meditationibus ac precibus adeò delectabatur, vt venientes ad ſe religioſos, & homines pietatis ſtudio deditos ſemper cum oſculo ſuſciperet, dicens: Bonum eſt ea deoſculari labia, quæ thymiama ſanctarum orationum Deo cum deuotione oblatarum ſuauiter redolent:

*Amat valdè homines religioſos.*

Quanto autem ſtudio & diligentia ſacras conciones vir ſanctus obierit, & quàm clementer contritos corde fouerit, conſilia petentibus impertierit, & deploratos peccatores ad vitam & ſpem veniæ excitauerit, nemo poſſit pro dignitate explicari. In ſubſidium terræ ſanctæ, demandatam ſibi à Romano Pontifice crucis prædicationem cùm ſuſcepiſſet, & per loca maritima ad Cartuarienſem vſque ciuitatem perueniſſet, decimo die antè, quam portum illum celebrem, quem Doueram appellent, attigiſſet, in morbum incidit, neque tamen propterea quicquàm ab inſtituto pietatis curſu remiſit, donec vi morbi oppreſſus, in xenodochio, quod Domus Dei appellatur animam ageret. Cumque mortis horam imminere cerneret, imaginem Crucifixi deuotè complectens, ad vltimum vſque ſpiritum inſignem pietatis ſignificationem dedit animamque ſuauiter inter orationis verba creatori reddidit anno ætat: ſuæ plus minùs 56. Pont: verò ~~22~~ Non: 39 Apr: Sacrum corpus fuit Ciceſtriā magno vtriuſque ſexûs concurſu deportatum, ſepultumque in eccleſia ante aram S. Edmundi quam ipſe in eius templi parte aquilonari extruxerat, vbi magna diuinitùs eduntur miracula, adeò vt etiam tres mortui eius meritis ad vitā reuocati ſint, abortiuus fœtus animam vitalem acceperit, & plura alia

*Prædicat crucem in ſubſidium terræ ſanctæ.*

*Moritur vir ſanctus, in complexu imaginis Crucifixi.*

*Tres mortui ad ſepulcrum eius excitari.*

alia ſanè admiranda, quæ breuitatis ſtudio prætermittimus, contigerint.

C.Baron: Tom:2. Annal:Eccleſi

*MARTYRIVM SS. AGATHOPODIS Diaconi & Theoduli Lectoris. ex eo quod eſt per Metaphraſten. Paſſi ſunt, Theſſalonicæ, Anno perſecutionis tertio, circa annum Domini 304. ſub Fauſtino præſide.*

4 Aprilis.

MAximiano Cæſare imperante, cùm bellum pietati indictum per totum terrarum orbem arderet, equiteſque paſſim percurrentes, populos imperio ſubiectos, rerum omnium Dominum abnegare, pietatiſque ſtudium funditus delere conarentur, Agathopus & Theodulus, alijs aliò præ metu fugientibus, conſtanter patrocinium pietatis aduerſus tyrannidem ſuſceperunt. Vterque enim iam ante, multo tempore ieiunijs & orationibus impietatem ipſam longè lateque graſſantem profligare nitebatur, & cùm cæteri in angulis ac latebris additi, rabiem tyranni pertimeſcerent, hi duo athletæ palam Chriſti verbum prædicabant. Præfectus itaque militeſque tantam eorum virtutem admirati, iniectis vinculis eos in certamen adduxerunt: quod ipſi non modò detractarunt, ſed incredibili quadam alacritate arripuerunt. Erat enim Theodulus egregia corporis forma & eximio robore adoleſcens, obſcuris nequaquàm natalibus ortus. Ducebat enim genus ex illuſtri Theſſalonicenſium familia, erantque ei fratres tres Capito, Metrodorus & Philoſtorgus, inſigni pietate iuuenes, natura atque moribus martyris propoſitum amplectentes.

Cæteris præmetu dilapſis Agathopus & Theodulus prædicant Chriſtum. Comprehenduntur.

Theoduli genus & fratres eius.

Porrò Theodulus, antequam impium decretum promulgatum eſſet, intempeſtæ noctis ſilentio, præclarum quoddam, futuri certaminis munus

Theodulo dormienti annulus.

munus à Deo accipere meruit. Nam Ieni, nocte quadam, ſomno oppreſſus, annulum quendam ex noua materia conflatum digito inſertum inuenit, cuius ſolo contactu homines grauiſſimis ac deſperatis morbis laborantes protinus ſanitatem conſequebantur. Ac Theodulus quidem erat eiuſmodi. Agathopus autem illi conſentiens, vir erat diuinarum rerum cognitione clarus, & ipſa ſua canitie omnibus venerabilis: Ambo puri pietatis miniſtri. Omnes enim corporis voluptates repudiantes, ſolo diuini verbi miniſterio ſedulò intendebant, & credentium ſalutem cùm verbis tùm miraculis promouebant. Et quidem Theodulus qui Lectoris officio fungebatur, ſimplici verbo & ſalutiferæ Crucis ſigno, importunos ſæpè dæmones ex obſeſſis corporibus fugabat, Deique potentiam illos fateri cogebat.

*[Marginal notes: diuinitus datur. — Agathopodis ætas. — Theodulus lector, dæmones fugat.]*

Hos igitur egregios Chriſti milites, Fauſtinus Theſſalonicæ vrbis Præfectus in iudicium adductos, quia facilè ex ipſo vultu inuictam eorum virtutem cernebat, blanditijs eſt aggreſſus: fictáque amicitiæ ſpecie, remotis omnibus, diu multúmque certauit. Sperabat enim Theodulum ætate iuniorem, blandis verbis facilè in ſuam ſententiam pertrahendum. At Theodulus egregia animi conſtantia omnes eius blanditias eluſit, & minas pari virtute contempſit. Quod cernens Fauſtinus, tacitus ſecum adoleſcentis prudentiã miratus, Agathopodem adduci iuſſit, cui ſubmiſsè in aurem ſuſurrauit, dicens: Immola, quandoquidem Theodulus à mendacio ad veritatem redijt, & nunc ſe immolaturnm pollicetur. Agathopus autẽ cognito dolo: Et ego, inquit, prompto animo ſacrificium faciam Deo, eiusque filio Ieſu Chriſto, ſiquidem his floridum Theodulus

*[Marginal note: Fauſtinus Præfectus, blanditijs eos peruertere nititur.]*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſacrificium ſe facturũ promiſit. Hęc illo dicente, & multa inſuper de deorum vanitate differente, Præfectus, veritus ne luculentę orationis efficacia, ceteri qui iudicandi erant, magis in Dei fide confirmarentur, celeriter vtrumq; in carcerem abduci iuſſit. Nocte aũt media, cùm eos Deus ſecundùm quietem oportunis viſis cõfirmaſſet, læti ſurgentes Chriſtum omnium ſaluatorem voce magna collaudarunt. Deinde fuſo lachrymarum imbre, quo manus ſuas lauiſſe dicuntur, flexis in terram genibus, ſupplices Deo preces obtulerunt, quibus ad vltimum vſque vitæ ſpiritum, contra eius nominis inimicos conſtantiam in certamine poſtulârunt. Sanctis autem hoc modo precantibus, multi qui in eodem loco aut homicidii aut adulterij rei detinebãtur deposita mortis formidine, ſupplices ſeſe ad beatorum pedes abiecerunt, commiſſorum criminum veniam poſtulantes. Turbæ verò, quæ foris erant, magna rerum, quæ dicebantur, admiratione effectæ, effractis clauſtris in carcerem inſilierunt, vt tantum tamque admirandum pietatis ſtudium, ſuis ipſi oculis contemplarentur. At Vrbanus quidam, qui Theſſalonicæ quæſtoris dignitate apud omnes in honore erat, ſtimulis dæmonis concitatus curſu ad Præfectum contendit, magna voce clamitans atque denuncians, de deorum cultu actum eſſe, niſi ſerui Dei celeriter è medio tollerẽtur. Quamobrẽ Fauſtinus, animo ſanè propter illos qui in carcerem irruerant, perturbato, adoleſcentem ſimul cum ſene adduci iuſſit. Illi autem tanta animorum alacritate prodierunt, vt non ad ſupplicium, ſed ad celebritatem aliquã iucundiſſimam properare viderentur: Quæ res ſpectantium quidem animos in magnam admiratio-

*Ducuntur in carcerem.*

*Diuinitùs confirmantur.*

*Multi ad Chriſtum conuertuntur.*

*Alacritas SS. martyrũ.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

rationem, Fauſtini verò in maiorem tyrannidem rabiemq́ue conuertit.

Tandem Præfectus poſt multa verba ad Theodulum nequicquam habita, veſtimentis eum ſpoliari iuſſit. Quo facto, miniſtri eũ acerbè diſcruciabant, clamãte præcone: Sacrifica, & dimitteris. Theodulus aũt: Veſtimenta quidem inquit, à corpore diuellere poteris, mentis aũt fidem à Deo non auertes in ęternum. Cumq́; liberius loqueretur, & propoſita tormenta negligeret: iuſſit Fauſtinus quoſdam alios adduci, vt tormentis, quæ ferre eos minimè poſſe credebat coacti, corã illis ſacrificarent. At Theodulus, Iſthęc, inquit, tormenta parua ſunt atque ridicula: Maiora tibi aduerſum nos excogitanda ſunt, vt perfectam animorum noſtrorum cum Deo coniunctionem perſpicias, quæ pro religione cruciatus omnes perferre poteſt.

Theodulĩ fortitudo in tormentis.

Cùm in his alijsq́ue diſputationibus bonam temporis partem conſumpſiſſent, & Fauſtinus Theoduli animum omnibus minis ac blanditijs maiorem eſſe cerneret, tacito nutu miniſtris, quid fieri vellet indicauit: qui Theodulũ vt capite damnatũ eò duxerunt, vbi ſontes damnatiq́ue puniri ſolent. Vt verò ad locum ſupplicij ventũ erat, & carnifex gladiũ eduxiſſet, Theodulus lęto hilariq́; vultu ceruicem porrexit. Quo audito Fauſtinus eum ad ſe reduci iuſſit, & Agathopodem multis rationibus ad deorum ſacrificiũ allicere conatus eſt. Sed maior fuit vtriuſque conſtantia & virtus, quàm vt fraudibus dæmonis infringi poſſet. Atque ita Præfectus Chriſtum confitentes, & deorum vanitatem abominantes rurſus in carcerem detrudi, ferroq́ue crudeliter vinctos omni ſolatio humano deſtitui iuſſit.

Martyres ĩterũ ad carcerem reducuntur.

At illi nullis aduerſitatibus vel laboribus fracti, noctes intempeſtæ ſilentio, hymnis & canticis Dei bonitatem laudantes obſecrabant, vt ſe in religione conſtantes conſeruaret,& in vna ſolaque Chriſti gratia quieſcentes, ſomnum carpebant:cùm ecce vterque ſecundum quietem viſus ſibi in magna pelagi tempeſtate nauigare, fractiſque remis & malo, cùm cæteri fluctibus obruti perijſſent, ſe ſolos piſcium in morem ad littus adnatare: & gubernatoris ſolertia ſeruatos, ac ſplendidis veſtimentis indutos, amœnnm in montem,cuius cacumen cælum attingeret,conſcendere.Hoc viſo mirificè exhilarati,alter alteri,iam ſomno ſoluti, tanquàm ignoranti narrauit. Sed cùm parem vtriq; gratiam ſubminiſtratam cognoſcerent, optimam in futurum ſpem concipientes diuinas pro tanto munere Laudes decantarunt.

*Viſio eorũ in ſomnis.*

Dum hæc fierent, miniſtri crudelitatis aduenerunt,vt eos ad Præfecti tribunal vinctos ducerent:illi autem alacres ſignatis Chriſti trophæo frontibus, miniſtros ſequebantur. Tùm verò ingens amicorum luctus exortus aëra compleuit, quod cariſſima ſibi capita ad necem rapi cernerent.Verùm Theodulus hilari vultu : Si,inquit, pro amicitia lachrymatis,lætari potius debetis quòd tam honeſtis in rebus probemur:Sin inuidia commoti, ſucceſſibus noſtris doletis,cómune pietatis ſtudium patet & fidei promulgatio pariter omnes vocat: paucis tamen coronam præbet, illis nimirùm qui nec diuitiarum, nec voluptatis ſtudio tenentur. Dum hæc loquerentur, Præfectus tribunali ſedens, tertiùm eos interrogauit: cumque nihil reſponderent, niſi: Chriſtiani ſumus,& pro Chriſti nomine omnia pati

*Educuntur è carcere ad tribunal.*

*Theoduli ad amicos & cognatos lachrimantes verba.*

pati

pati volumus; ipſi vultu triſti ſententiam tulit, vt Theodulus & Agathopus immolare recuſantes in mare proijcerentur. Miniſtri igitur beatos manibus poſt terga reuinctos, & lapidibus ex ſacris eorum ceruicibus ſuſpenſis ad mare deduxerunt, & vtrumque victoriæ corona redimitum in fluctus proiecerunt. Mare autem cùm eos ſuſcepiſſet, fractis lapidum vinculis, multo pulchriora propinquis corpora ipſorum reddidit. Paulò verò pòſt, Theodulus decoro vultu & candida amictus ſtola apparens, præcepit vt facultates eius viduis & orphanis ex æquo diſtribuerentur, quô poſt ſuum à nobis diſceſſum videretur, non ſolùm velle in calamitate conſtitutos conſolari, verumetiam propinquos ad idem pietatis ſtudium incitare. Horum igitur Sanctorum memoriam, qui pro veritatis defenſione fortiter ſe geſſerunt, æquum eſt, vt annuis votis & laudibus decoremus, & eorum fidem pro viribus imitemur.

Fertur in eos ſententia.

Merguntur in mare.

Theodulus poſt mortẽ apparet.

*VITA S. ISIDORI, DICTI IVNIORIS, Hiſpalenſis Epiſcopi: ex ijs quæ extant penes C. Baronium. Exceſſit ex humanis, anno à Partu Virgineo 636. Honorij Papæ II. Cinthilani Hiſpaniarum Regis I. cùm ſediſſet annis plus minus 40.*

Tom. 8. Annal. & in Notat. ad M. Rom.

ECcleſiæ Catholicæ inclytum ſidus B. Iſidorus, ex ſtirpe Gothorum progenitus, Patreque Seueriano vrbis Carthaginis Præfecto viro clariſsimo natus, fratres habuit eximia ſanctitate conſpicuos; Leandrum quippè Hiſpalenſem & Fulgentium Carthaginenſem Antiſtites præſtantiſsimos: ſororem verò Florentiam itidem vitæ ſanctimonia florentiſſimam. Et quidẽ Leandro eius germano rebus humanis feliciſſimè

4. Aprilis.

Progenies eius.

Succedit Leandro in

Epiſcopatu Hiſpalenſi. Synodus Hiſpalenſis 2. ſub eo celebrata anno Do: 619.

mè exempto, communi omnium voto in ſedem Pontificalem euectus, Concilium Hiſpalenſe celebrauit, nuncupatum ſecundum; cui & præfuit: in quo varias prouinciæ ſuæ controuerſias prudenter admodum decidit. Quo tempore iam & diaboli opera in Hiſpanias vſque, ex Orientalibus oris Acephalorum virus diffuſum erat: vt niſi quantocyus eidem remedium paràſſet vir ſanctus, perfacilè illud potuiſſet Hiſpaniarum Eccleſias labefactare. Aſt magno Diuinæ diſpenſationis beneficio impegit in hunc ſpiritalem ſcopulum, fidei robore fortem atque conſtantem, venenatarum harum mercium in Hiſpanias ex Oriente primus delator. Erat is Epiſcopus quidam natione Syrus: duarum in Chriſto naturarum proprietatem abnegans, ac Deitatem paſſibilem aſſerens: cui ilicò ſacer præſul cum ſuis in faciem reſtitit; prolatiſque de Chriſti Incarnatione ſacræ paginæ, Sanctorumque Patrum teſtimonijs, ſententijsque recitatis, omni eundem exhortatione ad veræ fidei rectitudinem reuocare ſtuduit. Qui ſalutaribus primùm monitis multùm pertinaciter contradicens, tandem diuina gratia edoctus veritati cedens cunctis coram adſtantibus hæreſim propriam abdicauit; duaſque naturas & vnam perſonam in vno eodemque Chriſto Domino confeſſus eſt: credens impaſſibilem naturam Deitatem, atque in ſola humanitate ſuſcepiſſe infirmitates paſſionum & Crucis. Sciens verò beatus Antiſtes quam infida eſſe ſoleat fides hæreticorum pœnitentiam præ ſe ferentium; ad omne malum cauendum, vel quod per eundem in Hiſpania iam factum eſſet, vel fieri poſt hæc poſſet, ſa ubri

Hæreſis Acephalorũ quæ.

Conuerſio Hæretici Eutychiani Acephali.

inito conſilio perfectam edidit doctrinam; qua penitùs Acephalorum error eſt confutatus: paransque antidotum ad omnes venenoſi ſerpentis morſus; perfectam de Incarnatione Dominica poſuit confeſſionem: quam & ſinguli ſingulis muniêre ſubſcriptionibus, octo numero qui Synodo intererant Orrhodoxi Epiſcopi.

Sedulitas eius in extirpanda hæreſi.

Porrò decimoquarto poſt anno celebrata eſt Toletana quarta Synodus celeberrima, generalis appellata; cui interfuêre tam ex Hiſpania, quam Gallia Narbonenſi (quæ parebat Hiſpaniarum Regi) Toletum vocati ſexaginta duo Antiſtites: quibus præfuit beatus Iſidorus, primus ordine recenſitus, & in ſubſcriptionibus Epiſcoporum cæteris prælatus. Fuit idem Concilium eiuſdem viri ſancti nobilis partus probè formatus, cæterorumque Pontificum ſententijs exornatus; in quo primùm quidèm varia de his quæ ad Catholicam doctrinam: dein verò quæ ad diſciplinam eccleſiaſticam & bonos mores ſpectant, doctè pieque, & nonniſi Sancti ſpiritûs illuſtratione fuêre ſancita. Inter cætera iniunctum fuit illi à Patribus, tanquam rerum Eccleſiaſticarum peritia & ſcientia cæteris excellentiori, vt ex præſcripto ſacræ Synodi volumina elucubraret Eccleſiaſticorum officiorum; quibus tum in ſacris Miſſis, tum in horis pſallendis canonicis nocturnis atque diurnis vti deberent omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ: quod quidèm ab eo quanta dexteritate concinnitateque præſtitum ſit, abundè declarant Miſſalia atque Breuiaria Toletana edita.

Concil Tolet. 4. Generale ſub eo celebratum anno Chriſti 633.

Elucubrauit Miſſalia ac Breuiaria Eccleſiæ Hiſpanicæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conſummatam dein eius doctrinam ingeniumque præſtantiſſimum cõdigno præconio quis proſequi poſſit? Tantæ ſiquidem fœcunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes: ex quo audita is qui audiſſet, nonniſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera eximia & non pauca: Librum quippè de genere Officiorum; Librum proœmiorum; Librũ commentationis, quem Synonyma vocitauit; Libros duos ad Florentiam ſororem ſuam contrà nequitiam Iudæorum; Librum de natura rerum ad Siſebutum Principem; Librum differẽtiarum; Librum Sententiarum; Librum Quæſtionum: Librum Etymologiarum eximiæ magnitudinis. Aſſcribitur illi quoque liber de Vita & obitu Sanct. quem tamen alterius cuiuſpiam potius, quam Iſidori eſſe cẽſet Illuſtriſs. Card. Baronius.

Admirabilis eius eloquentia.

Præclara ei' ſcripta.

In Notat. ad Mart: Rom: ad 1. Maij & 25. Auguſt.

Cæterùm ſanctiſſimus præſul plenus bonorum operum diem reſulutionis eum adeſſe prænoſceret. AEdem ſacram adijt; peractoque ſermone ad populum expanſis manibus benedixit omnibus: intimoque cordis affectu hactenus ſibi commiſſum gregem ſupremo Paſtori commendans, feliciſſimo ſomno obdormiuit in Domino. Decoratus quippè extitit ſanctitate; ſpiritu prophetiæ clarus; in eleemoſynis largus; hoſpitalitate præcipuus, corde ſerenus; in ſententia verax; in iudicio iuſtus; in prædicatione lætus; in lucrandis Deo animabus ſtudioſus; in expoſitione ſcripturarum cautus; in conſilio prouidus, in actu humilis; in menſa ſobrius; in oratione deuotus; honeſtate præclarus; ſemper pro Eccleſiæ & veritatis defenſione mori promptus; & in omni bonitate conſpicuus. Præterea pater extitit

In Eccleſia reddit Chriſto animã.

Catalogus eximiarum virtutum eius.

cleri-

clericorum;doctor & ſuſtentator monachorum ac monialium; conſolator mœrentium; tutamē pupillorum ac viduarum; attritor ſuperborum; perſecutor & malleus hæreticorum. Rexit Archiepiſcopatum Hiſpalenſem quadraginta annos,diuerſis fulgens miraculorum ſignis;primaria dignitate florens:& Romani Pontificis in Hiſpania vicem gerens. Claruit miraculis.

*VITA S. PLATONIS, ABBATIS Monachorum Montis Olympi,ex luculenta Oratione,quam in eius funere conſcripſit Theodorus Studita. Migrauit autem è corpore, Confeſſor, multiplicibus ex plurimis certaminibus, coronis inſignis,anno reſtauratæ ſalutis 812.Leonis Papæ 3.17.Michael: Curop.Imp:1.* C. Baron. in Not. Mart: Rom.& To: 9.Annal.

BEatus Plato, qui à prima iuuentute ſuauiſſimos virtutum omnium flores ſpirauit, parentes habuit Sergium & Euphemiam, cùm generis tùm morum nobilitate admodùm inſignes, quibus in tenera ætate orbus, ab vno quodam conſanguineo ſuo, ad ætatem vſque pubeſcentem educatus eſt. Et quidem cùm magna quædam ad vitiorum omnium licentiam via illi pateret, is diligentia & virtutis exercitatione, animi nobilitatem ab externis honoribus, ad honeſtam virtutis viam direxit, ſummoque ſtudio perditorum hominum conſortia deuitans, eorū familiaritatem appetebat, quorum conſuetudine cùm doctior tum indies melior euadere poſſet. Etenim pro ludo diuinas lectiones quibus attentus erat, pro theatris & ſpectaculis Eccleſias frequentabat;pro inhoneſtis diuerſorijs honeſta collegia, quodque laudabilius eſt, occultas mentis cogitationes, & acta, cuidam eorum, qui præ-

4. Aprilis. Parentes S. Platonis.

Deuitat malorum conſortia.

Sæpius confitetur.

præerant, ſæpius confitebatur. Quæ res magnum religionis illius erat indicium: neque exiguam alijs admirationem afferebat, pariterque viam ad meliorem vitam multis aperiebat.

*Diſtribuit ſua pauperibus.*

Cùm itaque mentis oculos ad ſempiternarum rerum contemplationem erexiſſet, non dubitauit vir ſanctus earum deſiderio alacrior factus, ampliſſimas cum paterna domo facultates diuendere, earumque precium, (duabus ſororibus paucis quibuſdam relictis) pauperibus diſtribuere, atque ignotas regiones petere.

*Theoctiſtus Archimandrita.*

Erat in partibus Olympi, Archimandrita quidam Theoctiſtus nomine, cùm genere tùm vitæ ſanctitate clarus, in loco qui Symbolus appellabatur degens. Huic ſe Plato in diſciplinam tradere cupiebat. Cùm igitur patrijs finibus relictis, vnico comitatus famulo propter probitatem egregiè ſibi charo, in eum locum, qui Regum nomine appellatur venißet, denſam quandam ſyluam ingreſſus ſtatim ſibi comam, eius qui eum ſequebatur manu, præſcindi iuſſit, pulliaque, tanquam purpurea ſe veſte induit, & famulum cum precioſis veſtibus à ſe dimiſit.

*Tondet ſibi comam.*

*Integra & perfecta obedientia ſe tradit Theoctiſto.*

Hoc modo rebus terrenis animo magno valere iuſſis, ad Theoctiſtum futuri certaminis ſui magiſtrum venit, cui ſe totum, & mentem & voluntatem, & corpus integra obedientia reſignauit & tanquam abiectiſſimum quoddam mancipium, ſpreta nobilitatis ſuæ gloria alieno ſe imperio libens propter Chriſtum ſubdidiit. Gaudebat in omnibus ſui contemptu, magnoque ſe beneficio affectum putabat ſi poſt operis penſum diligenter ac dexterè præſtitum, contumelia afficeretur, & pugnis alapiſque cæderetur. Nam reliqua virtutis exercendæ ſtudia, vt ſunt

pro-

prolixæ preces, extenuatio corporis, macies ex inedia ac vigilijs contracta, humi cubationes, frequens mortis meditatio, leuiora & parui ad modum momenti eſſe putabat, ſi nō propriè voluntatis (quæ radix omnium peccatorum eſt) interitus accederet. Vnde nihil maiori diligentia contendebat, quàm ſtrictiſſimæ obedientiæ virtuti ſe ſuaque omnia ſubijcere & vltimum apud oēs locum, magno humilitatis ſtudio adamare.

Propria voluntas.

Hinc cùm patri ſuo ſpirituali fratribuſque chariſſimus eſſet, tùm externis etiā hominibus, clariſſimo virtutum eius ſplendore longè lateque ſeſe diffundente, valdè admirabilis viſus eſt, eò magis quò maiori animo ſplendidum ac ſuperbum paternæ domûs ac familiæ genus contempſerat. Poſtea verò quàm ad cæleſtem patriā Theoctiſtus, mortalitatis vinculis ſolutus, feliciter migrauerat, fuit communi fratrum ſocietati præfectus, quā miro virtutum ſplēdore illuſtrauit, ad eumque ſtatum & conditionem prouexit, vt manſio illa ab omnibus ſanctiſſima nominaretur. Cibus illi erat panis cū fabæ oleribus & ſummis herbis: Potum illi fons limpidiſſimus præbebat, neque hic quotidianus, ſed interdum vltra diem vnum, interdum in tota hebdomada bis, vel decimo quoque die ſumptus. Veſtis erat tenuis ac vilis, quæ aëris iniuriam repelleret nō quæ elegantiam aliquam oſtentaret: ſtratum nō mollis aut diffluens lectus, ſed qui corpus affligere, & ad ſpiritalia miniſteria firmum ſeruare poſſet. Ad hæc manibus proprijs cū ſacro Apoſtolo neceſſitatibus ſuis conſulebat, neque panem vnquàm gratis comedit. Quid dicam de ſcribendi aſſiduitate & ſtudio? Vnde nam quæſo tanta librorū abundātia noſtris monaſterijs ſuppedi-

Præficitur fratribus à morte Theoctiſti

Victus eius & mira abſtinentia.

Veſtis.

Stratum.

Labor eius & ſcribendi ſtudium.

tata eſt? An non ex illius ſanctis manibus & laboribus? quos adeuntes & animo illuſtramur, & eius manum ingeniumque admiramur quæ talia ac tanta nobis præſtiterunt?

Conſtantinus Copronymus perſtringitur.

Erat temporibus illis, ſumma quædam impietatis tempeſtas. Conſtantinus ille impijs cogitationibus feruens, malitiæ domicilium, multorũ capitum draco, eius hæreſis propugnator, qua Sanctis imaginibus bellum indixit, monaſtici ordinis acerbiſſimus perſecutor tunc regnabat: à quo quiſnam noſtrorum Nazarçorum non fuit exterminatus? aut quis latens non in medium eſt prolatus? Quiſnam eorum qui reſiſtebant, non ad impietatis baratrum detractus? ita vt ſicubi aliquis eorum, qui inſignes erant, relictus fuiſſet, tanquam ſcintilla quædam in occulto & obſcuro loco iacens, ita latuerit, vt pro mortuo haberetur, apud eos qui adhuc ſupererant. Talis fuit noſter Elias à Domino ipſo ſeruatus ijs in locis, in quibus exercitationi monaſticæ operam nauabat, nó eius manibus captus, qui nouus Achab dici poterat, neque eius impietatis particeps factus, vt poſt caliginis tanquam nocturnæ cuiuſdam pugnæ tempora, velut lucifer quidam denuò nobis exoriretur: id quod factum vidimus. Dehinc enim neceſſarijs quibuſdam de rebus Bizãtium ingreſſus eſt. Quo tempore videre licuit monachos ipſos, qui ſuperfuerant, tanquàm lumina quædam ab ijs qui in vrbe Bizantina erant, conſpectos fuiſſe.

Venit Bizantium, & excipitur mira gratulatione ab amicis, qui eum extinctum putabant.

Tunc & beatus ille, qui mortuus anteà putabatur, rediuiuus agnitus eſt. neque enim à cognatis ſupereſſe credebatur: ex eoq; non ſolùm conſanguineis, ſed toti Bizãtio celeberrimus factus eſt, alijs aliundè illum attrahentibus ac iucundiſſimè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſſimè amplexantibus, nobiliſque ipſius doctrina libentiſſime fruentibus. Et certe tanta doctrinæ eius excellentia fuit, vt domos omnes in vrbe aliam in formam & ſtatum conuerterit. Iurandi conſuetudinem ab eius loci hominibus quotidianis admonitionibus abſtulit. immoderatum corporis cultum ſua doctrina repreſſit. ardentiſſimum charitatis in pauperes exercendæ ſtudium hominibus perſuaſit, ac tandem effecit vt in vrbe regia regij, cæleſtis inquam regni, mores ſpectatæ vitæ teſtimonio comprobati elucerent.

Reformat mores Bizantinorum.

Hinc omnes illũ ſuſpicere, admirari, ſummoque honore dignum iudicare, ac Nicomedienſium eccleſiæ præſidere volebant. ſed vir ſanctus iucundiſſimæ quietis valdè amans, ad amicam ſolitudinẽ reuerſus eſt: Poſteà quam verò Chriſti cultrix Irene ad regni gubernacula peruenit (ſub cuius imperio cùm alijs bonis, tum monaſticæ vitæ adeundæ facultas & ianua patefacta eſt, quæ olim ab impio Imperatore clauſa fuerat) vir beatus vel inuitus ad monaſterij regimen, cui antea magna cum laude præfuerat, iterum aſſumptus eſt, clauumque nauis illius qua multorum ſalus vehebatur, regere coactus. Cùm igitur ſe captum ad præfecturam illam exercendam vidiſſet, neque ſine periculo eam fugere poſſet, tunc animo magno & excelſo tanta cum prudentia ac dexteritate gubernacula ſuſcepit, vt antiqua illa monaſticæ vitæ diſciplina ab Apoſtolis & magno illo Baſilio conſtituta multisque tunc obſcuritatibus inuoluta, ad priſtinum ſplendorem reuocata videretur. O quàm tunc erant pulchra tabernacula tua Iacob, quam illuſtris pietatis ſpecies ad aliorum emendationem ex vita monachorũ moribuſq; lucebat. Ea profe-

Præficitur iterum monaſterio.

**Pietas inſignis in monaſterio.**

ctò erat in monaſterio pietatis facies, q̃ ſolo ſui aſpectu facilè quoſuis ad virtutis amorē prouocabat. Neq; ſolū pietas hęc intra monaſterij fines clauſa tenebatur, ſed per omnia imperij regna radios longè lateque ſpargebat, & vbicunque ſalutem alicuius periclitari vir ſanctus audiebat, illic virtutē ſuā exerebat, ſummiſq; viribus importunū animarum hoſtē ſubmouere nitebatur.

**Conſtātini Irenes filij impietas.**

Cùm Conſtantinus Irenes filius nuper ad imperij gubernacula prouectus, imperij poteſtate ad flagitiorum omnium licentiā abuteretur, & partim maternæ reuerētiæ & cuſtodiæ freno abiecto partim diuinis legibus conculcatis, legitima vxore repudiata, Herodis exemplo mœcharetur, & omnes ferè iniquo illi facto aſſentirentur: ſolus hic diuinus Plato cum diſcipulis ſuis, à veritate contra iniquitatem conſtans permanſit, neque vllis minis vel blanditijs in cōſenſum tanti ſceleris pertrahi paſſus eſt. Nuncia nuncijs, minæ minis addebantur: flagella, exilia, membrorum mutilationes proponebantur, ſed omnia inuicto animo vir ſanctus repellebat, nullaque certamina quamuis duriſſima pro veritatis defenſione recuſabat. Hinc Cæſar iracundia cōmotus graui illum exilio, diſcipulis aliò atque aliò diſperſis fugatiſque, multauit, regioque edicto prohibuit, nè quis eorum, qui Dei cauſa perſecutionem patiebantur, alicubi reciperentur.

**Plato cum ſuis diſcipulis, pro veritatis defenſione exilio multatur.**

O fortem illius viri mentem & animum, qui non imperium formidauit, non minis ceſſit, nō illecebris fractus eſt, cum præſertim cognata illi eſſet fœmina quæ Herodiadis mentem habebat: quinimò intrepida oratione vſus, ac nihil veritus, id, quod verum erat, confeſſus fuit. Cęſar vt animi eius conſtantiam frangeret, non quidē

ſecuri eum percuſſit, ſed in cellula quadam, vt maleficum hominem, concluſit, cibumq́; per anguſtum foramen dari iuſſit. Hæc vna cum Cæſare agebant monachorũ præfecti quidam; quodque miſerabile eſt. carcer erat monaſterium Imperatoris palatio adhærens; cuſtodiæ verò princeps erat is, qui adulteros coronauerat. Deniq; tam conſanguinei, quàm alieni viro ſancto illudebant, & generoſum hominem adulteriorum comprobatores ſtultitiæ & inſanię inſimulabãt, ac falſæ gloriæ ſtudioſum eum iactabãt, qui pro Chriſti gloria certamen ſubierat. Sed ille ærumnas illas ità ferebat, vt inſigni beneficio ab ijs ſe affectum putaret. Nulla enim aduerſitas, nulla tempeſtas eius religionem & charitatem ſuperare poteſt, cuius ſtudium ſincera mente ad Dei gloriam refertur.

*Multa inuicto animo patitur.*

*Homo candidus inſuperabilis.*

Breue tempus interceſſit, & adulterinũ illud imperium de medio ſublatum fuit. Tunc fideliſſimus ille diuinarum legum cuſtos, confeſſionis brauio recepto, à carcere ipſo, tanquam victor exijt, multiſque laudibus & carminibus celebratus, fœlix dicebatur, eorum teſtimonijs comprobatus, qui anteà ipſi obtrectabant atque illudebant. Cùm enim regina Irene ad intermiſſum imperium redijſſet, & virum hunc ſumma reuerentia, tanquàm martyrem proſequeretur, tunc multi inſtar retro fluentis fluuij ad Platonẽ conuerſi, magnis laudibus eius aduerſus impietatem conſtantiam celebrabant, adeò vt ipſe cuſtos carceris in terra proſtratus, ſupplex ab eo veniam poſtularet. Sed ille qui nulla ſe iniuria affectum putabat, non modò ignouit, verum etiã omnibus ſe ſubijciebat, atq; in ſui ipſius cõtemptu mirificè gloriabatur.

*S. Plato cum magna gloria liberatur è carcere.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Abdicat ſe præfectura monaſterij.*

Cùm diſcipulos ſuos ab exilio reuocatos collegiſſet, & collapſa pietatis fundamenta reſtauraſſet omni ſe præfectura abdicauit, & in loco anguſtiſſimo concluſit, vt per aſſiduam diuinarũ rerum contemplationem, arctiori amoris vinculo ſe Deo coniungeret. Ibi ardenti orationis ſtudio, & indefeſſo manuũ labore, aduerſus hoſtẽ diabolũ ita pugnauit, vt tamen fratrum curã minimè negligeret. Nam alios triſtes conſolabatur, alios animo deficientes recreabat, lapſos multos erigebat, & illorum, qui acerbitate aliqua affecti erant, mœrorẽ leniebat. Quanta verò rigiditate erga ſe vſus fuerit, vix vlla oratio explicare põt. Ferrea quadã catena valdè graui pedes conſtrinxerat, qua oneratus nocturnũ pariter ac diurnũ laborẽ ſuſtinebat, & infatigabilẽ ſe in carnis caſtigatiõe præbebat, impietatiſq; ſtudiũ ex omnium animis euellere conabatur.

*Rigor vitæ eius.*

Nocte quadam è cellula ſua egreſſus, quendã Cæſaris propinquum adijt, & multa admodum, communis vtilitatis cauſa, eius auribus quamuis ingrata inculcauit, vt pace & otio cõſtituto, Rempublicam bonis omnibus efflorentem redderet. Sed illo vix ad cellulam reuerſo, tanto alter furore exarſit, vt miſſis cõtinuò ſatellitibus, virum ſanctum & nos vnà cum illo comprehenderit, atque munito in carcere quatuor & viginti dies detinuerit. Heu quanta fuit tunc temporis illius calamitas. Nouis iniurijs vir ſanctus vel potius veritas ipſa afficiebatur. Fratrum ſocietas furioſè oppugnabatur. Et alij quidem in carcere ſeruabantur, alij ad iudicia, tanquam rei trahebantur: ipſe verò vnus omnium ſanctiſſimus, ad ſynodum tanquàm maleficus quiſpiam ducebatur. Miſerabile certè ſpectaculum

*Iterum capitur, & mittitur in carcerem pro veritate.*

erat,

erat, videre ſenem viribus corporis deſtitutum, ſublatum portari catena vinctum, & velut piaculum quoddam, ab alijs humeris in alios, indecora traiectione, tranſmitti. Hei mihi: hæc nè fuit ordinationis ſynodo cógruentis ratio? hęcnè imperij Chriſtiani exiſtimatio?

Sed, vt quæ in medio ſunt, ea velut ludicra quædam prætermittam, exilium iam decretum fuit, & pater ipſe circumſcriptus eſt in vna quadam inſula ex his, quæ ante vrbem ſunt, quemadmodum & frater noſter in alia quadam valdè aſpera; munito quodam carcere ad exilium accedente. Sed quonam modo Dei ſeruus abductus eſt? Diſtractus, vexatus, à duobus hominibus huc atque illuc raptatus, vt iniquum illud facinus vel ipſis lapidibus ſensûs expertibus, lachrymas mouere potuiſſet. O immites & doloris ſenſu carentes illorum animos: qui iuſtum illum virum omninò deſertum, in cella quadam profundiſſimi lacus inſtar concluſerunt, hominemque iam ſenio confectum & morbo vexatum, ſub vnius cuiuſdam ſerui poteſtate reliquerunt. Si quid imbecillitati ſuæ conſentaneum petebat, peruerſus ille fores claudebat. Si neceſſitati naturæ ſatisfacere volebat, iniquus ille ſeruus id ei exprobrabat. Cumque hæc pateretur, ſtabilis tamen aduerſus omnes procellas manebat, & datam Chriſto fidem egregiè ſancteque ſeruabat.

Relegatus in exilium.

Tandem verò, longo carceris ſqualore fatigatus, cùm in læthalem morbum incidiſſet, Cæſar in vrbem Bizantium ipſum tranſtulit, animique ſui duritiam in virum ſanctum nonnihil mitigauit. Itaq; celeberrimus ille ciuitatem ingreſſus, ſenio pariter & laboribus fractus, lætus ad ſepulcrum ſuum abijt, quod iampridem videre



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mortem vt laborum finem & initium gaudij aſpicit.

concupiuerat. Quo viſo Deo gratias agens, vt animum ita & corpus ad iter illud feliciſſimum compoſuit. Mortem enim hilari vultu tanquàm laborum ſuorum finem & veræ lætitiæ initium aſpiciebat. Modulabatur ſibi funebre hoc canticum, Reſurgent mortui, & exurgent qui ſunt in monumentis. & lætabũtur qui ſunt in terra. Hæc cùm & ipſe caneret, & alios vt pari ſequerentur alacritate, hortatetur, caput ad dexteram inclinauit, tacitoque ac leni corporis motu ſanctã animam Angelis tradidit, qui eam ad iuſtitiæ ſolem perduxerunt.

Lætus moritur.

C. Baron. in Not. Mart. Rom.

## *VITA S. VINCENTII VALENTINI cognomento Ferrerij, profeſsione Dominicani, ſanctitate, doctrina, miraculisq; clariſsimi. ex ea quam quatuor libris conſcripſit Petr. Rauzanus Panormitanus, Ord. Prædicat. ad Reueren. Magiſtrum eiuſdem Ordinis Martialem Auribelli. Obijt anno Domini 1418. annumeratusq; eſt inter Sanctos à Calliſto III. Papa.*

5. Aprilis.

Patria & familia eius.

BEatus Vincentius, ex antiqua honeſtaque Ferreriorum familia, Valentia clariſſima Hiſpaniæ ciuitate oriundus, parentes habuit morum elegantia & honeſtate vitę admodũ conſpicuos. Qui præter hunc filium, egregium familiæ ſuæ ac patriæ vniuerſæ ornamentum, alios duos genuerunt, quorum vni Petro, alteri verò Bonifacio nomen fuit. Et quidẽ Bonifacius qui fuit iuris vtriuſque Conſultus, omnium ſui temporis eruditiſſimus, mortua vxore, hortatu fratris ſui Vincentij Cartuſienſem Ordinem elegit, eiuſque habitum in quodam monaſterio,

Frater eius Bonifacius egregius iuriſperitus fit Carthuſianus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

extra vrbem Valentiã, quod Porta cæli vocatur, ſuſcepit: vbi cum tanto tamq; inſigni religionis ſtudio verſatus eſt, vt quarto ab ingreſſu anno, in generalem fratrum illorum rectorem electus fuerit.

Porrò Vincentius, qui non ſine multis magniſque futuræ ſanctitatis indicijs in lucem editus erat, cùm ad fontem regenerationis ab amicis & cognatis delatus eſſet, atque inter illos de nominis impoſitione longa orta eſſet diſceptatio, Sacerdos tædio affectus & diuina ſine dubio prouidentia motus Vincentio illi nomen impoſuit: quod admirandis illius operibus mirificè congruere inuentum eſt. Vt primum, ſextum ætatis annum ingreſſus fuerat, parentes quibus propter incredibilem animi modeſtiam & formæ elegantiam valdè charus erat, literis eum imbuendum tradiderunt, in quibus tantos breui temporis ſpatio fecit progreſſus, vt omnes coætaneos ſuos multis paraſangis ſuperaret. Erat enim puer adhuc, ab omni non modo laſciuia, ſed luſu etiam puerili alienus: & ſi quando pueris eum adeſſe contingeret, poſt breuem honeſtumque ludum, indicto ſilentio locum aliquem eminentiorem conſcendebat, eaque quæ ab egregijs diuini verbi præconibus audierat, ſumma cum dexteritate proferebat, & graphicè admodùm eruditorum Theologorum geſtus, dicta ac ſententias non ſine audientium ingenti admiratione & ſtupore exprimebat. Anno ætatis ſuæ duodecimo, omnibus humanioris literaturæ diſciplinis imbutus, ad Dialecticę ſtudiũ gradũ fecit, in quo, biennio admodùm exacto, tantũ profecit, vt inter oẽs facilè primas teneret. Hãc aũt eruditionẽ pari pietate adornabat. Singulis hebdomadis bis

Sacerdos illi nomẽ imponit, amicis de eo multum diſputãtibus.

Sexennis traditur literis.

Vide puериles eius actus.

Anno ętatis ſuæ duodecimo fit dialecticus.

quarta nimirùm & ſexta feria ieiunabat, Miſſarum ſolennijs ſumma cum animi deuotione intererat, diuini verbi prædicatores doctos pariter & indoctos, pia quadam curioſitate audiebat.

Gratia lachrymarum.

Tanta verò lachrymarum gratia à Domino illi conceſſa erat, vt ab ijs deſiſtere valdè moleſtum eſſe videretur. Iam verò quanta cura ac ſtudio pauperes fouerit quis explicari queat? Eos enim in domum paternam receptos lætiſſima fronte reficiebat, & quibuſcumque poterat officijs eos ſibi demerebatur prorſus vt toto quatriduo tertiam ſubſtantiæ ſuæ partem illis, ſumma parentum voluntate erogauerit.

Benignitas eius in pauperes.

His tot tantiſque præclaris adoleſcentis virtutibus, accedebat illud maxima admiratione dignum, quòd anno ætatis ſuæ ſecundo & viceſimo inter eos qui Valentiæ philopſohiam Theologiamque profitebantur, ſummus omnium habebatur. Erat ei grande & acutum ingenium, cum tenaci & indelebili memoria coniunctum, ac continua in ſtudijs perſeuerantia: quæ omnia cunctis eum ciuibus Valentinis mirificè gratum reddebant.

Cum die quadam, pater eius in adulto iam filio tantam rerum peritiam, tantamque morum elegantiam attentius conſideraret, animo fluctuare cœpit, cui potiſſimùm vitæ generi filium deſtinare vellet. Acceſſito igitur ad ſe Vincentio omne animi ſui conſilium ei expoſuit, liberumque fecit vt vel religioſæ vitæ inſtitutum, vel virginem aliquam nobilitate & pari diuitiarum ac formæ gloria præſtantem eligeret, vel poſtremò vt Romæ aut Pariſijs, virtute & eruditione, ſuum ac familiæ totius nomen ſempiternum redderet. Hæc cum pater dilecto filio propoſuiſſet, ei-

Pater deliberat, cui vitæ generi filium deſtinare velit.

que

que ſecundum voluntatem eius optime conſul-
tum vellet, ita reſpondiſſe fertur: Scito, pater o-
ptime, à diuitijs, corporis voluptatibus & ſeculi
huius honoribus me alieniſſimum eſſe. Omnem
amorem, curam & omnia denique vitæ meæ cõ-
ſilia in Ieſum Chriſtum ſine aliqua hæſitatione
defixi, ideoque in ſacro Dominicanorum Ordi-
ne illi me totum conſecrare conſtitui. Hoc eſt
quod à te, mi pater, à matre, & omnibus qui mi-
hi chari ſunt peto, vt hoc poſtulatum veſtra be-
nedictione dignum faciatis. Hęc Vincentij verba
ita patris matriſque animum perculerunt, vt
profuſis lachrymis in oſcula & amplexus filij
ruerent, & magno cum gaudio de optimo ſan-
ctioris vitæ inſtituto ei gratularentur. In his a-
lijſque huiuſcemodi ſermonibus, maxima illius
diei parte conſumpta, altera luce, pater cum fi-
lio ad fratrum Prædicatorum conuentum ſeſe
contulerunt, & Priori cæteriſque fratribus ad-
uentûs ſui cauſam expoſuerunt. Ea res haud vul-
garis eis lætitiæ cauſam attulit. Conſiderabant
enim ex illius ſcientia & moribus præſtantiſſi-
mis Ordini vniuerſo multum ſplendoris & glo-
riæ eſſe acceſſurum. Poſt triduum igitur, die Do-
minica, quæ fuit Nonis Februarij, annos natum
decem & octo ſacro habitu donârunt.

Vincentij ad patrem oratio.

Pater cũ filio Vincentio Dominicanos adit.

Induit habitum ſacrũ.

Et quidem poſt externa illa nouæ militiæ ar-
ma ſuſcepta, prima illi cura fuit, vitam ſancti
Dominici ſtudioſè legere, eamque intimis ani-
mæ medullis imprimere, quô inclytum ſuũ du-
cem viuis exemplis imitaretur. Atque vt oppor-
tuno tempore Euangelij doctrinam longè late-
que diffunderet, tam pertinaci ſtudio ſacrarum
literarum lectioni incubuit, vt continuò dignus
habitus fuerit, qui Philoſophiam publica pro-

Legit ſtudioſe vitã S. Dominici.

Profitetur Philoſophiam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

feſſione alijs traderet. Quod ille munus tanta facundia & eruditione tres continuos annos expleuit, vt nõ mediocrem ex eo laudem conſecutus ſit. Deindè Prior, cæteriq́ue fratres vno animo Barcinonam eum mittere decreuerunt, vt diuinum illud ingenium altiſſimis omnium artiũ diſciplinis imbutum, vberiores in toto terrarũ orbe fructus quandoque proferret. Barcinona autem Ilerdam antiquam, celebremq́ue Cataloniæ ciuitatem miſſus, poſt octo annorum curriculum, fuit pro ſingulari ſua eruditione à Benedicto Romanorum Pontifice, Theologorum aſſcriptus collegio, vbi inter ſtudiorũ illius tempora annos natus 24. opus edidit de dialecticis ſuppoſitionibus admodum inſigne. Inde verò à fratribus & amicis Valentiam reuocatus, publicas ad populum conciones habere cœpit, tanto cum fructu, vt ex vicinis etiam ciuitatibus multi ad eum confluerent, & ſub tam inſigni literarum ac morum præceptore proficere gauderent.

**Edit librum de Dialecticis ſuppoſitiouibns.**

At verò vt copioſum toti ciuitati fructum attulerit, tamen varias ibi & dæmonum & hominum pertulit inſidias. Nocte quadam precibus matutinis conſueto more abſolutis, cùm inſtanter virtutem perſeuerantiæ à Domino poſtularet, viſus eſt ei diabolus in ſpecie ſenis valdè venerabilis adſtare, qui ſe vnum ex antiquis Patribus eremi quondam incolis mentiebatur, & tanquam multarum rerum vſu peritus, tantam vitæ auſteritatem in florida ætate omittendam conſulebat. Quid enim, dicebat, hæc corporis maceratio tibi conferet, cùm in ea ad vltimam ſenectam minimè perſeuerare potes. Quare miſſam eam facito: & in ſola Chriſti gratia ac benignitate confide. Nec dubites quin facilè ab eo, ſi in aliquod

**Valentiæ & dæmones & homines ſentit infeſtos.**

**Dæmon ei apparet.**

aliquod delictum prolapſus fueris, gratiam conſequeris. His auditis Vincentius, primùm vehementi timore commotus fuit: ſed vt ſe ab eo nonnihil collegit, & meram dæmonis fraudem eſſe deprehendit, facto CRVCIS ſigno, inimicum in fugam compulit; qui magno cum eiulatu ac tetro fœtore relicto, protinùs euanuit.

Erat Valentiæ mulier quædam, tàm generis nobilitate quam corporis forma præſtans, quæ ſuggerente diabolo, capta eſt amore ipſius Vincentij tam ardẽter, vt nullam aut animi aut corporis quietem habere poſſet, niſi cupitis eius amplexibus frueretur. Itaq; poſt varias inſidias, tempore & loco opportunis viro ſãcto nequicquàm ſtructas, tandem grauiſſimam corporis ægritudinem mira dexteritate finxit prorſùs vt de ipſius ſalute conclamatum eſſe putaretur. Itaque vt cæleſtes iras maturè per ſalutarem confeſſionem auerteret, virum Dei Vincentium aduocant, qui pro ſua in proximum charitate celeriter adueniens, & cubiculum ingreſſus, cunctis qui aderant, de more excluſis, cœpit puellam ad perfectum criminum dolorem, veramq́ue pœnitentiam adhortari. At illa, quæ tota erat libidinis igne inflammata, aures ſalutaribus monitis occluſas habebat, & tota mente verſabat, qua via modoq́ue ad cupitos amplexus peruenire poſſet. Tandem poſt multa verba vltrò citroque habita, cùm occultum ignem diutius celare non poſſet, omni formidine pudoreq́ue depoſito, corporis operimenta abijciens, nudam ſe viro ſancto expoſuit, atque ad fœdam corporum commixtionem eum ſollicitauit. Sanctus verò Confeſſor impudentis fœminæ audaciam admira-

Fœmina prouocat S. Vincentiũ ad libidinẽ.

admiratus, & ſcelus abominabile execratus, multa ſeueritate à tam nefario opere eam abducere conatus eſt; ſeſeque perpetuam caſtitatem Chriſto Ieſu à teneris vouiſſe, neq; poſſe facinus tam abominandum, in iniuriam & contemptũ ſummi Dei patrare obteſtatus eſt. Quibus dictis, magna cum celeritate ex eius conſpectu ſe ſubduxit. At illa tali grauiter indignata reſponſo, tanquam altera Putipharis vxor, clamores contra virum Dei tollere conata eſt, quaſi violenter eam opprimere voluiſſet. Sed ſumma Dei prouidentia, quæ ſuorum etiam honori contra improborum conatus conſulere ſolet, nequaquam paſſa eſt, virum innocentem in criminis alicuius ſuſpicionem venire. Ecce enim vt primùm impudica voces edere tentauit, inimicus, qui ei nefandum amorem ingeſſerat, eaſdem prȩcluſit, & miſeris valdè modis corpus eius deuexare cœpit. Multi itaque, qui præ foribus cubiculi præſtolabantur ingreſſi, cum apertis indicijs mulierem à dæmone obſeſſam viderunt, exorciſtas aduocant, & varia vndique remedia exquirunt, vt eam à diaboli captiuitate in libertatem vindicarent, ſed fruſtrà. Dæmon enim, diuinorum verborum virtute fatigatus, niſi ille aduenerit, dicebat, qui per medias æſtuatis ignis flammas illæſus pertranſijt, certè huic loco non cedam. Hæc verba, quamuis aliquam recuperandæ ſalutis oſtenderent, nullus tamen idoneus ſatis verborum illorum inueniri poterat. Tandem vnus illorum, qui forte aderant, Vincentium accerſiri iuſſit, vt obſcuritatem verborum illuſtraret. Ipſe autem, etſi nouas diaboli inſidias pertimeſceret, & difficilem ſe præberet, tamen Chriſto ſe commendans, precibus eorum paruit, ac mi-

Obſidetur à diabolo.

ac miſericordiam Dei enixè pro mulieris ſalute in ipſo itinere precatus eſt. Vt autem in locum, vbi miſera laqueis diaboli conſtricta iacebat, ventum eſt, dæmon vlulatu teterrimo, En adeſt, inquit, qui in medio ignis non eſt æſtuatus; quo dicto muliere ſemiuiua relicta, diſceſſit. Attulit hoc cunctis qui aderant, ingentem admirationẽ; ac viri ſanctitatem multò in populo celebriorẽ reddidit.

Ad præſentiã S. Vincẽtij fugit dæmon.

Sed diabolus qui fortem caſtumque animum eius frangere, & libidinis contagione maculare ſe poſſe non deſperabat, aliam ſtatim viam modumq́; machinatus eſt. Suggeſſit enim nonnullis, vt mulierem quandam meritricem eximia forma præditam, precio conductam, in cellam eius introducerent. Captato igitur opportuno tempore, impudica cellulam ingreſſa viro ſancto laqueos tetendit. At ille à conſueto orationis officio ad cellam rediens & fœminam in ea conſpiciens; ratus eſt eſſe dæmonem in ſpecie mulieris latentem. Illa verò, Noli, inquit, Vincenti, me diabolũ exiſtimare, fœmina enim ſum, tui amore vehementer capta, conceptum amoris ignem cupitis amplexibus extinguere deſiderans. Quarè nihil dubita, & præſenti corporis mei voluptate fruere: Soli ſumus, manebitque tibi ſanctitatis tuæ fama integra, neque vnquam hæc res ad aures aliorũ manare poterit. At Vincentius nihil neque eximia eius pulchritudine motus: Abi, inquit, peſtifera, & vndè veniſti, protinùs reuertaris, ne te diuina vindicta confeſtim inuadat, & debitas tanti ſceleris pœnas repentina morte expetat. Illa his verbis protinùs ità immutata eſt, vt deteſtabile facinus ſuum agnouerit, & profuſa ingenti lachrymarum vi, veniam humi

Meretrix in eius cellam adducitur,

Mulier eum ad libidinẽ inuitat.

Contempta reſipiſcit.

humi proſtrata petierit, atq; deinceps ad meliorem ſe frugem receperit.

Per illud tempus, apud Auionem Galliæ nobiliſſimam ciuitatem, Benedictus Tertius decimus, ſummus Romanæ Eccleſiæ Antiſtes degebat, qui cùm multa admodum eruditioni & ſanctitati eius tribueret, tùm verò eum ſibi à confeſſionibus elegit ac magiſtrum palatij Apoſtolici inſtituit. Ibi verò quamuis inter ſummos honores ac mundi faſtum quotidiè verſari cogeretur, tamen eandem vitæ ſanctitatem, mille periculis expoſitam egregiè tutatus eſt, adeò vt corruptos etiam plurimorum hominum mores & ſceleratam vitam, cùm doctrina tum exemplo ad optimas viuendi rationes reuocauerit. Laborabat eo tempore eccleſia inſigni ſchiſmate. Mortuo enim ipſo Clemente apud Auinionem, vno omnium Cardinalium conſenſu, qui in ipſa vrbe conſiſtebant, ipſe Benedictus ad illud honoris faſtigium euectus fuerat: ſed aliæ duæ Cardinalium partes, alios duos Pontifices ſibi elegerant, prorſus vt res eccleſiæ in vltimum diſcrimen adductæ fuiſſent, niſi ſingulari ſua prudentia ac pietate Vincentius, feſſis & inclinatis penè rebus obuiàm iuiſſet. Nullis vir ſanctus laboribus parcebat, quò diſruptum vnionis vinculum reſarciret: nunc Galliæ, nunc Hiſpaniæ regiones peragrabat, modo Sigiſmundum imperatorem, modo Carolum Francorum, modò Martinũ Aragoniæ reges: ſæpè ipſum Benedictum adibat: effecitque vt omnes ad generale Concilium Conſtantiæ, præclara Germaniæ vrbe, conuenirẽt; quò agitata tantis fluctibus Chriſti nauicula, ibidem iactis concordiæ anchoris firmaretur.

Fit Confeſſarius Papæ & magiſter Palatij.

Sciſma inter Cardinales, de eligendo Pontifice.

Concilium Conſtantienſe.

Cùm

Cùm hæc Auinionæ & Conſtantiæ gererentur, & quadam die Vincentius cum animo ſuo attentius pertractaret, quid ſibi in tantis rerum anguſtijs faciendum eſſet, repentè acerrima febri correptus fuit, prorsùs vt de ſalute eius conclamatum eſſe putaretur. Duodecimo verô die, quo adeò grauiter laborabat, viſus eſt ei adeſſe Chriſtùs mirabili claritate coruſcãs, qui & corporis robur vtcumque reſtituit, & ingenti lætitia perfuſum ſui viſione mirificè recreauit. Comitabantur beati Patres Dominicus & Franciſcus, cum innumerabili angelorum multitudine. Deindè poſt multa his eum verbis allocutus eſt. Conſtans eſto Vincenti, & iſtum mentis tuæ angorem miſſum facito. Ego enim optatam Eccleſiæ pacem, & tibi ſanitatem reſtituam. Tu igitur, relicta curia, Euangelij prædicationi inſta opportunè, importunè, ac populis extremum iudicij diem, opinione citius affuturum denuncia. Nil te improborum hominum minæ & calumniæ, nil aduerſariorum inſidiæ deterreant: quoniam me duce ac protectore cuncta pericula euades, & vberrimum verborum operumque tuorum fructum felici morte conſequeris. Hæc dicens genas beati Vincentij leniter in ſingularis familiaritatis ſignum tetigit: moxque adiectis multis, quæ ad inſtruẽdum militem ſuum erant neceſſaria, Chriſtus ipſe diſparuit. At Vincentius ſtatim reuocatis viribus, è ſtrato ſurrexit, rectaque ad Benedictum mentem ſuam expoſiturus perrexit. Qui animo ægrè admodum affectus, nullum non mouit lapidem, quò eum ab ea mente reuocaret. Atque vt eum apud ſe detineret multis honorum compedibus vincire tentauit. Primùm Valentinenſem, deindè Iler-

Chriſtus ei apparet, cũ Ss. Dominico & Franciſco.

Chriſtus mãdat ei officium prædicationis.

Recuſat Epiſcopatus duos & Cardinalatum.

Ilerdenſem epiſcopatum obtulit. Cumque obla-
tis huiuſmodi dignitatibus minimè flecteretur,
poſtremò in ſacrum Cardinalium numerum,
ſumma Patrum omnium voluntate & gratula-
tione aſciſcere voluit. Sed vir ſanctus pari ani-
mi magnitudine ſummum illum honoris gra-
dum conſcendere recuſauit. Tùm Pontifex vi-
tam inſigni animi altitudine, liberam ei euange-
lizandi, cum ampla ligandi abſoluendique fa-
cultate poteſtatem fecit.

Hiſce igitur dignitatum vinculis liberatus
Vincentius, Auinionæ primùm, deindè per vr-
bes & villas diuini verbi ſemina ſpargendo in
Cataloniam reuerſus eſt. Populus autem eum,
non aliter quàm vnum ex veteribus Apoſtolis
ſequebatur, atque incredibili quadam auiditate
verba excipiens, multis eum obſequijs venerab-
tur. Stupebant cuncti admirandam viri doctri-
nam; nec deerant tamen qui calumnias in eum
iacerent, tanquàm nouarum rerum ſtudioſum,
præcipuè quòd imminentem extremi iudicij di-
em annunciaret. Sed illum nō calumniæ homi-
num, non vitæ auſteritas non maris & itinerum
pericula remorabantur. Ab anno ætatis ſuæ qua-
dragesimo, ad vltimum vſq; vitæ terminum, di-
uini verbi prædicationi (quamuis anteà minimè
id ipſum neglexerit) incredibili alacritate incu-
buit. Regiones varias peragrauit. Cataloniam,
regnum Valentiæ, Aragoniam & Nauarram quæ
ſunt in citeriore Hiſpania Ex Hiſpania verò vlte-
riore, excepta Gallitia & Portugallia, ſingulas
alias ferè regiones vrbes & oppida ac villas cir-
cuiuit. Ex Gallia, Delphinatum, Prouinciam, Sa-
baudiam, Franciam, Burgundiam, Nortmanni-
am, Biturniam, Aluerniam, Flandriam, Albiam,

Admiranda eius prædicatio.

Anno ætatis ſuæ 40 totū ſe confert ad prædicandum.

Octaui-

Octauiam, Picardiam, Valconiam Britanniam, (vbi & feliciter migrauit) cùm doctrina tum virtute mirificè illustrauit. Italiam quoque, & vniuerſas regiones vrbesq́ue Pedemontij obiuit, atque multas Lombardiæ terras & ciuitates per-agrans, demùm Genuam venit, vbi vno non admodum menſe commoratus eſt. Præterea omnem illam maritimam circumquaque regionem luſtrauit. Decreuerat ſic paulatim progrediendo ac docendo in Tuſciam venire, & ſingulas Italiæ regiones perambulare, ſed in portu Veneris conſiſtens, fuit ab Hiſpaniæ rege Ioanne, literis peramanter ſcriptis reuocatus. Itaque in Hiſpanias rediens, poſt vberrimum animarum fructum ibidem factum in Gallias profectus eſt. Quo tempore Héricus Angliæ Rex fama mirabilium operum permotus, miſſis nuncijs & literis, eum ad ſe allexit: vbi ſeminato Dei verbo minimè pœnitendos fructus fecit. Indè verò in Scotiam & Hiberniam, aliam Oceani maris inſulã diſceſſit, atq; tandem in Gallias reuerſus eſt.

*Reuocatur in Hiſpaniam.*

Hiſce verò diſcurſibus, egregia ſanctitas cum magna vitæ auſteritate coniuncta reſpondebat. Et quidem ſomni erat parciſſimus. Optimam noctis partem (quinq; ſolùm horis quieti datis) in precibus aut ſacrarum lectionibus ſcripturarum tranſigebat. Mane ſacro Miſſæ officio, cum ſumma ſpiritûs attentione peracto, verba ſalutis ad populum habebat. Indè oblatos ſibi infirmos ſigno crucis ſanabat, atq; vt populorum ad ſe concurrentum deuotioni ſatis faceret, manus oſculandas præbebat. Cibo vtebatur admodum parcè, neque vnquam à primo ſuſceptæ religionis die carnium eſum, niſi euidens eum neceſſitas cõpuliſſet, admiſit. Vinũ aqua benè dilutum

*Eius diurna & nocturna exercitia.*

*Signo Crucis ſanat infirmos.*

ſumebat, idque ſemel aut bis & rarò ter, nunquã verò poſt tertiam vicem bibere viſus fuit. Illud præterea pro edomanda carne, & in memoria Paſſionis Chriſti à prima adoleſcentia obſeruauit, quod ſingulis noctibus, funiculis quibuſdam corpus ſuum multis cum lachrymis cædebat, & ſi fortè per ægritudinem id facere nequiuiſſet, à fidis ſocijs ſuis hoc fieri volebat, eos per Ieſum Chriſtum obteſtans, nè quid dubitarent, piam illam in eum crudelitatem exercere.

Et quoniam maxima hominum frequentia eum de loco ad locum euntem ſequebatur, multos ſecum ſacerdotes religione ac doctrina præſtantes habebat, quorum officium in excipiendis cõfeſſionibus vel maximè conſtitutum erat. Eos autem, qui pro agenda pœnitentia eum ſequebantur, ſingulis diebus poſt Solis occaſum, longo ordine per vrbes nudatis tergis incedere volebat, in quæ flagellis acriter ſæuientes, lugubri quodam hymno, quem interim canebant, & ſe & alios ad veram cordis contritionem excitabant. Inter quæ tantus omnium luctus exoriebatur, tanta contritio, tanta religio, vt plurimi locorũ incolæ talibus flexi exemplis in lachrymas ſoluti, virum Dei ſanamq; eius ſocietatem per multa terrarum ſpatia ſequerentur: adeò vt frequenter ſacra illa ſocietas, ſupra numerum decem millium hominum excreuerit. Quin etiam tanta multitudo ad ſacras eius conciones confluebat, vt non rarò in locis campeſtribus, octoginta hominum millia viſa fuerint. Ijs, qui ſtudio melioris vitæ ei adhærebant, paterna ſanè cura ſuccurrebat: Eleemoſynas pro vnius cuiuſque neceſſitate diſtribui faciebat, quod ſupererat pauperibus erogabat. Oblatas pecunias nunquam

Nota de publicè pœnitentiam agentibus.

Miri hominum concurſus.

Pecunias nõ

quam

quàm admittebat: vetabatq; ſuos quicquam, præter ea quæ victui quotidiano neceſſaria videbantur, accipere. Quoties rem diuinā faciebat, antè ſacrorum myſteriorum communionem, tantam lachrymarum vim fundebat, vt nemo intuentium à luctu lachrymiſque ſe continere poterat. vult recipere.

¶ Porrò in vitiorum reprehenſione vt valdè terribilis, ità viciſſim ſuauis admodum extitit, adeò vt qui fructum ſermonum eius vel ſemel guſtaſſet, ſemper deindè ſiccis auidiſque faucibus ad eum iterum atque iterum percipiendum properaret. Hinc ex fidelium cœtu, qui perditis flagitioſiſque moribus in apertam peſtem & ſempiternum interitum ruebant, ſupra centum millia ad ſtudium melioris vitæ reduxiſſe fertur. Nec mirum ſanè. Tanta enim dexteritate peccati fœditatem detegebat, vt multi frequenter fulmine verborum eius exterriti, humi ſe poſternerent, & fœda animarum ſuarum vulnera, omni pudore poſtpoſito, aperirent, eaque cum lachrymis ſananda præberent. Cùm verò de futuro iudicio, aut Christi Paſſione, vel horrendis inferorum ſupplicijs diſſereret, tantus ſtatim fletus audiebatur, vt ipſe nequaquam in inſtituto ſermone progredi poſſet. Iam verò quanto ingenij acumine, contra Iudæorum perfidiam argumenta vibrauerit, quis pro dignitate explicare poterit? Certè hoc conſtat, quòd in diuerſis vtriuſque Hiſpaniæ vrbibus, ſupra viginti quinque millia ad Chriſti ſacra perduxerit, eorumque templa in Chriſti eccleſias conuerterit. Nec multò pauciori numero Saraceni, quorum in Hiſpania ingens eſt numerus, ignitis eius eloquijs incitati, ſacrilegā Mahometis ſectā deteſtātes, ſacrū baptiſma

Notā fructū mirabilem concio aum eius.

Supra 2500 Iudæorum ad Chriſtū conuertit.

perceperũt. Multa prętereà odia inueterata, multas inimicitias capitales ſopiuit, & diſſidẽtes indiſſolubili amoris vinculo coniunxit. Teſtis huius rei vnum ſit ex multis. Erat inter duas Valentinorum familias, Solenorum videlicet & Centellarum tanta diſcordia & ardens inuidię flamma, vt variæ cædes fuerint vtrinque perpetratæ, quæ cùm nulla arte vel induſtria extingui poſſet, vnus Vincentius eam compreſſit, animoſque hoſtili odio diſſidentes mutua concordia ſociauit. Meretrices, lenones, homicidas, piratas, viurarios, blaſphemos, & huiuſmodi generis homines in ſceleribus perditos, millia plùs minùs quadraginta ad flagitiorum agnitionem, & ad eos pœnitentiæ fructus quos ſuprà expreſſimus, reduxit. Neque mirum hæc cuiquam videri debent, præſertim cùm in eo ſumma quædam eloquentia cum inſigni vitæ ſanctitate certaſſe videatur; incredibilis ſententiarum grauitas, ſplẽdor nitorque ſermonis, animos auditorum ſuſpenſos tenebat, ſigna verò & clariſſima miracula dicta confirmabant. Nec deerat donum linguarum, veteribus olim Apoſtolis conceſſum. Accedebat ad hæc omnia, vox ſic à natura formata, vt eam pro libitu facilè expromeret, & remotiſſimas æquè vt propinquas aures percelleret. Tanta autem inerat omnibus cupiditas eum audiendi vt ijs horis, quibus ad populum verba faciebat, tota ciuitas feriaretur. Opifices ab operibus ceſſabant. Doctores, qui publica liberalium artium ſtudia profitebantur à lectionibus vacabant. Quid multis? Docti pariter & indocti ad conciones eius confluebant, nec ſine maximo fructu recedebant. Erat illis temporibus tanta omnium contritio, tanta religio, tanta in veſtitu hone-

Hoſtili odio diſſidẽtes cõciliat.

Ingentẽ numerum perditorũ hominum cõuertit.

Donum linguarum habuit Vincẽtius.

honeſtas,& in victu parcitas vt cuncti tempora priſcorum Apoſtolorum redijſſe æſtimarent.

Machoma rex Granatæ, quamuis infidelis, tamen audita fama virtutum eius, miſſis legatis eũ ad ſe allexit, data fide, quòd liberè in ſuo regno Chriſtum prædicare poſſet, non obſtante impia Mahometis lege, quæ ſummum nefas eſſe ſtatuit Chriſti legẽ ad aures admittere. Et quidem Vincentius ſalutis illius gentis auidus, confeſtim eò aduolauit, & cum incredibili tum regis tum aliorum Saracenorum attentione, Chriſtum illis prædicauit. Iamque magnam populi multitudinem Chriſto genuerat, cùm ſatrapæ quidam felicibus adeò ſucceſſibus commoti, ipſi regi regni amiſſionem comminati ſunt, niſi maturè inſignem Chriſti præconem è finibus ſuis eijceret. Ea re compulſus Vincentius, ad Chriſti oues reuerſus eſt. Magna erat illius apud omnes Chriſtianos principes, & purpuratos Patres auctoritas, adeò vt in rebus dubijs vnum illum tanquam diuinum oraculum conſulerent. Martinus & Ferdinandus Aragonię & Iohannes Hiſpaniæ reges obuiàm illi procedere conſueuerunt, quoties illius ad vrbem aduentus nunciabatur: In vrbibus verò tantus ad eum populi concurſus fiebat, vt obiectis ligneis cancellis eum ab importuno concurrentium acceſſu ſecludere deberét.

Machoma rex Saracenorum, eũ ad ſe acceſſit.

Summa illius apud reges & Cardinales auctoritas.

Martinus Quintus Romanorum Pontifex, qui Conſtantienſi Concilio, vno ſummoque Patrum omnium conſenſu (amotis tribus alijs quorum cauſa Eccleſia graui ſchiſmate laborabat) illo ſummæ dignitatis titulo decoratus fuit, ilicò per Antonium Montanum Theologorum omnium eo tempore facilè principem, cõceſſam iam antè illi à Benedicto ligandi docendique poteſtatẽ

Antonius Montanus ſummus Theologus.

confirmauit, eumque vt tanquam fidelis ſeruus & Chriſti Apoſtolus viriliter ſuo munere, vt cœperat, fungeretur, hortatus eſt. Erat eo tempore in Galliæ regione, quam Delphinatum vocant, gens quædam ferè barbara, & omni ſcelere contaminata, prorſus vt ab obſcœnis eius facinoribus locus iſte Gallorum lingua Vallis Puta dicebatur, quod Latino ſermone Vallis fœda explicatur. Ad huius gentis ferociam domandam multi iam ante à Romanis Pontificibus viri pietate pariter ac eruditione præſtantes miſſi fuerant, ſed omnes vel malè ab indomita gēte mulctati re infecta redierant, vel ferro trucidati occubuerant. Hæc audiens fortiſſimus Chriſti miles, cæleſtibus armis egregiè tectus, eò proficiſcitur, pone religioſa illa caterua ſequente: vt videlicet eorum exemplo gens illa faciliùs ad cōtritionē prouocaretur. Nec fruſtrà. Nam vt primùm eius in terram aduentus innotuit, certatim magna auiditate ad eum cōfluere, ac paucis pòſt diebus, omni ferocitate poſita, colla ſuauiſſimo Chriſti iugo ſubdere non recuſauit, tantiſq; poſteà virtutibus alijs prelucere cœpit, quantis anteà ſceleribus fœdata, bonis etiam ac pijs tenebras effuderat: ea propter vir ſanctus cōſtituit vt Vallis Puta, mutato noīe Vallis Pura vocaretur.

*Vallis Putæ habitatores barbari & valdè flagitioſi.*

*Vincentius gentem ferā & indomitā ad ſanitatē reducit.*

Cùm aliquādò apud Valentiam Hiſpaniæ vrbem ad populum verba feciſſet, atq; à concione multis ad eū confluentibus benè precaretur, adfuit inter alios Alphonſus quidam, vir cùm alijs virtutibus tum iuris vtriuſque ſcientia admodū clarus. Eum Vincentius intuitus: Gratulor inquit tibi, optime fili, quòd & patriæ & familiæ tuæ magno ſis ornamento futurus. Summam enim inter mortales dignitatem obtinebis, meq;

*S. Vincētius claret prophetiæ ſpiritu.*

vita

vita functum maximo honore afficies, & præcipua veneratione proſequeris. Tantùm vide vt in virtutum ſtudio perſeueres. Alphonſus auditis his viri ſanctiſſimi verbis, ſtrenuè virtutibus accumulandis incubuit: ac paucis poſt annis Valentinus Epiſcopus, inde Cardinalis, poſtremò iam grandæuus, præter omnem mortalium expectationem Pontifex Romanus creatur, dictus Calixtus III. Tum verò non immemor, quæ ante annos quinquaginta ipſi prædixiſſet Vincentius, tertio Pontificatûs ſui menſe, eum Sanctorum catalogo aſſcripſit.

Cùm Barcinone, die quodam Dominico concionem haberet, & maxima annonæ caritas cum extrema fame ijs in locis eſſet, vir ſanctus diuinitùs permotus, ſubitò populum ad gratiarum actiones Domino perſoluendas hortatus eſt; Nã, inquit, ante Solis occubitum, duæ magnæ naues tritico onuſtæ, in portum vrbis veſtræ appellentur. Ijs verbis quamuis multi è populo inſperata lætitia exultarent, viri tamen grauiores, quibus Vincentij virtus necdum ſatis perſpecta erat, non modò nihil verbis illius tribuebant, ſed nõ minimam etiam ex ijs offenſionem hauriebant. Quin & Prior & fratres temeritatis eum ac dementiæ arguebant, quòd futilibus eiuſmodi ſermonibus (vt ipſi dicebant) miſeram plebem ad inanem lætitiam prouocaſſet. At ille cùm placidè rdſponderet, ac in ſententia permaneret vera eum dixiſſe euentus docuit, nauibus ante Solis occaſum ad vrbem feliciter appulſis.

Multa inſuper clarus prophetiæ ſpiritu alijs multò antè prædixit. Tribus fratribus diuerſis temporibus ac locis, mortis diem ac horam aperuit, & ſalutaribus monitis egregiè eorum ſa-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

luti conſuluit. Matris quoque & ſororis ſuæ obitum longiſſimo ab ijs interuallo remotus cognouit. Longum nimis foret ſingula referre: ad miracula veniamus. quæ ex multis pauca, maximam cunctis ſint admirationem allatura.

Miraculis claret.

In villa, quam Morellam vocant, nō multum diſtante à Valentia, vir fuit & genere & virtutibus nobilis: cuius vxor multis quidem virtutibus ornata, & eximia corporis pulchritudine prædita erat, ſed per interualla quaſi furore correpta, ingens profectò & ſibi & ſuis adferebat periculū. cùm alioqui ſibi reddita ſingulari prudentia & manſuetudine polleret. Huius ad ędes, inuitante marito, cùm beatus veniſſet Vincentius, ſacra manuum ſuarum impoſitione, eam quamdiu illic moratus eſt ab omni furoris moleſtia ità ſoluit, vt planè liberata putaretur. Die autem quodam, marito cum familia ad Vincentij concionem abeunte, illa cum familiari quadam fœmina remanſit, vt redeuntem vnà cum Vincentio maritum exquiſito edulio exciperet. Intereà alijs abſentibus rurſus amentia corripitur, & eccè infantem ipſa ſuum in fruſta ſecans, partem ad ignem coquit, partim in cœna reſeruat. Maritus autem à concione lætus domum rediens, ab occurrente perquirit vxore, num in hoſpitis aduentum prandium paraſſet. Illa reſpondet, parata eſſe omnia. Rurſus marito ſciſcitante an piſces commodè cocti eſſent, imò ait, & cum piſcibus egregias etiam carnes coxi. Inter hæc animaduertit maritus, illam ſolito more furijs agitatam proprium mactaſſe filium. Tum verò horribilis clamor & luctus exortus, omnium aures animoſque perculit, atque ad Vincentium etiā peruenit. Ille audito immani facinore protinùs

Immane facinus.

tinùs

tinùs accurrit, extentaque manu clamores & eiulatus compeſcit, ac diſſecta infantis membra afferri pręcipit. Quibus allatis genua flectit, paucis obſecrat Deum. indè crucis ſignũ in cadauer exprimens: Ieſus, inquit, Mariæ filius, mundi ſalus & Dominus, qui huius infantis animam ex nihilo fecit, eam in hoc corpus reſtituat ad laudem & gloriam nominis ſui. Hæc vbi dixit, infans, cunctis inſpectantibus, protinùs reuixit. Alius quoque infans mortuus illi oblatus, precibus illius ad vitam reuocatus eſt.

Valentiæ ſub ſacra concione, mulier quædam ab ipſo ortu muta ad illum adducta fuit. Ille intermiſſa paululùm concione ſuſpiciens in cœlum, Filia, inquit, quid vis? Reſpondit illa, Panē volo & loquendi facultatem. Tum ille, Panis quidem, inquit, inopia nunquam laborabis, ſed loquelæ officium, noli in ſempiternam animæ tuæ perniciem expetere. Nam ſi hactenus loqui potuiſſes, iam dudum tuo ipſius vitio, & corporis & animæ mortem incurriſſes. Abi igitur domum, & mente Deum laudare ne ceſſes. Reſpondit illa: Faciam quod hortaris, pater: ſtatimque obmutuit, ac ſeptimo deindè anno, vitam cum fœlici morte commutauit.

Quodam in hoſpitio, quindecim panibus ſupra duo hominum millia vir ſanctus refecit, & vinum penè acidum in optimum mutauit; quod genus virtutis admodum illi familiare fuit. Fertur etiam dæmoniacos ſupra ſexaginta, diuerſis locis & temporibus curaſſe.

*15. panibus, ſupra 2000, hominum ſatiat.*

*Supra 60. Dæmoniacos curaui.*

Fuit aliquando puella quædam ſæuiſſimo obſeſſa dæmonio, ab octo viris ad beatum virum adducta, quæ horrendis clamoribus & ſæuitia cunctis terrorem incutiebat. Vincentius autem

cùm ſolo verbo, impotentem dæmonis vim in puella compeſcuiſſet, præcepit illi in Christi nomine, vt quando & quam ob cauſam puellam ita exagitare cœpiſſet, ediceret. Tum ille faſſus eſt, ſe matrem puellæ ante ſeptennium incitare conatum, vt per ſummum ſcelus marito mortẽ inferret. Illam verò cùm inſolitos in ædibus ſuis ſtrepitus, dæmonum nequitia excitatos audiſſet, euigilaſſe, ſeque Crucis ſigno, Chriſti & beatæ Mariæ Virginis nomina appellãs, munijſſe. Tum verò ſe contra illam præualere non potuiſſe, ſed puellam Crucis ſignum negligentem inuaſiſſe. His auditis Vicentius, iuſſit illum puella illæſa migrare: qui horribili cum eiulatu ac fœtore teterrimo, puella ferè exanimi relicta, exijt, quã Vincentius domum reductam cibo potuque refici iuſſit: ac peccatis per ſalutarem confeſſionẽ deletis, hortatus eſt eam vt melioris vitæ ſtudio, alias dæmonis inſidias vigilanter ac prudenter declinaret.

Puellã cruce ſe non ſignantẽ, occupat dæmon.

Murciæ in Hiſpanijs, ipſa Dominica Palmarum, Vincentio verba ad populum faciente, tres equi indomiti impetu in templum facto, ipſam cõcionem in effuſam fugam compulerunt, cùm vir ſanctus cunctos hortatur vt conſtanti animo gradum ſiſterent, & Crucis ſigno inanem illum terrorem repellerent. Cumque multi eius hortatu gradum ſiſterent, vir ſanctus præcepit dæmonibus, qui ſub equorum ſpecie oculos hominum deludebant, vt protinus nemine læſo, vrbe excederent. Illis autem abeuntibus: Eccè, inquit, Vincentius dæmones illi ſub horrida equorum ſpecie latentes, impotẽti dominatu vrbem hanc occupârunt, nunc verò eliminatis multorum vitijs, nouoque virtutum veſtrarum ſplendore fugati,

Dæmones in forma equorum apparent.

fugati, conati ſunt quibuſdam perniciē adferre, ſed Chriſto propitio illorũ conatus irriti fuere.

In quodam Cataloniæ pago, ipſis ferijs Apoſtolorum Petri & Pauli, tam immanis & horrida ſubitò tempeſtas orta eſt, vt omnes ſe internecione delendos exiſtimarent. At vir ſanctus peracto Miſſæ ſacrificio, aqua benedicta ilicò tempeſtatem diſſipauit, & miram aëris ſerenitatem à Deo impetrauit. Deindè prædixit ſimilem intra annum tempeſtatem excitandam, & niſi Apoſtolorum principes pro eorum apud communem Dominum peccatis interceſſiſſent, ne germen quidem vnum in agris relictum fuiſſet. Vndecim ab hac prædictione effluxerant menſes, cùm horrida tempeſtas ſubitò adfuit. Fertur autem ſæpiſſimè ortas tempeſtates Crucis ſigno compeſcuiſſe. Tempeſtate arcet aqua ſacrata.

In Galliæ oppido Carcaſona & alijs circumquaque locis, menſibus admodum ſex terræ illi extrema ſiccitate laboranti, cùm ſuis tum populi totius precibus imbrem, adeò copioſum è cælo detraxit, vt eundem iterum precibus reprimere neceſſum fuerit. Alijs inſuper ſtupendis virtutibus ac miraculis clarus admodum fuit, ſed nos ea, ne nimia prolixitate lectorem oneremus, ſtudio prætermittimus, atque ad vltimum eius vitæ actum properamus. pluuiam à Deo impetrat.

Igitur poſt luſtratas illas, quas ſuprà memorauimus, regiones, eam demum Galliæ partem, quæ Britannia dicitur, ingreſſus eſt. Agebat tunc ætatis annum ſeptuageſimum, corpuſque eius tũ ob ſenectutem, tum ob labores & cibi potuſque parſimoniam, vitæque ſeueritatem, adeò confectum & extenuatum erat, vt abſque adminiculo ægrè poſſet ambulare. Nec tamen quicquam

de labore ſuo remittebat; ſed pro ſalute animarum gnauiter ſudabat. Nulli hominum ordini, ætati vel ſexui, fructum doctrinæ & ſanctitatis ſuæ negebat. Neque enim duntaxat ætate prouectos, & ſublimium rerum atque diſciplinarum capaces erudiebat, ſed pueros etiam certis ad ſe horis euocatos inſtruebat, docens eos quemadmodum ſe cruce ſignarent, orationem Dominicam, & angelicam ſalutationem, atq; fidei ſymbolum enunciarent, Deum colerent, parentibus & proximis quibuſque honorem haberent, & debita officia perſoluerent. In dandis conſilijs nec diuites pauperibus, nec ignobilibus nobiles anteponebat; ſed erat omnibus charus, omnibus vtilis, pius, benignus, amabilis, denique & venerabilis omnibus. Maximè verò orphanorum, pupillorum, ac viduarum ſe præbuit defenſorem, conſultorem ac moderatorem, nec ſolum animos eorũ verbo ſalutaris doctrinæ inſtruxit, ſed etiam ſanctis precibus ſuis morbos & ægritudines ab eorum corporibus depulit.

Pueros vt inſtituerit.

Vxor Iohannis Britanniæ Ducis Caroli Francorum regis filia, multis annis infœcunda eius precibus & benedictione, amoto ſterilitatis malo, multos peperit filios, atque in ijs Petrum eximijs virtutibus illuſtrem, qui poſteà clariſſimus Dux Britanniȩ multum operæ & laboris impendit, vt viri ſanctiſſimi nomen in Diuorum albo deſcriberetur. In Nannetenſi oppido hominem quendam 18 annos lepra miſerè vexatum, crucis ſigno ab ea calamitate liberauit.

Fœcunditatem impetrat coniugi Ducis Britàniæ.

Leproſum ſanat.

Duobus verò annis in Britannia minori expletis, cùm iam deuecta penitus ætate, ad feliciſſimũ illud æternitatis iter tendere videretur, admonitus à fratribus vt in Hiſpanias reuerteretur,

quò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quò patrium ſolum eius potius, quàm peregrinum, reliquijs potiretur, eorum conſilijs non acquieuit: imò cùm importunis eorum precibus permotus iter ingreſſus eſſet, diuina virtute Venetias redire compulſus eſt. Ibi tùm morbo correptus, fratribus ſuis obitûs ſui diem indicauit, moxq; minutiſſimis etiam peccatis per confeſſionem ſacramentalem expiatis, intima quadam hilaritate profuſus, animam ſuo creatori tradidit. Corpus eius fuit à clariſſima Britanniæ Ducis coniuge de more ablutum, & in ſumma æde vrbis Venetiæ conditum. Sicut autem in vita, ita etiam poſt obitum multis admodum miraculis clarus extitit, quæ nos hic attexere nimia prolixitate deterriti non audemus. Fœliciter migrat in cælum, Venetiæ.

*VITA S. GVLIELMI ABBATIS ROSchildenſis in Dania ex ea quæ eſt per eius diſcipulum fideliter conſcripta. Obijt quidem hic Sanctus anno Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo, ætatis ſuæ nonageſimo octauo. Claruit autem & alius eiuſdem nominis, in Dania, miræq; ſanctitatis, Gulielmus ſiue VVilhelmus, at Epiſcopus, Temporibus Sulmonis Daniæ Regis.* C. Baron: In not: Martyr: Roma:

BEatus Gulielmus ex nobili ortus proſapia, cum optimæ indolis puer, venerabili viro Hugoni Abbati S. Germani de Pratis, apud Lutetiam Pariſiorum, à parentibus rectè ac piè traditus eſſet, inſtituẽdus, felici ingenio, breui eos in artibus liberalibus fecit progreſſus, vt inter egregios humanioris literaturæ magiſtros celebris haberetur. Hoc ſtudiorum ſucceſſu Abbas mirificè exhilaratus, quandoquidem illi ſãguine iunctus 6 Aprilis. Dat operam literis.

iunctus erat, nullum eius ornandi locum pr
termiſit, atque ad eccleſiaſticam dignitatem i
beatiſſimorum Petri & Pauli ac S. Genouefæ ec
cleſia euexit. Factus itaque Canonicus, non ſo
lùm munere ſuo prudenter fungebatur, ſed ſe
uerioris etiam diſciplinæ ſtudio, alios ad maio
rem pietatem inuitare cœpit. Ea res cùm depra
uatos quorundam mores notaret, ingentem inui
diæ flammam excitauit, prorſus vt qui dam de
ploratæ ſalutis homines, fraudes in animo ver
ſarent, vt quacunque tandem poſſent via, eum i
ſuo collegio excluderent.

*Fit Canonicus*

*Paret inuidię quorundam.*

In eam curam & cogitationem cùm omnes
certatim incumberent: tum verò vnus, qui beato
viro arctiori amicitiæ vinculo coniunctus vide
batur, ſubdola fraude inſtructus acceſſit, & per
ſimulatæ pietatis ſpeciem ſeſe inſinuans, cœpit
Canonicorum vitam deteſtari, propoſitum pe
tendi monaſterium indicare, ac tandem petere,
vt ſeſe tam ſancti propoſiti ſocium præbere ve
lit. Gulielmus, qui totus ſanctioris vitæ deſide
rio flagrabat, auidè conditionem arripuit, ſeſe
que nihil prius in votis habere reſpondit, quàm
vno & indiſſolubili amoris vinculo Deo coniun
gi. Interim multa & crebra inter ſe de contemp
tu mundi miſcentes colloquia, ad monaſterium
pariter ſe contulerunt. Ibi tum homo verſutus
ex fraude ac mendacio compoſitus, Gulielmum
ad conſtantiam hortatur, ſibi enim quædam ne
gocia reſtare expediēda, quibus peractis, ilicò re
ſpōdet rediturū. At Gulielmus fraudē odoratus
ait, meritò illū, qui eſſet ætate maior, priorē etiā
debere in ſuſcepto propoſito declarare conſtan
tiā. Ille aūt fruſtrà ſe niti vidēs, longa trahens ab
imo pectore ſuſpiria: Differamus ergò, inquit, in
aliud

*Fraudulēta cuiuſdam machinatiō*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alivdtempus,ſicq; pariter domum reuerſi ſunt.

Porrò his inſidijs inimicorum eluſis,tantùm abeſt vt eorum in virum ſanctum inuidentia quieuerit vt potiùs nouas ſemper inſidias ac fraudes varias moliti fuerint, quibus eum à ſuo conſortio excluderent,ſed Gulielmus diuino protectus adiutorio & patientiæ clypeo munitus,facilè aduerſarios ſuperauit, atque etiam propter eximiam virtutem honoribus auctus, Præpoſituræ cuiuſdã functione dign⁹ habitus eſt.

Accidit deindè vt Eugenius Pontifex in Gallias ſe conferret: cumque Lutetias veniſſet, & multo cum honore à Ludouico rege exceptus ad eccleſiã S. Genouefæ, vt ſacra ibidem perageret myſteria deductus fuiſſet, orta eſt (incertum qua de cauſa) inter Pontificis & Canonicorum miniſtros contentio quædam, adeò vt ad manus res deueniret,& inter alios ipſe Ludouicus rex, dùm illos compeſcere volebat, indignis modis tractatus & verberibus etiam affectus ſit. Vndè non immeritò tanta rei indignitate permotus Pontifex, improborum hominum inſolentiam acriter caſtigandam ſuſcepit, canonicosque omnibus beneficijs eccleſiaſticis priuare voluit. Sed ne ea res grauiores motus excitaret,& animos eorum (erant enim inter eos non pauci vel egregiè nobiles, vel eruditione ſingulari admodum præſtantes) ad improbum aliquod facinus tentandũ irritaret, præſentes quidẽ bonis illis ad vitã frui permiſit, ſed Canonicorũ S. Auguſtini inſtitutũ, quod tunc pręcipua quadã ſanctitatis opinione florebat, in eã eccleſiã introduxit, voluitq; vt Prior illius congregationis, quẽ Odonẽ appellabãt, homo maximarũ virtutũ ſplendore illuſtris, Abbatis titulo decoratus S. Genouefę pręſideret,

Fit Præpoſitus

Eugenius II. Romanorũ Pontifex venit Lutetiã.

Ludouicus Rex à miniſtris verberatur.

Abbas conſtituitur in eccleſia S. Genouefæ.

ad-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

adiunctis ei Canonicis duodecim, probis & bonæ exiſtimationis viris.

His ita conſtitutis, Abbas Odo Gulielmum ad ſe accerſit, comiterque acceptum poſt alios atque alios vltro citroque ſermones habitos, cœpit ei ad mundi contemptum adhortari, proponere multa è ſcripturis diuinis, quæ poſſent acres illi ſtimulos admouere. Neque ſurdo ſanè cecinit cantilenam Abbas: Gulielmus enim qui iam à teneris Chriſti amore flagrabat, cùm multa de mundi vanitate, de fallaci amicitia huius ſeculi Odonem diſſerentem audiret, inter ipſa verba tanta ab oculis lachrymarum vis repentè decidit, vt cùm reſponſum dare vellet, vox crebris ſingultibus intercluſa non poterat. Tùm verò ad pedes eius collapſus, ſe ſuaque omnia tum Deo, tum illi commendans Gulielmus, prioribus honoribus nuncium remiſit, nudusque de mundi huius naufragio ad tutiſſimum religionis portum euaſit: acceptoque deindè regulari habitu, abiectis quibus antea fulgebat, ſericis veſtibus, pauper Chriſti pauperibus lætus ſeruiuit.

*Abbas Odo, S. Gulielmũ ad mundi contemptũ hortatur.*

*S. Gulielm⁹ fit Canonicus regularis.*

Anno à nato Saluatore 1161. cùm regnum Daniæ obtineret VValdemarus, Canuti regis & martyris filius, vir multis ſapientiæ & fortitudinis laudibus inſignis: Abſalon omnibus virtutibus mirificè adornatus Roſchildenſi præſidebat eccleſiæ; in cuius diœceſi Canonicorũ erat cœnobium, in inſula, quam Eſchyl vocant, loci quidem amœnitate iucundum, ſed propter pietatis ſtudium penitùs in eo extinctum, triſte ſanè & horridum. Cùm autem antiſtes Abſalon, vnicum eſſet ijs in locis Chriſtianæ religionis ornamentum, totis viribus eam in rem incubuit, vt fluxos fratrum illorum mores, antiqua diſciplinę ſeue

*Abſalon Epiſcopus in Dania inſignis.*

ritat

ritate reſtringeret: & priſtinum pietatis ſplendorem reſtitueret. Hinc cùm ei inter varia conſilia quæ nocte dieque mente pertractabat, VVilhelmi (qui cum Pariſijs literis operam dederat) in mentem veniret; miſit continuò in Gallias Saxonem Præpoſitum Roſchildenſem, virum honeſtum, qui ab S. Genoueſæ collegio petat D. Gulielmum cum alijs tribus fratribus in Daniam mitti.

Is eſt ſaxo Grãmaticus, inſignis Danorũ hiſtoriographus.

Abbas audita petitione æqua & bona vt collapſis reb⁹ ſubueniret, benignè annuit: ac Gulielmũ ad præfatum locum cũ alijs tribus deſtinauit.

S. Gulielmus mittitur in Daniam.

Fuit à VValdemaro rege & antiſtite Abſalone cum non mediocri gaudio & honore exceptus, & in Abbatis ſede collocatus: ſed tot tantiſque procellis agitatus, vt alij tres, qui ſocij itineris fuerant, rerum aſperitate victi in Gallias remeauerint: quos & ipſe ſæpiùs ſequi voluit, ſequutusque fuiſſet, ni cæleſti gratia confirmatus, aduerſos caſus & maleuolorum inſolentias inuicto animo perferre didiciſſet.

Fit Abbas.

Tot enim tantaſque tartareus hoſtis cùm per ſe, tum per ſatellites ſuos, machinationes aduerſus Chriſti ſeruum exhibebat, vt etiam conſtantiſſimum quemque facilè deijcere potuiſſent. Sed vir ſanctus ſolo pietatis & innocentiæ clypeo munitus, aſſiduis bonorum operũ laboribus, ita occurrebat, vt ſemper victoriam reportaret, hoſtemq; in effuſam fugam compelleret

Erat enim ſanctæ religionis cultor indefeſſus, Ordinis ſui, ſacræque inſtitutionis conſeruator admirabilis, vitiorum rigidus profligator, virtutis amator egregius, honeſtatis & ſanctimoniæ totius diligens inueſtigator & doctor. Cõſolabatur ægros, pauperes & peregrinos benigniſſimè curabat, ieiunijs & precibus multiſque ge-

Virtutes S. Gulielmi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mitibus, pro aliorum ſalute Chriſti clementiam implorabat; morbos etiam & languores corporum mira virtute fugabat, omnibusque ad ſe venientibus, certiſſimum, in quauis calamitate auxilium oſtendebat.

Et quidem poſtquàm annos quadraginta, inter tempeſtates innumerabiles inſigni conſtantia cum ſumma opinione ſanctitatis coniunctâ ingens illud dignitatis onus adminiſtraſſet, anno

Moritur vir ſanctus.

Chriſti 1202, ætatis vero ſuæ nonageſimo octauo feliciter vitam hanc cum ſempiterna beatitudine commutauit, atque copioſum laborum ſuorum à Domino fructum recepit, ſicuti præclarum viſionibus manifeſtè quibuſdam innotuit. Fuit autem poſt obitum multis admodùm clarus miraculis, adeò vt omni ex parte ingens hominum concurſus ad ſacras reliquias fieret, quô admirabilem Dei bonitatem in Sanctorum gloria contemplarentur. Dæmoniaci purgabantur, paralytici reddebantur incolumes, cæci videbant, claudi gradiebantur, audiebant ſurdi, muti loquebantur; contracti, genibusque humi reptantes erigebantur, mortui & penè exanimes ab ipſo mortis aditu ad lucem reuocabantur. Poſſem hîc ſanè multa valde admiranda commemorare, quæ vel audiuimus vel vidimus in Paracleto, vbi ſacrum eius corpus conditum eſt; ſed ipſa multitudo, nè id fiat, dehortatur.

Miracula ad ſepulchrum eius.

Paracletus vocabatur locus, in quo erat monaſterium S. Thomæ Apoſtoli à S. Gulielmo extructum.

*PRAECLARVM CERTAMEN S. CALLIOPIJ Martyris, quod inuicto animo exegit, Pompeiopolis Ciliciæ, ſub Maximo Præfecto. Ex Simeone Metaphraſte.*

C. Baro: in not. Marty: Ro:

CAlliopius omni diuinarũ literarũ cognitione imbutus, matre Theoclia, fœmina

cu-

cunctis virtutibus & Chriſtianæ pietatis ſtudio inprimis clara natus, Pergæ Pamphiliæ patriciam adminiſtrabat dignitatem, cùm odio idololatriæ ductus, matriſque oratione impulſus Pompeiopolim Ciliciæ ſe contulit. Vbi cùm Præfectus Maximus inſanos ludos, choreas, & conuiuia celebraret, Calliopius ab alijs ad eandem impietatem inuitatus, conſtanter ac præciſè flagitioſis eorum actibus communicare renuit, & liberè CHRISTI ſe cultorem eſſe profeſſus eſt.

*Mater S. Calliopij.*

*Conſtanter ſe Chriſtianum profitetur.*

Quæ cùm ad aures Præfecti delata eſſent, ille iracundia inflammatus Calliopium ad ſe pertrahi iuſſit, & extrema quæque illi minatus eſt, nî relicto Chriſto, annuam cum reliquis, deorum celebritatem perageret. At Calliopius ſpretis minis, & ſupplicijs contemptis, vnum, verum & æternum Deum confeſſus, deos omnes inanes, ligna putrida, & ſenſus expertia eſſe dixit. Præfectus admirans tantam in adoleſcente conſtantiam, de genere ac dignitate eius quæſiuit. Qui cúm ſe claris natalibus ortum ac patricia dignitate prȩditum reſponderet: Per deos, inquit, Præfectus, ſi decreuiſti ab hoc mentis tuæ errore recedere, vnicam tibi filiam meam vxorem dabo. Cui Calliopius, Filia tua tibi ſit, tu verò ea quæ tibi videntur in me ſupplicia exerce, ego enim Chriſtianus ſum.

*Præfectus eũ ad ſe duci iubet.*

*Præfectus ei vnicã ſuam offert filiã.*

Ad hæc Maximus acriori furore commotus, Quid, inquit, putàsnè iſtiuſmodi ſermonibus futurum, vt ab ira prȩcipiti, te vnico celerique ſupplicio necandum curem? Falleris. Neque enim faciam, ſed corpus tuum omni cruciatuũ genere confectum voracibus flammis obijciam. Cui, reſpondit Calliopius, Quanto grauioribus me tor-

mentis exercueris, tanto ſplendidiorem mihi
coronam contexes. Tunc Maximus furijs in eum

Plumbatis verberatur.

inuectus, plumbatis oſſa omnia confringi iuſſit.
Quod genus ſupplicij Chriſti martyr non modò
inuicto animo, ſed ſummo etiam cum gaudio
perferre viſus eſt, dum inter ipſa tormenta Chri-

Gratias agit Deo inter tormenta.

ſto gratias ageret, quòd dignus eſſet habitus pro
eius nomine ſupplicia pati. Maximus autem a-
criores interea minas iactabat, atque vrgebat, vt
maturè dijs immolando, ab ea ſuppliciorum a-
trocitate ſe eriperet. At Calliopius, Tormenta
tua, inquit, ô tyranne non ſentio, ſed veræ dulce-
dinis ſuauitatem à Chriſto nobis promiſſæ degu-
ſto. Tu mihi dulcem patriam, tu matrem, tu diui-
tias ob oculos ponis: at ego hæc omnia negligo,
maloque Chriſti Cruci affigi, quàm caducis mũ-
di huius delicijs frui.

Maximus hæc audiens, quàm eſt, inquit excors.
Crudis neruis ventrem eius cædite, rotæque alli-

Immaniter cruciatur.

gatum flammis exurite. Fuit continuò rotæ alli-
gatus: cumque cruciatu illo acerbiſſimè angere-
tur, exclamauit: Chriſte Ieſu, præſtò ſis ſeruo tuo,
vt ſempiterna nominis tui gloria celebretur, vi-
deantque nullam eſſe confuſionem his qui ſpem

Diuinitus adiuuatur.

ſuam in te collocarunt. Vix verba compleuerat,
cùm mox Dei Angelus flammam diſcuſſit, rotam-
que planè immobilem reddidit. Iam copioſo
ſanguine totam terramque conſperſerat, cùm
iuſſu Præfecti, populo vrgente, & iudicium il-
lud iniquum eſſe clamante, vinculis conſtrictus

Ducitur in carcerem.

in carcerem miſſus eſt: vt ibi omni ſolatio deſti-
tutus vitam cum morte permutaret.

Mater eius omnes poſſeſſiões, pauperibus &

His auditis, mater condito teſtamẽto ducentos
quinquaginta ſeruos libertate peculioq; donauit,
maximaq; auri & argenti vi pauperibus relicta,
poſſeſ-

poſſeſſiones Eccleſiæ largita eſt. Tum celeriter in Ciciliam ad filium contendens, carcerem ingreſſa, procidit ad pedes eius, & abſterſo, magna cum reuerentia vulnerum cruore beatam ſe exclamauit, quòd filij ſui corpus tot tantisque vulneribus conciſum & planè dilaniatum cerneret. Totam deindè noctem illam ad pedes eius proſtrata in diuinis laudibus exegit. Media verò nocte vox quædam cum cæleſti lumine auribus eorum inſonuit: Vos eſtis Sancti Dei, vos egregij Chriſti Confeſſores euerſoresque idolorum, qui omnibus corporis voluptatibus, maximisque huius mundi honoribus Chriſti Crucem prætuliſtis.

Eccleſiæ largitur.

Gratulatur ſibi de filij perpeſſione.

Vox cæleſtis auditur.

Mane facto, Præfectus egregium, ſanctiſſimūque athletam per Demetrium Centurionem adduci iuſſit. Adfuit protinùs martyr, & cùm vultu tum verbis ad omnia ſupplicia & mortem, pro Chriſti gloria oppetendam ſe paratum eſſe oſtendit. Tùm Præfectus ſententiam tulit, vt quinta Sabbatorum Paſchæ in crucem ageretur. Mater verò audita mortis ſententia, confeſtim quinque nummos miniſtris numerauit, vt eum contraria ratione, quàm Chriſtus Dominus crucifixus fuit, affigerent. Quinto igitur Sabbatorum pronus in caput crucifixus eſt, & die Paraſceues animam egit. Nec defuit martyri in vltimo ſpiritu diuinum ſolatium. Vox enim cælitùs demiſſa audita eſt: Veni ciuis Chriſti, & cohæres ſanctorum angelorum. Mater verò ſanctiſſimi filij corpus complexa, in ipſo complexu ſpiritum tradidit. Quorum corpora à fratribus debito cum honore in loco ſacro ſepulta ſunt.

Sententia mortis in Calliopium

Admirenda matris conſtãtia & pietas

Crucifigitur Calliopius, & mater in complexu filij ſuauiter excedit e vita.

Teſte Ioan. Molano in chron. SS. Belgij ca. 15.

## *VITA S. AIBERTI ERIMITAE ET Presbyteri Criſpinienſis Monaſterij: ex ea quæ eſt optima ſide apud F. Laur. Surium, Claruit anno reparatæ ſalutis 1124.*

7. Aprilis.

Patria & parentes eius.

BEatus Aibertus, Eſpeen, territorij Tornacē ſis pago oriundus, parentibus liberæ conditionis eximiaque pietate conſpicuis, Patre quippè Albaldo ac matre Heluide natus; ab ipſa pueritia præclara admodum futuræ ſanctitatis indicia de ſe præbuit: cuius immenſa claritudine natalium ſuorum tenebræ procedente tempore forent egregiè illuſtrandæ. Cum ſiquidem etiamnum paruulus eſſet, varijs virtutum ac piarum actionum exercitijs tenerum corpuſculum in occulto fatigare, caſtigare: Laſciuamque carnem in ſpiritûs ac rationis ſeruituté redigere ſatagebat. Maiori verò accedente ætate, duce ſancto Spiritu ad maiora contendit. Frequenter ſiquidem Eccleſiarum limina terens, verba vitæ cum multa animi deuotione auſcultabat: vnde oblectamenta mundi ſenſim magis ac magis abominans atque faſtidiens, firmiterque conſtituens vni omnipotēti vacare Deo, ſtudioſè cœpit expetere conſortium religioſorum virorum; quorum vitę rigorem, aſperitatemque conuerſationis pro viribus ſectaretur. Tandem cum poſt ſolertem indagationē inueniſſet quendam eremitam vitæ integerrimæ miræque abſtinentiæ, ſacerdotem Iohannem monachum Criſpinienſem; eidem ſeſe charitatis fœdere adiunxit; vt vno ſpiritu & pari voluntate Domino famularentur. Quantas autem miſerias & calamitates frigoris & nuditatis; quantam annonæ penuriam, pro ſpe vitæ æternæ, illo in loco ſponta-

Pueritia eius qualis.

Proficit cū tempore.

Adhæret cuidam Eremitæ.

nei

nei patientes tolerârunt, haud poſſit ſingulatim facilè explicari: nec tamē à precibus & Dei laudibus ceſſârunt. Patiētia eorum in paupertate voluntaria.

Aliquanto verò poſt tempore, pia quadam viſione excitatus monaſticum inſtitutum in Cœnobio Criſpinienſi ſub religioſiſſimo Abbate Rainero ſuſcepit; tanto virtutum incremento, vt paulò poſt communibus fratrum ſuffragijs Monaſterij Præpoſitus ac Cellerarius conſtitueretur: idoneus omninò iudicatus, cui ea & maiora officia mandarentur. Et certè tam accuratè fideliterque in externis rebus tum Deo cum fratribus continuis 25. annis inſeruiuit; vt ab omnibus pio cordis affectu amaretur: cumque monaſterij curam haud aliter atque pia parens filiorū ſedulus gereret ac hoſpitalitati interim plurimùm deditus eſſet, anteactæ attamen vitæ rigorem nullo modo relaxabat. Factum ſiquidem erat vero ſancto temporis diuturnitate iugum Chriſti ſuaue & onus eius leue. Creditur quoq; integer corpore & virgo ab ipſo ortu vſque ad extremum vitæ diem permanſiſſe: quod quidem eſt angelicum decus, & virtutum inſigne præclarum. Fit cœnobita. Fit præpoſitus ac Cellerarius monaſterij. Honores non mutent illi mores. Virgo permanſit.

Aſt pertæſus demùm externas ſollicitudines, Erimiq; recordatus ſpiritalium deliciarū, curauit ſibi conſtrui cellulam in loco deſerto; vt illic laudibus diuinis & precibus liberius vacaret, corpuſque ſeuerius edomaret: qua exædificata, Abbatis ſui Lamberti ęgrè admodùm obtēta licentia, relicto monaſterio ad eam ſe contulit: ac in eam ſeſe, ſub obedientia tamen Abbatis Criſpinienſis manens, abdidit incluſitque. Mirabile ſanè dictu quanta inedia ibidem corpus ſuū ſpatio 42. annorū afflixerit: ex ijs ſiquidem duobus & Redit ad Eremum.

bus & viginti nullo obſtrictus voto ſed ſponte ſua, pane prorſus abſtinuit; & omni potu annis viginti. A planta pedis vſque ad verticem capitis aſperrimo cilicio tegebatur. Lectus ei erat ſcamnum vel alius aſſer: ceruical cilicinus ſaccus. Et his quidem externis pietatis exercitijs internas virtutes communiebat ſolidabatque. Patientiæ autem erat admirandæ, charitatiſque geminæ DEI & proximi conſummatæ; reliquoque interioris hominis cultu ita exornatus, vt fama ſanctitatis eius bono odore orbem terrarum complente, numeroſa hominum multitudo eum frequentare cœperit. Vndè vt aduentantibus melius poſſet conſulere ac familiarius eorum confeſſiones recipere, minoribus primùm ſuſceptis ordinibus, ad ſancti Sacerdotij dignitatem promotus eſt.

*Qualiter ibidẽ vixerit*

*Fit presbyter.*

Porrò optimè noſcens vir diuinus cum dignitatis augmento deberi ſimul fieri & religionis, cuncta bona quæ geſſerat in ſuperiori vita quaſi pro nihilo ducens, eadem iam factus preſbyter arctiori multo viuendi ratione in melius prouexit: Cumque exindè diuerſarum nationum ac ordinum, conditionumque vtriuſque ſexûs homines copioſiores ad eius audiendos ſermones, ſuaque ei flagitia confitenda aduolarent; ille omnes iucundo animo & alacri vultu excipiebat, ſuauiterque conſolabatur: cupiens eſſe omnia in omnibus vt omnes ſaluos faceret. Quod vtique germanæ eſt dilectionis argumentum. Mandauerant autem ei Paſchalis ac poſt eum Innocentius Romani Pontifices, vt omnes confeſſionis gratia ad ipſum venientes alacriter audiret & pro criminum quantitate pœnitentiæ eis onus iniungeret. Vnde innume-

*Quã ſanctè in ſacerdotio vixerit.*

*1. Cor 9.*

*Qualem auctoritatem à Rom. Põtificibus acceperit.*

numeras ſanè animas diabolica fraude euerſas ex ſatanæ laqueis, hiſce adhibitis remedijs eripuit: immò per illum Deus.

Et vt paucis multa complectar, tota vita ſancti viri martyrium quoddam fuit, immò & miraculi inſtar; fuit conſolatio miſerorum, ſolamen peccatorum; fuit perpetuus labor & pœnitentia; quem & Deus in vita ac poſt obitum miraculorum gloria illuſtrauit: quanquam præclarius eſt virtutem charitatis eximiam in illo fuiſſe, quippè qua ſoli boni prædití ſunt: quam claruiſſe miraculis, quæ poſſunt fieri etiam à malis. Claruit miraculis.

Cæterum annis plus minus quinquaginta admirabili hoc vitæ genere peractis, SS Eccleſiaſticis munitus ſacramentis beatam CHRISTO Seruatori tradidit animam: ipſo ſacrat. Paſchatis die, æternum in cælis regnaturam. Sacrum verò corpus eius fuit honorificè admodum multo cum planctu eodem in loco vbi cellula eius fuerat ſepulturæ mandatum: ac Epitaphio hoc honorificatum. Beatiſſimè obit.

Epitaphium eius.

*Conditur hoc tumulo memoratus in orbe recluſus,*
*Domnus Aibertus; qui mactans in cruce carnem,*
*Chriſti Paſcha fuit, proprium cum Paſſcha peregit:*
*Cum Chriſto patiens, cum Chriſto Paſſcha peregit.*
*Ille potens per te laudetur Rex, Aiberte;*
*Qui tibi mortalis veſtito tegmine carnis;*
*Mirando planè dat munere pabula vitæ.*

* Bandeni.

## MARTYRIVM S. BADEMI * ARCHI-mandritæ, ex Simeone Metaphraſte. *Paſſus eſt Dominicæ Incar. 344. qui fuit perſecutionis annus ſecundus, ſub Perſarum rege, Sapore.*

C. Baron. to. 3. Annal. Ec.

9. Aprilis.

QVo tempore quadraginta illi ſancti martyres, glorioſum pro Chriſti nomine certamen ſubierunt Bademus vnà cum ſeptẽ ſuis quibuſdam diſcipulis, Saporij regis iuſſu in vincula coniectus fuit. Erat autem Bademus oriundus ex vrbe Betlapat, parentibus inprimis valdè diuitibus. Cùm verò contemptis diuitijs, ſpretaque corporis voluptate, in ſempiternę voluptatis ſtudium tota mente duceretur, monaſterium extra vrbem ædificauit, & iugi diuinarũ rerum meditatione ad eximium & rarum quoddam ſanctitatis decus peruenit.

Bademi patria.

Extruit monaſterium.

Cumque ex eo loco propter Chriſtianæ pietatis ſtudium in carcerem protractus fuiſſet, mẽſes admodum quatuor, cum ſeptem diſcipulis grauia multa inſigni patientiæ documento pertulit. Erat autẽ eo tempore princeps vrbis Ariæ Nerſan dictus, vinculis ſimiliter propter Chriſti nomen conſtrictus, ſed is partim inani mortis formidine victus, partim terrenarum rerum cupiditate inflammatus, turpiter defecerat, & ad Satanæ caſtra confugerat. Quo audito Rex incredibili gaudio affectus, Bademum ſuis conſpectibus in atrio palatij præſentari iuſſit, vt eum vel minis vel promiſſis eandem in peſtem repelleret. Sed cùm Bademum animo in Chriſti amore egregiè firmato, minas pariter ac blanditias repellere cerneret, Nerſan vinculis iam abſoluto mandauit, ſi vellet ampliſſimis eius potiri facultatibus, ſtricto gladio eum inuaderet, ac crudeli

Trahitur cũ ſuis diſcipulis in carcerem.

Nerſan princeps vrbis Ariæ deficit à Chriſto.

inter-

internecione deleret. Nerſan cùm tota auiditate perituris illis bonis inhiaret, cupiditate cæcus enſem arripit: ſed vt ſublata manu in ſacrum illud pectus figere tentauit, protinùs ingenti quodam tremore correptus, lapidis inſtar, immotus permanſit.

Nerſan iubetur interficere Bademum.

At Chriſti martyr pio oculorum obtutu eum configens: O Nerſan, inquit, vſquequò tua malitia progreditur? Non ſatis tibi eſt Chriſtum Saluatorem negaſſe, niſi in illius etiam ſeruos mente crudeli, ac truculenta manu inueharis? Væ tibi, væ tibi, infœlix. Quid facies aut quò fugies in terribili illo Dei iudicio; vbi nullus euadendi locus relictus erit? Ille verò his ſermonibus nihil permotus, impia mente in propoſito ſcelere perſeuerabat, ac ſtricto enſe mortem viro ſancto inferre nitebatur: ſed tremula manus, nec ſemel quidem opportunam plagam infligere potuit. At beatus Bademus multis impotentis gladij ictibus tandem conciſus, ſanctum Deo ſpiritum tradidit: Nerſan verò, qui cæca mente ad diuitias aſpirabat, ijs non modo potitus eſt, ſed debitas etiam, diuerſis oppreſſus malis ac tandem enſe malè perditos, pœnas luit. Septem autem eius diſcipuli, quatuor annis carceris ſqualore vexati, tandem morte Saborij regis in libertatem reſtituti ſunt.

Bademus obiurgat Nerſan.

Badenus crudeliter necatur.

Vltio diuina in Nerſan.

*VITA S. MARIAE AEGYPTIACAE EX ea quam Sophronius Epiſcopus Hieroſolymitanus ſcriptā reliquit. Claruit autem hæc Maria, temporibus Iuſtini Senioris Imperatoris, circa annum Domini, quingenteſimum atque vigeſimum quintum.*

C. Baro. to. 7. Ann. Ecc.

Zoſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9. Aprilis.

Zoſimas monachus inſignis;

ZOſimas qui fuit monachorum vnus inſigni vitæ ſanctitate præditus, cùm maioris deſiderio perfectionis ex pia conſuetudine, prima ſacri quadrageſimalis die, vltra Iordanem in horrida & inculta deſerti loca exiuiſſet, & anachoretarum aliquem ſanctitate cõſpicuum inueniret, à quo verba ſalutis haurire poſſet, vidit fortè inambulans, & totus cæleſtiũ rerum meditationi intentus, vmbram quaſi humani corporis apparentem, concitoque gradu ad partem Occidentis properantem. Qua viſione primùm non mediocriter exterritus, poſtquam ſe à repentino timore collegiſſet, & oculorum lumen clariùs in apparentis ſpeciem defixiſſet, cognouit eſſe mulierem ardentiſſimis Solis ardoribus planè exuſtam.

Zoſimas in deſerto videns Mariã eam inſequitur.

Vnde admiratione pariter gaudio perfuſus, celeri curſu eam inſecutus clamare cœpit, vt gradum ſiſteret, & quænam eſſet ediceret. Illa verò celeriùs gradũ in interiorem ſolitudinem inferens, Zoſimam venientem fugiebat. Zoſimas autem ſublato cũ lachrymis clamore. Serue Dei, inquit, quid me decrepitum fugis peccatorem, ſiſte gradum, & aliquam miſero conſolationem impertire. Hæc cùm Zoſimas multis cum lachrymis & ſuſpirijs peteret, ita vt ſtridor gemituum concaua conuallium magno reboatu repleret:

Maria Zoſimæ poſt ſe clamãti reſpondet.

illa talem prompſit de pectore vocem: Abba Zoſima ignoſce tuum tam pertinaciter conſpectum fugienti, Mulier enim ſum, omni corporeo tegumento deſtituta, quare ſi deſiderato aſpectu frui cupis, proijce mihi veſtimentum quo fœmineo pudori conſulam.

Zoſimas hæc audiens totus tremere cœpit. Quid enim? Cùm nũquam ab illa viſus eſſet, no-

men

men tamen edidit, diuinæ cuiuſdam intelligentiæ radijs illuſtrata. Fecit igitur ſumma cum feſtinatione quod iuſſus fuerat, ſuoque ſe veſtitu ſpoliās terga verſus proiecit ei. Illa autem nuda, inquantum potuit, tegens, præcinxit ſe, & conuerſa ad Zoſimam, ait: Quid tantum voluiſti Abba tolerare laborem, vt mulierculam peccatricem videres? At Zoſimas humi proſtratus benedictionem poſtulabat. Illa contrà pari humilitate obnitens, Abba Zoſima, inquit, tibi competit benedicere. Tu enim presbyterij honore ſuffultus, plurimis iam annis ſancto aſſiſtis altari, & donis diuinitatis, Chriſti ſecreta rimaris. Hæc verba Zoſimam magnum in timorem maiuſque certamē adduxerūt, prorsùs vt totus ſudore perfuſus, vix intercluſo habitu fari poſſet. Tandem tremens ſenex: O, inquit, mater ſpiritualis corporeæ molis vinculis ſoluta, manifeſtè in te Chriſti gratia elucet, quæ puritate mentis micātia cęli ſydera vincis, benedic, inquam, & orationis tuę participem me facito. Tum illa importunis ſanctiſſimi ſenis precibus victa, dixit: Benedictus Deus qui ſempiternam animarum ſalutē operatur; Zoſima reſpondente Amen: vterque de terra ſurrexit. Mulier autem: Homo Dei, inquit, dic quæſo quæ mens te ad me peccatricem direxit? tamen quandoquidem diuinus te ſpiritus ad nos adduxit, vt aliquod vili huic corpuſculo miniſterium exhibeas, expone quæſo nobis, quis ſtatus ſit mundi quomodò Chriſti in terris ſponſa Eccleſia paſcitur? Ad hæc Zoſimas: Mater, tuis orationibus ſanctis pacem ſtabilem Deus largitus eſt: ſed quæſo te vt cùm pro vniuerſo mundo, tum pro me peccatore Deū preceris, ne tanti itineris mei labor & ſolitudinis via ſine fructu pereat.

Zoſimas Mariæ veſtimentum ſuum proijcit.

Maria diuinitus docta, nouit eum eſſe presbyterum.

Zoſimas petit orationes Mariæ.

Illa autem reſpondit: Te quidem ſacerdotij
honore prælatum pro omnibus orare oportet,
ſed ne obedientiæ virtutem negligere videar fa-
ciam quod iubes. Hæc dicens ad Orientem con-
uerſa eſt, ſublatiſque in cælum, cum eximia pie-
tatis ſignificatione, oculis manibuſque, leni la-
biorũ motu in ſilentio orare cœpit. Zoſimas verò
tremens, defixo in terrã vultu orationis attentio-
nẽ feruoremq́; obſtupeſcebat: nam quemadmo-
dum cum iuramento Deo teſte narrabat, cùm ei
in orationis conſtantia perſeuerantem animad-
uerteret, vidit eam quaſi cubitum vnum è terra
eleuatam, corporeamque in aëra molem hæren-
tem. Hoc viſo ingenti pauore correptus, animo
fluctuare cœpit, ne fortè oculorum acies fraude

*Mariæ corpus, præ feruore ſpiritus, ſurſum tollitur.*

alicuius ſpiritûs deluderetur. Cumq́ huiuſmo-
di cogitationes præualerent, mulier conuerſa ad
Zoſimam proſtratum erexit; & mentem ab an-
xijs cogitationibus hoc modo liberauit: Abba,
quid te cogitationes perturbant, quaſi ſpiritus
ſim, ficta orationis ſpecie te deludẽs. Certus eſto
peccatricem me mulierculam eſſe, attamen ſa-
croſancto baptiſmatis lauacro tinctam. Fauilla
ſum & cinis eadem qua tu carnis fragilitate cir-
cundata. Hæc dicens, ſigno Crucis frontem & la-
bia pectuſque muniuit, & ait: Zoſima Abba, de
aduerſario Eccleſiæ eiuſque inſidijs liberet nos
Deus: nam inuidia eius magnum quoddam de-
trimentum minatur. Hæc audiens ſenex rursùm
ſe humi ſtrauit, apprehẽſis pedibus eius cum la-
chrymis, ait: Obſecro te ſanctiſſima fœminarũ,
per communem Dominum Ieſum Chriſtum,
pro quo certamen hoc ſuſcepiſti, expone nobis
quænam ſis; & vndè vel quando, & qua demùm
occaſione vaſtam hanc ſolitudinem ingreſſa es.

Hæc

Hæc eo dicente & cum lachrymis obteſtante eleuans eum mulier, ſic exorſa eſt. Vere tanta eſt, ô Abba tanta inquam ſcelerum meorum fœditas, vt eam aures tuæ nequaquam ſuſtinere poterunt. Timeo enim, vt ad primam eorum narrationem te in pedes conijcies, & horrorem repentina fuga declinabis. Verum tamen vt immenſas diuinæ bonitatis opes mecum cognoſcas, non dubitabo cum proprij etiã nominis ignominia, omnia quæ vel maximè ad eius gloriam amplificandam pertinent, nudis verbis prædicare.

Exponit Maria, Zozimæ, ante acta vitam.

Ego frater Zoſima, ex AEgypto oriunda, anno ætatis meæ duodecimo, ſpretis parentibus, & pio illorum erga me affectu, per ſummam iniuriam contempto, in Alexandriam abij, ibidemque primum iuuentutis meæ florem, tota libidinis facibus incredibiliter incenſa, omnibus expoſui, tanta inſania, vt quô facilius inſatiabili ardori ſatis facerem, & riuales quam plurimos allicerem, oblatum etiam precium reſpuerim, & vitam in extrema mendicitate, decem & ſeptem, & eo amplius annos traduxerim, Cùm in his ſordibus, miſerè admodùm polluta, mente pariter & corpore ſepulta iacerem, vidi quodam tempore ingentem Lybiorum & AEgyptiorum multitudinem ad mare connfluentem, quæ ob ſanctę Crucis exaltationem Hieroſolimam tranſmittebat. Hic ego, vt quam plurimos in fœda paſſione libidinis meæ cooperatores inuenirem, per ſummam impudentiam decem iuuenibus egregio corporis robore me adiunxi, atque vt pro libitu amplexibus meis fruerẽtur, rogabam, quinimò, repugnantes (horreſco referens) impudentiſſima verborum petulantia, ad nefarios actus ſolicitabam, & nolentes ad peccandum miſeros com-

Maria ex AEgypto oriunda.

Exaltatio S. Crucis.

compellebam. Heu me miſeram, quomodò h[as] tam fœdis ſermonibus ſanctiſſimas aures tuas, ô pater, contaminare præſumo? O immenſam Dei bonitatem, quomodò meas mare illud ſuſtinuit iniquitatum luxurias, quomodò terra tantorum peccatorum pondere prægrauatam non abſorbuit, & in infernum viuentem demerſit, quę tam multas in laqueum induxi animas? neque enim reliquas impuritates meas ſingulatim exponere audeo, cùm non contenta iuuenibus mecum in mari & itinere luxuriantibus, alios multos peregrinos & ciues ad ſceleris mei communionem pertraxerim. Iam verò cùm celebritas S. Crucis ſumma omnium feſtiuitate ageretur, & alij magno ſtudio pietatis operibus incumberent, ego ijſdem cupiditatis meæ furijs agitata, omnes vias modoſq; perquirebam, vt animos Chriſti amore imbutos ad peſtiferum mei amorem pertraherem, eoque ebrios in ſempiternam peſtem & exitium detruderem. Eccè autem primo diluculo, cùm omnes certatim incredibili deuotionis ſtudio ad eccleſiam currerent ego, vt impudens oculorum deſiderium explerem, nequaquam abfui ſed hominum multitudini mixta, gradum in domum Dei inferre conata ſum. Sed vt hora illa adfuit, qua lignum iſtud, in quo humani generis Redemptor pro nobis mactari ſuſtinuit, exaltaretur ego quamuis maiore virium contentione anniterer, (dictu mirum) ſemper repulſam diuina quadam virtute paſſa ſum. Cumque tertiò iam & quartò introitum tentaſſem, corpuſque aliorum impreſſione conquaſſatum, præ nimia laſſitudine vix ſubſiſteret, deſperatione fracta receſſi, & in abſtruſum quendam angulũ atrij templi me recipiens, cũ mente pertractare

*Non admittitur intra templum, diuinitus repulſa.*

cœpi

cœpi, quarè ſola ego viuificę Crucis aſpectu prohiberer. Hæc ſedulò cogitantem diuinus procul dubio ſpiritus inuaſit, & ſcelerum conſcientia ita concuſſit, vt largiſſimo imbre lachrymarum genas pectuſque perfunderem. Bone Ieſu. quæ me tunc anguſtiæ circundederant. Flectebam oculos nunc hanc nunc in illam partem, ſi fortè alicubi ſpes aliqua vel minimæ conſolationis appareret: & ecce, video pulcherrimam ſanctiſſimæ Dei genetricis imaginem, in ſublimiori quodam loco erectam: ad quam tota mente & corpore conuerſa, ſupplicem me abieci, illam Virginem inquam ſanctiſſimam, cuius effigies oculis obiecta in ſpem veniæ me prouocabat. orans & per filium, quem vtero geſtauerat, obteſtans, nè me miſeram, & dæmonum fraudibus circumuentam, & laqueis illius conſtrictam deſpiceret, ſed filium placatum redderet, cuius ego miſericordiam exorare indigna eſſem. Inſuper inſtabam, vt aditum mihi ad viuificæ Crucis lignum aperiret, atque eius virtute facinora mea expiari ſineret.

Implorat ſuffragia beatiſſimæ virginis Mariæ.

Hæc ego dum multis cum lachrymis orarem, aliqua protinùs menti tranquillitas reddita eſt, ita vt noua quadam concepta fiducia introitum tentauerim, eumque tunc facilem habuerim. Impetu enim comprimentis turbæ ſublata, inueni me ante ſanctiſſimum illud Crucis lignum conſtitutam, è quo incredibilem ſuauitatis odorem percipiebam. & omnia redemptionis noſtræ myſteria, miro cum gaudio in eo cõtemplabar. Peracta autem oratione, rurſus me ad Virginis imaginem recepi, eique tantum bonum, nixa in terram genibus, acceptum retuli. Tu dicebam. ô fideliſſima peccatorum aduocata, preces meas

Admittitur in templum poſt imploratum virginis auxilium.

non repuliſti, tu aditum mihi ad filium tuum aperuiſti. Et nunc, ô Virgo ſanctiſſima, iterum reſpice me oculis miſericordię tuę, & certiſſimam viam oſtende, qua ſine errore ad portum ſalutis peruenire queam. Hæc aliaque in eandem ſententiam oranti, vox protinùs reddita fuit: Si Iordanem tranſieris, illic optatiſſima pace frueris. Hac voce ſtatim excitata cœpi derigere greſſus quò neſciebam, & primùm templo egredienti, vir quidam pius eleemoſynam trium nummorum obtulit, quibus tres minutos mihi panes cõparaui, rectaque ad Iordanem contendi. Moxque pedibus & facie in ipſo fluuio lotis, facta ſum diuinorum myſteriorum particeps in S. Præcurſoris oratorio: deinde modico pane & hauſtu aquæ perexiguo, corporis viribus vtcũq; refectis, trãſmiſſo Iordane vaſtã hãc eremũ ingreſſa ſum, in qua annis ſeptẽ admodũ & quadraginta habito, præſtolans in ſilentio & ſpe, ſalutare Domini mei Ieſu Chriſti, qui ſaluos facit cõtritos corde.

*Iterum implorat patrocinium Virginis.*

*Percipit Euchariſtiam:*

*47. annis degit in ſolitudine.*

Hæc audiẽs Zoſimas, obſecro te, inquit, tanta ſolitudo tantaque vitę auſteritas, nullos tibi certaminum labores peperit? Hîc Maria grauiſſima ab imo pectore rursùs trahens ſuſpiria, reſpondit: Abba Zoſima, hæc tua vox ingentem mihi formidinem affert: nam ſi velim, quæ ſuſtinui pericula, ad memoriam reuocare, timeo ne non me nouo certamine aggrediantur, vel certè acerbiſſimos dolorum aculeos ad mentem reducãt. Sed tuis tamen confiſa ſuffragijs non grauabor ea exponere, tuoque deſiderio facere ſatis. Annos decem & ſeptem continuos, in hoc deſerto, cum feris & indomitis cogitationum beſtijs exegi: aſſiduum cum prauis cupiditatibus bellum gerens. Nunc mihi præteritorũ ciborũ affluentia

in men-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in mentem veniebat, & condimentorum varietas ac vini ſuauitas. Nunc nefanda dæmonum cantica in auribus quodammodò reſonabant. Nunc verò inſidiabantur mihi fornicationum mearũ cogitationes, tanta importunitate, vt inſtar ignis omnia populantis, cordis viſcera deuaſtarent, & ad pernicioſa deſideria vel nolentem impellerent. Rigabam aſſiduo lachrymarũ imbre genas, manibus pectus vulnerabam, ac de priſtino aduocatæ meæ auxilio egregiè confiſa, in precibus ac lachrymis perſiſtebam, donec tandem poſt tẽpeſtatem tranquillitas rediret, & inſperato ſæpè gaudio me perfunderet. Has luctas, hæc certamina, annos decem & ſeptem ſuſtinui, vitam interim ſolis herbarum radicibus ſuſtentans. Veſtimenta aũt, quibus Iordanẽ trãſgreſſa ſum, putredine cõſumpta, nudã me reliquerũt, & omnibus aëris iniurijs expoſitã deſtituerũt. Neq; tamẽ diuina bonitas ea calamitate paſſa eſt me cõſumi, ſed ab omnibus & animæ & corporis periculis eripuit, prorsùs, vt quoties pericula diuina gratia tranſacta ad memoriã reuoco, incredibili & cæleſti planè gaudio perfũdor, & indubitata ſpe futurorũ bonorũ mirificè confirmor. Iã verò cibus potuſq; ac veſtimentũ, nõ aliud mihi eſt quã verbũ Domini: quoniã nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

*Grauiſſimæ tentationũ infeſtationes.*

*Mira victus parſimonia.*

*Matt. 4.*

Zoſimas cùm eam diuinarum ſcripturarum teſtimonia proferentem audiret, Legebaſne, inquit, pſalmos vel alios ſcripturæ libros? At illa: Neque hominem alium præter te, neque beſtiã vllam, vel aliud omninò animal vidi, à primo die ſolitudinis meæ. Literas verò didici nunquã, neque alium legentem vel pſallentem audiui: ſed verbum Dei ſemper viuens, omnem hominẽ

docet ſcientiam. Eccè tibi ô Zoſima, vitam meá ecce peccatricem, eccè immenſam Domini bonitatem & gratiam, quæ me ex ipſis mortis & inferni faucibus eripuit, & in loco ſpatioſo conſtituit, & nunc rogo te, inceſſabiliter dignare orare pro me peccatrice apud Dominum. Dum hoc modo finem dicendi Maria faceret, Zoſimas lachrymas fundens genua in terram fixit, & Deum in cunctis his mirabilibus benedixit. Illa autem ad Zoſimam, Vade, inquit, in pace ad monaſterium, & veſpere ſanctiſſimi illius diei, quam tota recolit Eccleſia in memoriam vltimæ illius cœnæ, in qua Chriſtus ſacroſanctum corpus & ſanguinem ſuum exilij noſtri ſolatium inſtituit, ad me reuertere; vt eadem myſteria de manu tua percipiam, quia hucvſque ab eo die, quo ijs in oratorio Præcurſoris, me iterque meum muniui, particeps fieri non merui. Vade igitur & Iohanni Abbati edicito, vt ſibi ſuoque gregi attendat, curet ſumma diligentia ac ſtudio, vt collapſa nonnihil pietatis fundamenta reſtauret. Hæc dicens vultum conuertit, & curſu admodum veloci in interiorem ſolitudinem feſtinauit.

*Nouit monaſterij ſecreta.*

*Maria velociter redit ad ſolitudinem.*

Zoſimas autem audiens eam ſpiritu prophetię abdita reuelare, noua admiratione perculſus humi ſe proſtrauit, & pedum eius veſtigia ſumma cum reuerentia exoſculatus eſt: ac gratijs, de more, Chriſto perſolutis monaſterium repetiuit, neque vlli mortalium res admirandas aperuit, ſed ſuſpirabat quotidiè ad anni vertentis curſum, vt iterum ſuauiſſimæ illius fœminæ frueretur colloquio. Vbi autem ſacra ieiunioru tempora aduenissent, veſperæ Dominicæ cœnæ ſumptis ſecum precioſis corporis & ſanguinis Domini myſterijs, ad Iordanem abiens, ſancta

*Zoſimas redit ad monaſterium.*

illius aduētum aliquamdiu cum multis lachrymis præſtolatus eſt. Cumque triſtiſſimas necteret moras, cœpit varia cum animo ſuo agitare conſilia quomodo Iordanem tranſmitteret, vt allata ei myſteria traderet. Hæc eo cogitante illa ſuperueniens ſigno Crucis aquas munijt, eaſque (mirum dictu) ſiccis plantis inambulauit. Illo autem ſtupente, & tantum miraculum attētius perpendente, Maria petiuit, vt fidei Symbolum & Dominicam orationem recitaret. Quod ille fecit, eoque expleto illa pacis oſculum obtulit, & viuifica, cum admiranda pietatis ſignificatione, myſteria percepit.

Maria iterū ad Iordanē venit & crucis edito ſigno ſuper aquas ambulat.

Percipit ſacra myſteria.

His peractis, tria grana ex allata per Zoſimam lenticula extremis digitis proprio ori intulit, & eum quidem à ſe dimiſit, cum mandato vt redeūte anni tempore remearet: illa verò eadem qua priùs virtute Iordanem tranſiuit, & ad intimam ſolitudinem properauit. Zoſimas autem flens eiulanſque, magno cum animi dolore ab illa auellebatur: atque tranſacto eiuſdem anni curſu iterum illam, vt iuſſus fuerat rediens, inuiſit: ſed talem, qualem ſperabat, minimè inuenit. Cùm enim ad locum, qui in torrentis ſimilitudine fuerat deſignatus, veniſſet, cōſpexit procul corpus exanime, manibus pedibuſque ad Orientem ritè compoſitum. Tunc pius ſenex lacrymis totus infuſus, orbitatem ſuam deplorare, largiſſimoque lachrymarum imbre ſanctæ pedes lauare cœpit: deindè huc illuc circumſpiciens conſilia agitare, quomodò corpus terræ redderet. Et quidem inuento ibidem quodam ligno, ſepulcrum fodere tentauit, ſed ieiunio & longa itineris fatigatione exhauſtus in vanum laborauit, prorſus vt ſudoribus madefactus & nimia laſſitudine

Maria iterū abit in interiorem ſolitudinem.

Zoſimas inuenit eius corpus exanime.

oppreſſus, vocem ſuam cum lugubri eiulatu attolleret, ſupplexque à Domino peteret, vt opem nequicquam laboranti adferret. His autem in anguſtijs pariter & oratione conſtitutus, vidit reſpiciens ingentis formæ leonem corpori aſtantem, plantaſque mirabili obſequio lambentem. Et primò quidem eo viſo non mediocriter exterritus toto corpore contremuit, moxque vndique ſe Crucis ſigno confirmans, animum à repentino pauore collegit, ac blandis motibus ferociam immanis feræ leniens, quandoquidem, inquit, à DEO te miſſum eſſe non dubito, vt huius DEI famulæ corpus terræ mandetur, exple opus officij, iuſſuſque corpus ſepeli.

Zoſimas vndiq; ſe crucis ſigno munit.

Vix hæc effatus erat, cùm leo terram vngulis fodere, foueamque corpuſculo aptam componere, ac ſanctam illam in cælis tùm triumphantem manifeſtè honorare cœpit.

Leo fodit Mariæ ſepulcrũ ſuis vnguibus.

Senex verò eo ſpectaculo mirificè exhilaratus corpuſculum cum hymnis & orationibus, aſtante leone terræ mandauit.

Zoſimas eã ſepelit.

Deinde recedunt pariter, leo quidem in interiora ſolitudinis manſuetiſſimæ ouis inſtar: Zoſimas verò benedicens & glorificans DEVM, cœnobium petijt, fratribuſque ſtupenda DEI magnalia narrauit, ac tandem centenarius, ſoluta mortalitatis compage, ad Dominum migrauit: gratia Domini noſtri IESV CHRISTI, cui cum Patre & Spiritu ſancto laus eſt & gloria, in omni ſeculorum æternitate. Amen.

Zoſimas Cẽtenarius moritur.

PRÆ-

PRAECLARVM CERTAMEN SS. TE- *rentij. Aphricani, & Sociorum Martyr: quod conſtanti animo exegêre, anno Incarnat. verbi 253. Sede vacante. Decij verò Imperat. I. ſub Fortunatiano Præſide. Ex eo quod extat apud Metaphraſten. Horum reliquias ſcribit Theodorus Lector, tranſlatas eſſe Conſtantinopolim, X. Kal. Octob. Theodoſio Minore imperante, qui floruit anno Chriſti 415. & ſequent.* C Baro to. 2. Annal. in not. Marty. Rom.

10. Aprilis.

DEcius Romanorum Imperator, idolorum ſtudio cupiens omnes in ſempiterni exitij barathrum pertrahere, nouo, in vniuerſis ſuo imperio ſubiectis prouincijs, edicto propoſuit, vt omnes Chriſtiani ad immolandũ & comedendum ea quæ idolis eſſent immolata pertraherentur. Quod ſi qui recuſarent, vltimo ſupplicio plecterentur. Erat in Aphrica præfectus Fortunatianus, homo execrabili in Chriſtianum nomen odio incẽſus, qui ſtatim pro tribunali verba ad populum faciẽs, horrendas minas in eos iactauit, qui deorum cultu repudiato, Chriſto adhærere pergerent: adeò vt multi ſuppliciorum atrocitate per minas propoſita exterriti, per ſummum ſcelus à Chriſti religione deficerent, atque ad dæmonum cultum vana præſentis vitæ dulcedine irretiti, accederent. Hæc res cùm alios non paucos vehementer affligeret, tũ verò viros quadraginta pietate præ cæteris inſignes tam acri dolore affecit, vt mutuis ſe cohortationibus ad certamen contra tyrannum ſuſcipiendum, & mortem pro Chriſti gloria fortiter oppetendam inflammarent. Quid enim (dicebant) hominẽ mortalem timeamus, qui corpus quidem varijs ſupplicijs excarnificare ac morti trade-

Decij imperatoris crudele edictum.

Multi deficiũt à Chriſto.

Quadraginta Chriſtiani valdè inſignes.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tradere poteſt, animam verò quæ in his ſupplicijs etiam exultat, ne quidem attingere. Agite igitur commilitones. & tyranni rabiem non pertimeſcamus, ſed rerum omnium Dominum, qui ſimul cum corpore animam ſempiternis poteſt deputare ſupplicijs, timeamus, & ea, qua par eſt, reuerentia ac honore proſequamur.

Quadraginta martyres ſiſtūtur præfecto.

Horum pietas, cùm tanta virtute coniuncta, cum ad aures Fortunatiani permanaſſet, ſtatim eos ſuo conſpectui offerri iuſſit: qui intrepidi vultum illius irati iudicis ſubeuntes, Chriſti virtutem conſtanter prædicarunt. Fortunatianus autem quandoquidem, inquit, video vos viros ætate & rara quadam ſapientia præſtantes, mirari ſatis nequeo, quòd hominem à iudæis tanquam maleficium in crucem actum tanta ſuperſtitione colatis, & in peſtem ſpontè ruatis? Ad hæc Terentinus: Tu ſi Crucifixi illius virtutem probè perſpectam haberes, non dubito, quin protinus relictis idolorum erroribus, illum pari nobiſcum pietate ac veneratione exciperes, libensque pro illius gloria mortem etiam oppeteres. Præfectus his auditis dixit: immolate, vel certè membra veſtra horrendis conciſa ſupplicijs, Vulcano deuoranda tradam. Quid, inquit Terrentius, tu nos exiſtimas minis ſuperari poſſe? Nos ſtrenui & conſtantes Chriſti cultores neq; minas neq; ſuppliciorũ atrocitatẽ quicquã pertimeſcimus.

Terẽtius reſpondet præfecto magnanimiter.

Tyrannus indignatus, iuſſit eos, detractis veſtibus, in idolorum templum trahi, & Herculi auro & argento mirificè culto ſacrificare. At Terentius cùm ſtoliditatẽ Præfecti argueret, deosque inanes ac nulla virtute preditos eſſe diceret, fuit cõtinuo cũ alijs, cõpedibus vinctus carceribus mancipatus. Beatus autẽ Zeno Alexander &

Martyres trahuntur ad fanum Herculis.

Trudũtur in carcerem.

Theo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theodorus, cũ reliquis inuicta virtute numero ſex & triginta athletis, neruis & aſperis virgis cęſi, diu multumq́; pro Christi gloria decertârũt tanta cõſtantia ac fortitudine, vt cõtritis viſceribus, læti nihilominùs ac alacres in confeſſione perſiſterent, & omnes qui ſpectaculo intererant penè in ſtuporem pertraherẽt. Neque tamen rabies & furor tyranni quieuit, ſed iuſſit ſale & aceto terga eorum perfricata aduri. At martyres cum alto prius ſilentio immobiles perſtitiſſent, tunc oculis manibuſque cum inſigni pietate ad cælum ſublatis, Deum in opem atque auxilium aduocârunt, & multiplicatis precibus tantorum ſuppliciorum acerbitatem ſuperârunt. Præfectus verò ira magis magiſque ſæuiens, iuſſit eos ſuſpenſos dilacerari. Et quidem cùm in hoc ſupplicio conſtituti, ſanguinis riui vbertim ex eorũ corporibus defluerent, non tamen cruciatuum atrocitate victi animos demiſerunt: ſed noua potius virtute confirmati contra vim & potentiam ſcelerati tyranni, diuinum auxilium implorarunt, & Christi ſe Cruce infrontibus ſignãtes, flatu oris ſui idola (quæ vt ijs ſacrificarent, allata erant) in puluerẽ redegerunt. Cumque Præfectus anteà nimio mentis furore agitatus, eorũ pœnis intoleranda quadam verborum contumelia inſultaſſet, tunc illi viciſſim ad Præfectũ: Cernis, inquiunt, deos tuos? Vbi eſt robur ipſorum? Potueruntne ſibi ipſis opitulari? Nec multò poſt templum ipſum horrendo cum fragore corruit. Tùm verò tyrannus pudore pariter ac furore repletus, iuſſit omnes celeriter capitis ſupplicio affici: quod illi incredibili gaudio & lætitia perfuſi, flexis in terram genibus, oblatiſque certatim ceruicibus exceperunt.

Dirè flagellantur Terentij ſocij.

Aduruntur.

Inuocant Deum in ſupplicijs.

Dilacerãtur immaniter.

Idola in puluerem redigunt.

Inſultant Præfecto.

Decollãtur martyres.

His tam fœlici agone conſummatis, rursùs Terentius, Aphricanus, Maximus, & Pompeius in certamen vocati ſunt: qui ex vinculis & carcere nouam viſi ſunt adferre virtutem: adeò vt ipſum tyrannum ad ſupplicia inferenda prouocare non dubitauerint. Nos, dicebant Christiani ſumus, vt ſæpiſſimè iam diximus, & in Christo ſpes poſitas & collocatas habemus. Dæmones non adoramus, neque Deos tuos colimus, & tormenta tua negligimus. Proindè quos vis adhibe cruciatus, Deo enim adiuuante, te à nobis victum iri confidimus, quemadmodum & diabolus ſuperatus eſt à Chriſto, qui nos ad cupiditates tuas vincendas corroborat. His auditis, iuſſit eos grauiſſimo catenarum pondere onuſtos in cuſtodiam abduci, & corpora eorum ferreis ſubiecta tribulis dirè configi, ac cibo potuque deſtitutos fame necari. Verùm cùm iam nullum eis ſolatium relictum eſſe videbatur, ſubitò, noctis medio, lux ingens refulſit, adfuitque Dei Angelus, qui humi ſtratos tetigit, catenaſque diſſoluit, & menſam optimè inſtructam appoſuit, dixitque vt cibo illo quem Chriſtus miſerat exhauſta ieiunio membra reficerent. Sancti autem ingenti lætitia perfuſi, collaudato Chriſto, comederunt, cuſtodes verò ſplendore perſpecto ſtupefacti, rem totam præfecto nunciarunt. Qui iratus poſtridiè vngulis eos lacerari iuſſit, ſed cùm illi, vno Chriſti nomine conſtanter inuocato, vngulas contemnerent, rurſus carcere incluſit, & immanes feras, aſpides & viperas adduxit, vt earum laniatu crudeliter interirent. Sed feræ pedibus Sanctorum proſtratæ, ſumma cum manſuetudine honorem ijs deferre viſæ ſunt. Angelus enim Domini feris obſiſtebat, & vim omnem à Sanctis propulſabat.

*Terentius cũ alijs adducitur in certamen.*

*Martyrum fortitudo admiranda.*

*In carcere ab Angelo confirmantur.*

*Vngulis lacerantur.*

*Nihil lædũtur à feris & ſerpentibus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſabat. Quo audito, Præfectus magis excandeſcēs ſuis mandauit, vt incantationibus feras aduocarent, ſopitaque earum rabie iterum abducerent. Sed factum eſt, vt aperto oſtio, impetu quodam eruerent, & obuios quosque occinerent, ac grandem in populo ſtragem ederent. Tùm Præfectus incredibili furore concitatus capitis eos damnauit. Nec mora. Sancti cum hymnis & canticis ad certaminis locum properantes, ceruices ſuas gladijs ſubiecerunt, & glorioſa morte de mortis ſempiternæ & hoſtis imperio triumpharunt. Corpora eorum fuère à viris religione & pietate eximijs, duobus ab vrbe paſſuum millibus ſepulta. Plectuntur capite.

*VITA S. MACARII EPISCOPI ANTIocheni, virtutibus & miraculis clari, ex ea quæ eſt apud Fr. Laur: Sur: optima fide. Obijt Antites Sanctiſs. Gandaui in Flandria. Anno ab orbe redempto 1012 temporib. Sancti Henrici, Romano. Imperatoris, Gallorum autem Regis, Roberti.* C.Baron: in nota: Martyr. Roma:

GEmma regalis, Armeniæ decus, parentnm gloria beatus puer Macarius, nobiliſſimo apud Armenos ſtemmate ortus, patrem habuit Michaelem, Matrem verò Mariam, antiquiſſima quidem nobilitate inſignes, ſed quibus non minus ſplendoris & ornamenti, ab optimis moribus nati ex ipſis filij acceſſerit. Editus autē eſt in lucem ea tempeſtate qua Macarius maior magnæ ſanctitatis vir, Antiochenam adminiſtrabat cathedram; qui cùm huius Macarij, de quo nobis ſermo texitur, eſſet conſanguineus, eum de ſacro fonte ſuſcepit, ſuumque illi nomen imponens, filij loco eum apud ſe nutriendum atque inſtituēdū retinuit, vt ipſe tunc grādæuus ſenioq; 10. Aprilis. Patria S. Macarij & Parentes.

fractus,

fractus, in hoc aliqua ratione inſtaurari atque renouari poſſet. Neque eum ſpes fefellit. Traditus quippè Macarius puer artium liberaliũ ſtudijs, ſuo profectu, voto antiſtitis ſui tam abundè reſpondit, vt facilè diſciplinas omnes liberales, quibus Græcia Armeniaque pollebant, conſecutus ſit. Erat enim mente vigili, atque ſegnitie pigritiaq; prorsùs profligata, horas præcipuè matutinas accuratè collocabat.

*Progreſſus in literis.*

Cumque iam adoleuiſſet, ſolito ſtudioſiùs viſus eſt ſe componere ad imitationem beati Antiſtitis, animo cæleſtia meditari, mundi illecebras fugere, æterna appetere, ſtudiumq; omne quod anteà in literis poſuerat, in religionis actibus conferre, vulgi rumores pro nihilo putare, totumque ſe diuino cultui mancipare.

His nepotis ſui profectibus Antiſtes mirificè exhilaratus, toto cœpit pectore in id incumbere, vt eum poſſet habere ſucceſſorem. Itaque non deſtitit eum & Clero & proceribus, & plebi denique vniuerſæ à pietate, ſapientia, & inculpatis moribus cõmendare, omnesq; aſſiduò adhortari vt nutritũ atq; eruditũ à ſe Macariũ paſtorem eligant & Cathedræ Antiochenæ præficiat. Neq; verò in vacuum cecidit adhortatio, ſed ſtatim ab obitu venerandi ſenis, vnanimi omnium conſenſu fuit ad illud honoris faſtigium euectus, & iuuenis ſapientia tamen & moribus permaturus, in beati ſenis throno collocatus. Non illum mutauit tantus honor, ſed incredibili manſuetudine & humilitate, omnium ſibi animos deuinxit, & comitate cum mirabili tamen grauitate coniuncta, optimè conſtitututam diſciplinam cõſeruauit. Porrò diſſolutos mores cũ verbo tùm exẽplo ita profligabat, vt ſermo eius ſale con-

*Fit Patriarcha Antiochenus.*

cõditus, populo nunquam non eſſet gratiſſimus.

Erat rerum omnium præter labentium contemptor egregius, & corporis domitor admodum ſtrenuus. Victus erat illi non qui voluptati, ſed extremæ tantum corporis neceſſitati ſatisfaceret. Molles & delicatas veſtes. quibus quandoque vſus fuerat, aſperrimis camelorum pilis permutauit, vilemq́ne ſe tunicam induit. Lectuli mollitiem vehementer aſpernatus, balneis vix vnquam vſus eſt: ſed largiſſimis lachrymarum vndis frequenter ſe lauit, dum totas noctes pro peccatis & ſalute totius mundi in precibus exigebat. Neque debuit ſanè illud ſudariũ quo defluẽtem lachrymarum imbrem abſtergebat, virtutis expers eſſe, quod tot lachrymis fuerat infuſum. Fuit in beati viri domo Theodorus quidam leproſus, (nam tales ei & familiares & non mediocri curæ erant) qui cùm præ cæteris & lepræ morbo & inopia premeretur, tale de ratione recuperandæ ſanitatis ſecum conſilium cœpit. Abijt ille tacitus ad eccleſiam in qua vir ſanctus orare conſueuerat, & ſudarium eius lepræ ſuæ admouit. Non tulit illa vim ſudarij, ſed probatæ fidei perhibens teſtimonium, ceſſit pulſa meritis lachrymarum. Tum verò ille ceu nouus homo audet aſtare viro Dei, Deoque & illi gratias agere.

Victus eius & veſtitus.

Gratia lachrymarum.

Leproſi ei familiares.

Leproſus curatur eius ſudario.

Cernere licebat in ſancti Pontificis domo, quaſi nitentes quaſdam gemmas, pauperes Chriſti, varijsque oppreſſos morbis, cæcos, ſurdos, claudos, quos quotidiè eò properantes, vt ab eo ſtipem acciperent, vir pius duplici beneficio proſequebatur. Quicumque enim ab eius ſanctis manibus accipiebant cibum vel potum, illicò re ualeſcebant: & quotquot obtinere poterant aquam,

Eius ſtudium erga pauperes.

aquam,qua manus ſuas abluiſſent,integram re
portabant ſoſpitatem. Non radiabant in dom
eius gemmæ & margaritę nitentes,ſed verſaba
tur ex cæcis videntes,& ex claudis ambulantes,
famelicis ſatiati panibus. Non anteibant illum

**Pauperibus omnia largitur.**

ſcutati & ſericati, ſed inopes & miſeri eius be
nignitate recreati. Illis enim omnia ſua diſtri
buit, prorsùs vt nihil ei reliquum eſſet præte

**Abdicat ſe Pontificatu.**

pontificiam dignitatem,quam quoque tranſtuli
in Eleutherium venerabilis memoriæ virum,ſo
la epiſcopali benedictione ſibi retenta.

Cumque hoc modo terrenis omnibus nuda
tus eſſet, inter cæteros pauperes ipſe quoq; pau
per Chriſti effectus, exit è finibus patriæ ſuæ,&
parentibus ac cognatis fruſtrà reluctantibus,ſe
quitur Chriſtum. Et quidem ante omnia,non in
uitus ipſam quoque pro redemptore ſubiturus

**Adit terram ſanctam.**

mortem ſi res poſcere videretur,terram promi
ſionis petijt, vt omnia noſtræ redemptionis my
ſteria contemplaretur. Ibat vltrò in exiliũ ſpon
tè ſuſceptum, vt expeditior poſſet proficiſci in
patriam cæleſtem. Delectabant eum loca ſacro
ſancta,in quibus generis humani redemptio or
ta fuerat, ſed multò magis delectabat cum Iu
dæis de illorum perfidia verba miſcere, & cum
Saracenis congredi, ſi quem illorum poſſet ab

**Verberatur ab infidelibus.**

errore reuocare. Sed illi pro ſalutaribus moni
tis minas & verbera intentabant, ſupplicijsque
adeò atrociter afficiebant,vt toto corpore lania
tus nuda oſſa apparerent: non tamen quicquam
de ſanctæ prædicationis ſtudio remiſit. Auelli
tur indè à ſocijs, duciturque in medium impiæ

**Mittitur in carcerem. Dirè torquetur.**

multitudinis, nolenſque illis cedere, in cuſto
diam mittitur, ibique crucis inſtar, cuius glori
prædicabat,in terra extenditur, clauis config
tur

tur,ſed terra clauos reijciente vinculis aſtringitur,ſaxum ignitum nudo eius pectori imponitur custodibusque adhibitis, illic relinquitur. Ille carceris tenebris mirificè lætatur,ſpe cæleſtium præmiorum animatus: nec deeſt Chriſtus militi ſuo,ſed atram ergaſtuli noctem cæleſte lumen illuſtrat,humi iacentem diuina erigit miſeratio, pœniſque abſolutum angelica fouet cōſolatio.

Cōfortatur celitus & liberatur.

Procedit ille deindè ex carcere in publicum, ſtupent Iudæi, mirantur Saraceni,& tum illum, tum ſeſe mutuo reſpectantes,tanta rei nouitate ſtant attoniti. Iubent acciri carceris cuſtodes,à quibus dum audiunt lucem cælitus emiſſam,viſitationé angelicam & abſolutionem diuinam, compunguntur corde & tandem veritati aſſentientes,verbi Dei miniſtrum venerantur, vſque adeò vt ad genua eius aduoluti,ſcelerum ſuorum in illum commiſſorū veniam petierint, reiectoque errore,ad Chriſtum læti tranſierint.

Iudei & Saceni cōuertuntur ad Chriſti fidē.

Hæc cùm per regionem illam diuulgata,hominum ſermo longè lateque ſpargeret, accurrunt multi, vt ſalutarem doctrinam ex tali doctore haurirēt. Offerunt autem ei Eutychianum quendam,inter Saracenos inprimis nobilem,ab anno ætatis eius nono,vt ipſi quidem aſſerebant, ad ſenectutem vſque, ſurdum pariter & mutum. Ex huius curatione volebant, doctrinæ eius capere experimentum. Erant etiam eius dexteræ manus digiti arefacti. Itaque rogabant pro illo ſanctum virum, ille porrò rogabat Deum, nec paſſus eſt repulſam. Audit Saracenus ſeipſum abſolutè loquētem, arida manus ſuum facit officium,idemque ipſe cum multis alijs ſalutari expiatus lauacro,Dominum benedicit.Hoc miraculum,ingēs protinùs Euāgelio in terris illis oſtium aperuit. Inte-

Eutichianus:Saroc. ſurdus & mutus per S. Macar.curatur.

Intereà parentum & amicorum affectus, di
tiùs tanti viri abſentiam ferre non potuit; mi
tunt igitur nuncios qui eum vel nolentem retra
herent. Sed eccè dùm illi violentas in eum ma
nus mittere conantur, alij virtute diuina cæcit
te percuſſi, alij immotis in aëre brachijs hære
tes, cœpto deſiſtere compelluntur; ac tandem i
fugam verſi beatum virum relinquere cogũtu
Pœnitet eos interim illatæ viro ſancto iniuri
magnoq́ue cum eiulatu ſe ſibi reſtitui petunt. I
le verò iniuriæ immemor, apud Chriſtum p
illis intercedit, atque protenſo, quem manu g
ſtabat ſcipione, cui parua crux impoſita erat, &
caliginem oculorũm diſpulit, & rigida brachi
reſtituit: iuſſitq́ue abeuntes renunciare ſuis, v
ad cæleſtis patriæ gaudia properantem lug
re ac reuocare deſinant. Repetunt illi mox A
meniam, Macarius verò ad Occidentem m
raculis coruſcans pergere cœpit.

*Vim ei infe runt parentum nuncij, ſed excæcã tur, & reci- bus eius rurſus ſanãtur.*

Fortè aũt inter eos qui ſanctam petebant ci
tatem, cæcũ vnum obuiam habuit, cuius calam
tate ad miſericordiã prouocatus lachrymas f
dit, hortatuſq́; eſt omnes, vt communibus pre
bus pro ſalute miſeri apud Dominũ intercede
rẽt. Tũ Epiſcopus admota quã geſtabat cruce o
culis cæco lumen reſtituit, ſummoq́ue exultan
gaudio à ſe dimiſit. Peruenit deindè vir ſanct
cũ ſocijs, ad locũ quendã nimia ſiccitate labor
tem, prorsùs vt in magnum omnes periculũ a
ducti viderentur. Ille autẽ de Chriſti miſerico
dia cõfiſus, ſcipione crucis ſignũ terræ impreſſ
& protinùs profluentẽ aquæ vim ſcaturire fec

*Cæcum cruce illuminat.*

*Aquam crucis ſigno elicit e terra.*

Poſt multa terrarum emenſa itinera, tande
in Bauariam peruenit, vbi ab Adelberto ſumm
dignitatis viro, hoſpitio receptus miracula n

*Venit in Bauariam.*

nou

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nouauit. Vxor eius Aua nomine, diuturno morbo fatigata ad extrema tendebat; iamque omnis ſpes vitæ ablata erat, cùm vir ſanctus ad ſolitas recurrens preces, aquam benedicit, crucemque intingens, tres ab ea guttulas in laborantis os inſtillat, ac protinùs ab ipſo mortis aditu ad vitam retrahit. *Aqua bene: agonizantē ſanat.*

Indè Moguntiam perlatus, obuiam habuit furem quendam, ab imminenti mortis periculo fuga ſe proripientem. Pallebat miſer, morti, quam fugere nitebatur, non multum diſſimilis. Inſequebantur enim hoſtes certiſſimam illi necem allaturi. Is autem vt ad beatum Macarium peruenit, ad pedes eius corruit, petens vt pręſens periculum à ceruicibus ſuis auertat. Aduolant hoſtes, ipſi quoque beato viro necem intentantes, ſi ſcelerati patrocinium ſuſcipere auſus ſit. Ille verò armis, quibus pugnare ſolebat, probè munitus, inter reum & tela hoſtilia ſtat imperterritus; obijcit illis furentibus ſcutum inexpugnabile, crucem illam ſuam, in cunctis actionibus ſuis familiare ſibi perfugium. Vidiſſes illic pium ſanè ſpectaculum: hoſtes arma vibrare, iuſtum precibus & meritis pugnare, ac tandem glorioſa victoria potiri. Hoſtes enim, etſi ſancti epiſcopi verba non intelligerent, eximio tamen ſplendore, qui ex vultu eius relucebat, commoti atque ad miſericordiam flexi, ex equis deſilierunt, eiuſque non modò veſtigia amplexantur, ſed ipſum quoque reum, cuius paulò antè ſanguinem ſitiebant, ad oſculum admittere non recuſarunt. *Venit Moguntiam.* *Crucem oppoṅit telis hoſtium.* *Furem à morte liberat.*

Poſt aliquot dies Moguntia digreſſus, Coloniam acceſſit, Sanctorum cultura nobilem, vbi à quodam Tizone viro rerum opulentia nulli ſe- *Coloniam ingreditur.*

cundo & morum honeſtate clariſſimo, honorifi-
cè non minus quàm officioſè hoſpitio exceptus
eſt Sed is idem cùm multo iam tempore regio
morbo laboraſſet, nihil ſibi habere videbatur
*Regio morbo laborātē ſanat.*
quādiu corporis ſalute carebat Nec poterat vlla
medicorum induſtria opem aliquam polliceri,
prorsùs vt in tanta opum affluentia nihil eo vi-
ueret calamitoſius. Sed Macarius ſuo aduentu in-
ſperatam ſalutem attulit, ciboſq́ue benedictione
ſua conſecratos obtulit, quibus proſtratam &
penitus exti ıctam appetendi vim excitauit, &
breui integræ ſaluti reſtituit Hinc verò ſanctus
*Adit Machliniam, ibidem incendium crucis ſigno extinguit.*
digreſſus loca omnia Sanctorum meritis inſig-
nita luſtrauit, tandemq́ue Machliniam delatus
eſt, vbi etiā incendio obuia quęq; deuaſtante, cru-
cis ſigno extincto, ſanctitatis ſuæ virtutē oſtēdit.
*Venit Malbodium.*
Poſt hæc vir Dei Malbodiū proficiſcitur, quod
eſt ſacrarum virginum monaſterium, ſanctiſſi-
mæ Aldegundis virginis reliquijs celebre: ibi
Durando comiter ſuſceptus, voluit ſibi venæ ſe-
ctione aliquid de ſanguine detrahi. Eum ſangui-
nem hoſpes in vaſculum excipiens, vni è ſeruis
*Vltio diuina in ſeruū malignum.*
ſummo ſtudio aſſeruandum tradidit. At nequam
ille ſeruus inuidia ſtimulante, ſacrum cruorem
in latrinam effudit: ſed mox diuina vindicta ſu-
pra percuſſus, iniquitatis ſuæ præmium recepit.
*It Cameracum.*
Porrò beatus Patriarha Malbobio Cameracum
abiens, paucis admodū diebus ibi commoratus,
quantæ ſanctitatis eſſet, diuinitùs innotuit. Nam
quodam die, Sole in occaſum declinante ſanctiſ-
ſimæ virginis baſilicā intrauit, ſuo more ibidem
in diuinis laudibus pernoctaturus: ſed eum cu-
*Fores Eccleſiæ diuinitus ei reſerātur.*
ſtos templi non ſine iniuria eiecit, bileq́ue per-
citus oſtiū obſerauit. At vir ſanctus nihil ea in-
iuria commotus, ante fores eccleſiæ in precibus

ſe proſtrauit: & eccè oſtium baſilicæ diuinitùs patefactum, viri ſanctitatem declarauit: non tamen Sanctus ingredi voluit, nè infirmum hominem magis perturbaret. Sed cuſtos cùm ad nocturnas preces fores reſeraturus aduenïſſet, eaſque patentes, & peregrinum humi proſtratum inueniſſet, timore penè exanimatus eſt. Manè autem cùm res omnibus innotuiſſet, hoſpes excluſus cœpit haberi clariſſimus: ſed ille ab humana laude plurimum abhorrens, Tornacum ſtatim ſe contulit, vbi exortā ciuium inter ciues funeſtam ſeditionē, precibus & crucis ſuæ, quam gerebat, tropheo erecto non ſine miraculo compeſcuit,

Tornacum ſe confert, ibidē ciues tumultuātes ſedat.

Iam multo tempore beatus Patriarcha, non paruos longinquæ peregrinationis labores exhauſerat, quibus cùm tandem Dominus finem imponere vellet, Gandauū peruenit vbi in monaſterio ab Abbate Erēboldo peramanter receptus eſt: cuius egregia beneuolentia & fratrum etiam charitate eximia permotus, apud illos reliquum vitæ curſum exigere ſtatuit. Crebrò viſitabat eccleſias Gandauē: ditionis, celebrabat Miſſæ ſacrificium in ſingulis, precibus nocte dieque vacabat, neque vllum tempus à conferendis in populum beneficijs vacuum ducebat. Quicquid ei à fidelibus oblatum eſſet mox in pauperes, quorum ille ab infantia curam geſſerat, conferebat. Permultos à varijs incommodis liberabat. Manuum ſuarum contactu morbos fugabat, & cuiuis in calamitate opem & auxilium mira benignitate ferebat.

Venit Gandauum. & in Abbatia S. Bauonis amanter accipitur.

Variæ eius virtutes.

Inter hæc dulcis patriæ recordatio, deſideriū repetendi Armeniam ei ingeſſit, adeò vt nullis precibus ab ea mente reuocari poſſet. Sed accidit cùm ſe in viam , vno comitatus ſocio de

*Dum vult redire in patriam, diuinitus impeditur.*

*Immaniſſima peſtis in Flandria.*

diſſet, vt morbo correptus redire cogeretur, &
dum ille patriam terreſtrem meditatur, Deus il
li cæleſtem præparat. Sæuiebat tum temporis in
audita quædam ad illum diem immaniſſimæ pe
ſtis rabies, adeò vt morientium multitudo ſupe
ſtites vinceret, vixq́ue reliqui eſſent, qui hnman
dis corporibus ſufficerent. Iamq́ue omnis huma
ni auxilij ſpes ablata erat, cùm triduano homini
bus pariter ac iumentis indicto ieiunio, ad De
implorandam opem omnes confugiunt: & ecc
dum illi hac religione Deum placare inſtituun
Deus quidem miſericordiam ſuam non differ
ſed vnum ex omnibus eligit, in quem ſæuiſſim
lues poſtremùm irrueret. Is fuit beatus Macar
us, qui ſæuientis morbi contagione tactus, pri
mò loquēdi quidem amiſit facultatem, ſed pro
phetica donatus gratia, nutibus & quibus pote
rat ſignis, prædixit præter ſe & alios duos, nemi
nem deinceps ea peſte occubiturum: quod po
ſteà rei euentus approbauit.

*S. Macarius peſte inficitur.*

Tertius iam indicti ieiunij inſtabat dies, cùm
paruulis & vitulis etiam materna negarentur v
bera, & modis omnibus, propè vis regno cœlo
rum inferebatur. Vbique luctus, vbique clamo
audiebatur, & plurima mortis imago: pecud
quoque & iumenta, intolerabiles ad vacua præ
ſepia edebant mugitus. Flectitur interim beni
nus Deus, & ſeueritatem lenitate temperat. Po
rò Patriarcha Macarius recuperata voce, po
preces & lachrymas pro peccatis fuſas, alios qu
dem ad ædes proprias dimiſit: ipſe verò cum fra
tribus ad cœnobium abijt, ingreſſusq́ue cum il
lis in refectorium, charitate potiùs quam nece
ſitate adductus, hilarem ſe omnibus exhibuit a
que vt inſtitutum mutarent ieiunium volui

Cumque ex appoſitis pauxillum guſtaſſet, vltimum vale cum epiſcopali benedictione fratribus impendit, & ſic demùm ad lectulum redijt. Ibi expanſis manibus, oculiſque inſita pietate ad Deum erectis, inter angelorum multitudinem, qui ſua præſentia pium aſtantibus horrorem incutiebant, ſpiritum feliciter exhalauit: impletaque eſt prophetia eius, ipſo poſtremo ex ea peſte occumbente. S. Macarius moritur.

Corpus eius cùm non vulgari deuotione fuit ante altare S. Pauli, quem locum ipſe ſepulturæ ſuæ deſignauerat, conditum: atque ſub Sigero Abbate, qui quartus fuit ab Bremboldo, eleuatum, & integrum omninò repertum. Huic eleuationi interfuêre, rex Gallorum Philippus, Comes Balduinus cum proceribus ſuis, & Adela coniuge, filioque Balduino Hannoniæ Comite. Balduinus quoque Nouiomenſis, & Lietbertus Cameracenſis Epiſcopi. Multis verò miraculis etiam poſt obitum claruit vir ſanctus, quæ nos breuitatis cauſa præterimus. Claruit miraculis poſt obitum.

MARTYRIVM S. ANTIPAE, PERGAMI.

*Aſiæ Epiſcopi, quo coronatus eſt Anno Redemptoris 93 Clementis Roma: Ponti. 1. Domitiani verò Imperator: 10. ex Simeone Metaphraſte.*

Domitianus qui Apoſtolorum tempore Romanum obtinuit Imperium, cùm ſtultiſſimo idolorum ſuorum cultu ebrius, Chriſtianorum quoque ſanguinem ſitiret, tunc ſanè præcipua quædam martyrum pro Chriſti Saluatoris fide vbique decertantium, virtus apparuit. Tunc & eccleſiæ fideique baſis, & Chriſtianæ veritatis fundamentum, atq; æternæ diuinitatis vnigenti præco Iohannes præſtantiſſimus, in Patmum inſulam relegatus eſt. Vbi dùm mag- 11. Aprilis. Domitianus Imperator.

S Iohannes Euangeliſta in Patmum relegatur. Apocal. 2

num martyrum cœtum, ijs quæ de ſeptem Eccleſijs ſcripſit, confirmaret, Antipas teſtis meus fidelis, inquit, qui occiſus fuit apud vos, vbi ſatanas habitat. E quibus ſanè verbis intelligi poteſt, quibus eſſent moribus præditi homines illi qui Pergamum incolebant, vbi erat ſatanæ domicilium. Ibi nec naturæ lex ſeruabatur, nec iudicia vlla fiebant. Tãtum quiſque ſibi iuris vendicabat, quantum viribus & robore valebat: ſibique ſatis iuſti videbantur, & fortes ac boni, qui Chriſtianum aliquem detuliſſent.

Antipæ egregia fortitudo.

Cum res Chriſtianorum magno in diſcrimine verſarentur, Antipas vir ſtrenuus & conſtans, non modò formidabat ſed ſæpius, neglectis tortorum minis, in publicum prodibat, & tanquam Sol quidam, tenebricoſos idololatriæ errores ſinceræ fidei ſplendore diſcutiebat, adeò vt dæmones, qui mira religionis ſuperſtitione in ea vrbe colebantur, fuga recederent, eiusque conſpectum vehementer formidarẽt. Hinc frequenter ſuis ſacrificulis in ſomnis apparebant, aſſerẽtes ſe nec ſacrificiorum eſſe participes nec nidorem ſuſcipere, propterea, quod à Chriſtianorum principe Antipa fugarentur. Qua re indignata multitudo, impetu in Antipam facto eum ad locum ſacrificiorum pertraxit. Ibi Præfectus, túne es, inquit, Antipas ille, qui neque Imperatorum decretis obtemperas, aliosque in eandem rebellionem adhortaris, & inſuper ſacrificia ipſa ita perturbas, vt dij omnes, in quorum tutela atque patrocinio ciuitas deliteſcit, indignabundi receſſerint, ſuoque nudatam præſidio ciuitatem reliquerint? Satis tibi ſit ad hunc vſque diem Chriſtianæ ſuperſtitioni vacaſſe. Reſipiſce tandem, & inuiolatis diuinitusque ſancitis le-

Dæmones eius conſpectum formidant.

Captiuus ducitur à multitudine ad Præfectum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gibus noſtris pare, deoſq; tutelares humili obſequio reuoca. Quod ſi facere recuſas, ex Romanorũ legũ prescripto meritis ſupplicijs afficieris.

Ad hæc Antipas vultu animoque planè intrepido reſpondit: Vnum hoc ſcito me Chriſtianum eſſe & legibus omni ratione vacuis parêre omninò nolle. Et quoniam quæſtionibus tuis reſpondendum eſt, id faciam libenter. Si enim dij, quos adoratis, & quos totius orbis dominos aſſeritis, ſic ab homine mortali in fugam verti ſe dicunt, vt veſtrum auxilium opemq́ue implorare cogantur, cùm illi vindices potiùs veſtri eſſe debeant, facilè poteſtis errorẽ agnoſcere. Quomodo enim, qui ſe ipſos vlciſci non poſſunt, gentem vniuerſam in periculo cõſtitutam liberabunt? Quare æquum eſt, vt relicta patria ſuperſtitione, Chriſto credas, qui de cælis ad nos deſcendit, vt hominum genus à miſerrima dæmonum ſeruitute in libertatem vindicaret: quique viuorum & mortuorum iudex conſtitutus, in fine ſeculorum digna vnicuiq́ue factis ſuis præmia retribuet.

*Antipæ ad Præfectum reſponſio.*

Ad hæc Præfectus: Vos antiquiſſima deorum religione neglecta, nouis quibuſdam legibus & inſtitutis recenter inuentis obtemperare vultis: Nos verò, cùm non ignoremus vetera recentibus eſſe præſtãtiora, & quæ temporis longinquitate ſunt cõfirmata nouis eſſe laudibiliora, nullo modo patimur, religionẽ à maioribus per manus traditam violari, & inſana quadam, hominis cuiuſdam in crucẽ acti, doctrina peruerti ac nefariè conculcari. Cui Antipas: Si, inquit, vetuſtiſſima quæque ſunt obſeruanda, cur non & Cain fratricidij inuentorem imitamini? Cur non eos vobis proponitis imitandos, qui cælum conſcẽ-

*Impius Præfectus, argumentatur à religionis antiquitate.*

*Gen. 4.*

*Gen. 6.*

Diluit argumentũ hoc Antipas.

dere conati ſunt, aut qui ſe cum proprijs ſorori bus commiſcere non ſunt veriti? vnde diluuium genus eorum deleuit, qui piam ac rectam viuen di ſemitam ingredi neglexerunt. Quamobrem ſi vos iſtos propter antiquitatem & eorum flagi tia imitari volueritis, non per aquam ampliùs ſed per ignem æternum, & vermem qui nunqu moritur, conſumemini, niſi reſipueritis.

Rapitur ad ſupplicium S. Antipas, & in bouẽ æneum candentẽ proijcitur.

Hæc atque alia virum ſanctum loquenté cor ripiunt nefarij, & ad templum Dianæ, vbi ſtatu bouis ænei copioſo igne erat ſuccenſa, pertra hunt, inque eum beatum martyrem conijciunt At ille cum ſe Chriſti ſigno munijſſet, in eiuſ modi cruciatu conſtitutus, multiplicatis preci bus atrox ſupplicium fortiter ſuſtinuit, factoq precandi fine, tanquam graui ſomno captus, ſpi ritum reddidit, & glorioſa martyrij corona re dimitus in cælum euolauit.

Reddit ſpiritum.

Claruit miraculis poſt obitum.

Tunc viri pietate & religione eximij, colle ctas magno ſtudio reliquias, Pergami colloca runt, vbi ſanctus multis admodùm coruſcás mi raculis, Chriſti nomen in Sanctis ſuis glorioſum illuſtre reddit.

### *VITA S, LEONIS, COGNOMENTO & reuera Magni; primi eius nominis S. Sedis A poſtolicæ Pontificis: ex ijs quæ extant apud C Baronium. Obijt anno à Chriſti Incarnatione 461. Leonis Orientalium Imperatoris 5. cum ſe diſſet annos 21. minus diebus 32.*

Tomo 6. Annal.

II. Aprilis. Patria & parens eius.

D Leo è Tuſcia Patre Quintiano oriũdus ab ipſa adoleſcentia, veluti futurorum præſcius, excellenti Pontificatũs muneri ſe diligenter præparare voluiſſe videtur; di

præ

præcipuè quidem his rebus inſtructum habere pectus curauit; nempè ſacrorũ voluminum recondita intelligentia, multa ſcripturarum exercitatione, varia doctorum lectione, iudicio ſano, prudentia non vulgari, ſyncero fortique animo, vt ratio ſui nominis flagitabat: denique parata linguæ copia, ſed paratiore ſimul, & purgatiore corde; qui fons eſt orationis, & efficax dicendi docendiq; magiſter. Proindè ſatis illi nequaquam fuit purum ab omni crimine ſe conſeruare, niſi iuxtà B. Pauli monita ſeſe abſtineret ab omni ſpecie mala, ne qua videlicet in ſuſpicionem criminis incurreret. Nihil in eius puro pectore, quod ſæuus ille tyrannus amor diuitiarum, vel gloriæ mundanæ ſitis, vel ambitionis fœda lues ſibi vendicaret. Chriſtianam philoſophiam nec aptè ſatis à ſe doceri, nec conſtanter retineri poſſe putauit, niſi voluptatum illecebras & cupiditates noxias à ſenſibus omnibus procul ſubmouiſſet. Quo factum eſt, vt veluti Chriſtianus Demoſthenes, imò cæleſtis orator, paſſim, etiamnum S. Roma Eccl. Archidiaconus, & ab omnibus ſummo in honore haberetur: ac vnus omnium digniſſimus, qui ad reſarciendam pacem inter AEtium ac Albinum præſtãtiſſimos Romani exercitûs duces, in Gallias legatus deſtinaretur: quo ibidem negotium egregiè conficiẽte, contigit S. Rom. Eccl. Pontificem Sixtum, eius nominis tertium, ex hac lachrymarum valle ac beatam immortalitatem emigrare. In cuius demortui locum, quadraginta iam amplius diebus orbatus paſtore Romanus clerus, inclytum ſuũ Leonem Archidiaconum mirabili interim pace ac patientia expectatum quidem, aſt in Gallijs moras trahentem, non tam fauore humano quã

Quam præclara eius fuerit adoleſcentia.

1. Theſſ. 5.

Adhuc Dia. committitur legatus in Gallias

Succedit in ſummo Põtificatu Sixt. eius nominis 3.

propitij numinis voluntate ac ſingulari ſuffr
gantiũ omnium cõcordia, ad ſummæ dignita
Pontificiæ faſtigium euexit, abſentem tanqu
præſentem; ac dein ad profligandã omnem mo
publica legatione Romã accitum, proſpero re
ſucceſſu apud Gallias iam admodum celebre
ſummo omnium applauſu Romanorũ Antiſt
ac Pontificem Maximum conſalutauit. Tum
ille contrà nominis rationem humaniſſimus,
collectam Epiſcoporum coronam viciſſim gr
tias dixit; partim quod ex longa peregrinatio
ſaluum & incolumem ſe conſpiceret apud i
columes præſtantiſſimosq; illos Patres: parti
quòd ſingulari D. O. M. benignitate & illoru
concordi voluntate munus ampliſſimum ſi
concreditum eſſet. Sed acceptam diuini præſi
ſpé, fore ſcilicet, vt ſuſceptæ prouinciæ Chri
iuuante ſatisfaceret, ſolicitus quoq; temperab
animi mœror; vt non perindè lætandũ ac triſta
dum ſibi putaret: hac quidẽ parte haud diſſim
lis illi Regi qui perpenſis curis Regiæ dignitat
ne humi quidem antè oculos iacens diadema ſ
ſtollendum in caput arbitrabatur.

Incidit aũt ſedes eius in tempora planè miſe
rima; nimirũ cũ Orientalis Eccleſia aſſiduis qu
*In quæ deplorata tẽpora inciderit electio & euectio eius.* teretur hæreticorũ procellis: Neſtorianorũ pr
ſertim vbiq; tumultuantiũ. Occidentis verò im
periũ à Barbaris vaſtaretur: & cũ capta Carth
gine, iam propè vniuerſam ſibi VVandali Afric
vendicarent: & cum in Gallijs apud Arelatũ
Gothis à Littorio Ro. exercitûs Duce malè pu
natũ eſſet. Præter hæc etiã Eccleſiæ ſtatus turb
lentiſſimus habebatur; ſicut. n. Orient: Eccleſi
Neſtorianorũ cauſa, magnoperè conflictation
erat exagitata, ita & Occid: Manichæorũ iugite
fœcu

fœcundiori ceſpite pullulantiū & Pelagianorū rurſus inſurgentiū erat aſſiduis prœlijs perturbata. Accedit enim vt præter hæreticos illos qui vel palá vel clanculò in Italia, & in ipſa vrbe notiſſimū agerent; ab externis quoq; Prouincijs à Barbaris captis, præſertim verò ex Africa pulſa Manichæorū agmina ſe in vrbem intulerint; magno indubiè ciuium detrimēto: ſed eò lethalius erat malū, quo occultius eiuſmodi eorundē venenum ſerpebat: quibus detegendis & in apertū è latebris adducendis atque damnandis ſummis viribus allaborauit vir ſanctus.

Exagitat Manichęos.

Cum ſiquidem paulo poſt tempore plurimos Manichęos intrà vrbē latere, ſolerti eius indagatione innotuiſſet; eos de ſecretis ſuis erutos & oculis totius Eccleſię publicatos, dogmatis ſui turpitudiné & damnare fecit & prodere; incenſis eorū codicibus; quorum magnæ moles fuêre interceptæ. Quæ cura ſancto Pontifici diuinitùs (vt apparuit) inſpirata, non ſolum Romanę vrbi, ſed etiā vniuerſo Orbi plurimum profuit: ſiquidem confeſſionibus in vrbe captorum, qui Doctores eorum, qui Epiſcopi, quiuè presbyteri; in quibus Prouincijs vel ciuitatibus degerent patefactum eſt. Non enim ſatis ſibi viſum quæſitos diu, iam compertos habuiſſe Manichæos, eoſdemq; quales eſſent, populo frequenti admonitione ſignificaſſe; ſed placuit vt collecto Epiſcoporū Cōcilio, vnà ſimul cū Romano Clero eorū cauſa pubicè audiretur, actiſq; publicis fierent notiora, perpetuiſq; monumētis eorū horrēda ſacrilegia notarētur, dānarenturq;. Porrò nō cū Manichęis tantū, ſed & aduerſus Pelagianos etſi apertius, laborioſius attamē bellū fuit: obnitēte ex aduerſo Iuliano olim Capuano Epiſcopo loquaciſſimo

Item & Pelagianos.

Pela-

Similiter & Eutychianos.

Pelagiano: & ea qu dē hęreſis ſępè extincta acri pullulās demū ope S. Proſperi Antiſtitis penitus eradicata eſt. Eutychiani quoq; hæretici cum Ephesi cōciliabulū, latrociniū Epheſinū nūcupatū præſidēte facinoroſiſſimo Dioſcoro Antiſtite Alexandrino, coegiſſent, variaque ibidem contra pietatem perfidi illi præſumpſiſſent; collecta quam citiſſimè vir ſanctus in vrbe Roma Præſulum occidentalium Synodo, vniuerſa eorum acta Pontificio decreto reſcidit, penitùs damnauit, irritaque prorſus eſſe decreuit.

Ceterùm poſt hæc cœptum de Synodo vniuerſali cogenda: quod quidē magna induſtria ſummaque diligentia à S. Leone Marcianus Imperator experijt; verùm ipſe Pontifex ob ingruentes Hunnorum exercitus Gallias deuaſtantes, etiam Italiam cogitantes, ad opportunius tempus exiſtimabat differendum eſſe vniuerſale Concilium vt liberati Epiſcopi à barbarica hoſtilitate, liberi ad Synodum ſeſe conferre poſſent. Sed quod Marciano in optatis eſſe videret quāprimùm ab his diſſentionibus cauſa Eutychetis obortis pacatum reddere Romanum Imperium, ilicò legatos miſit qui Synodo intereſſent. Neque verò fidē excedit aut pietati refragatur quod prodigioſum accidiſſe traditur, circa Epiſtolam à B. Pontifice ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum contra impios Eutycheten & Neſtorium conſcriptā: quam Conſtantinopolim priuſquam deſtinaret altari B. Apoſtolorum Principis Petri imponens, per xl. dies continuos tum ieiunijs tum precibus ſeſe exercuit: hoc vnum ab eo votis flagrantibus contendens, vt ſi quid fortè corrigendum haberet Epiſtola (quæ cauſam fidei longè difficillimam tractabat) id omne ſuis manibus

Miraculum.

cor-

correctum abſolueret ille. Nec fefellit ſanctam precatoris expectationem etiam rarus euentus. Terſam ſiquidem eam & elaboratam dies reddidit quadrageſimus; addita ſimul reuelatione certiſſima & viſione B. Petri dicentis: Legi & emendaui. Verumenimuerò prȩſtat audire potius ſententiam Petri quàm viſionē Petri, dicentis & atteſtātis: Firmiorem quauis viſione habemus ſermonem propheticū &c. Maiorem etenim ſibi ea Epiſtola fidem vēdicat ex diuinis ſcripturis, traditionibusq; S. Eccleſiæ, & communi SS. Patrum conſenſu quā ex ea vel reuelatione vel viſione. 2. Pet. 1.

Et Synodus quidem interim publica Imperatoria ſanctione, primò Nicææ in Bithynia, dein ob metum barbaricæ inuaſionis Chalcedone indicta, & tandē ibidē in Spiritu S. congregata, Antiſtitumq; Orthodoxorum plus minus 630. conſeſſu decorata, 17. Actionib⁹ fuit abſoluta: quam cū B. Pontifex Apoſtolica auctoritate confirmaſſet, in Occidente promulgari curauit. In ea autē poſt impias Neſtorij nugas, tetros Eutychetis errores, & iniquas Dioſcori dānatas præſumptiones ſanctiſſimè fuit diffinitum ac firmiter ſtabilitum, verā certamq; debere credi Incarnationē Dei filij; duaſq; naturas, Deum nempè verum & hoēm in vna perſona indiuiſè, inconfuſè, & inſeperabiliter eſſe coniunctas; vereq; Dei eſſe Genitricem ſanctiſs. virg. Mariam: ſecundum diuinas ſcripturas maiorū traditiones & Patrum teſtificationes. Nullū ſanè quoq; officium à S. Synodo prætermiſſum, quo non proſecuta fuerit ipſum primarium Chriſtianæ religionis Antiſtitem, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem tum factis tum ſcriptis; & ipſum titulum Oecumenici Eccleſiæ Epiſcopi eidem tribuens: quod itidem teſtatur S. Gregorius Papa.

4. Conciliū Chalcedonen: Oecumenicū 630 Patrum.

Quid in eo diffinitum.

Nomen Oecumenici oblatum S Leoni ſummo Pontif.

lib. 4. Epiſt. 36. & lib. 7. Epiſt. 30.

His

His itaq; ſacri Chalcedonen. Concilij decr
tis Orientalis Eccleſiæ integritati vtcunq; p
ſpectũ cum eſſet, ecce triſtes quidẽ dictu ac m
ſerabiles prorſus exurgentes barbarici fluc
totã Italiã conturbarunt. Attilas ſiquidem Hu
norum Dux, qui flagellum Dei vocitatus eſt, c
ius omniũ efferatiſſimi barbari ardebant ocul
totoq; ex ore crudelitas emicabat, inflammat
furore in Italiã venit, cunctiſq; ciuitatibus pa
tim direptis & incẽſis, partim metu deditis, cru
delis totus in ſupplicijs, auar[9] in rapinis, ſuperb
in cõtumelijs, Romã irrumpere feſtinabat. Qu
tunc Leonẽ eſſe animo oportuit? quæ hic facere
tali in re ac tempore, cum ignauiæ ratio in fu
gam atq; latebras fortiſſimum quemq; impelle
ret; improbitas aũt & furor hoſtis ad deſperatio
nẽ cogeret: populi deniq; clamor crudeliſſimi
& luctuoſiſſimum exitũ promittere? ita vt incẽ
ſioné vrbi, internecioné ciuibus vaſtitaté Itali
atq; adeò interitũ totius Chriſtianæ reip. vicin
quæq; portenderent? Certè cũ iã eſſet hoſtis pro
pemodũ in cõſpectu, vt copias etiã qua Mintiu
Padũ influit, traijcere pararet, ei ( mirum dictu
occurrit Leo vir ſanctiſsimus; cum altero Cõſu
lum & parte non modica Rom. Senatus, vtpot
calamitatem tum Italiæ, tum vrbis Romæ miſe
ratus, ac Leoninæ mentis nunquã interiturũ ædi
turus argumentũ: occurrit (inquã) tyranno cun
cta depopulanti ſenex innocuæ ſimplicitatis, &
multa idẽ canitie ſimul & auguſtiore habitu ve
nerabilis: qui ſe totum pro ſeruandis ouibus im
pendere vel nõ rogatus iamdudũ exoptabat: atq
illic circa Mintiũ amnem ita Principẽ truculen
tũ affatus dicitur. Senatus Populuſq; Romanus ò
Rex regũ Attila, quondam orbis victor, nunc vi
ctus

Attilæ aduentus in Italiam.

Magnanimitas Leonis Papæ.

ctus, ſu
& quid
ria con
chrius,
populu
olim o
Nec eſt
tranſce
eſſe po
te ſaluo
ſentiãt
ctos fa
Hæc
xerat; i
templa
bundo
ri, Petr
conſpe
pro por
ipſi[9] ca
ac mor
tificis
ne terr
Attilas
trà Dan
aũt ab
canti, q
rimã p
proſtra
reſpon
medio
viſi for
nec eſſe
vel ſup
teri teſ

ctus, ſuppliciter abs te veniã & ſalutẽ precatur; & quidem nihil tibi in tanta rerum geſtarũ gloria contingere potuit aut ad præſens decus pulchrius, aut ad poſteros memorabilius, quam vt is populus ſupplex ad pedes tuos iaceat, antè quẽ olim omnes gentes & Reges ſupplices iacuêre. Nec eſt ſanè, cũ iam omne humanitatis faſtigiũ tranſcenderis, in quo Deo Immortali ſimilior eſſe poſſis, quàm quo plures viceris, plures per te ſaluos eſſe velis. Senſerũt mali flagellum tuũ: ſentiãt nũc ſupplices clemẽtiã tuã: vel quia ſe victos fatẽtur, vel quia sũt vltrò imperata facturi.

Hæc & plura inuictus Leo fiducia magna dixerat; in cuius habitu venerabiliq; adſpectu cõtemplando cũ tacitus ſtaret tyrannus deliberabundo ſimilis, en duo quidam dextera leuaq; viri, Petrus quippè & Paulus Apoſtoli, ſubitò ipſi conſpecti ſunt; qui non ſolũ auguſtiore habitu pro pontifice quoq; adſtarent, verumetiã ſuprà ipſi⁹ caput ſtrictos tenerẽt intẽderentq; gladios, ac mortem demum minitarentur, niſi dicto Põtificis obtemperaret: quamobrẽ ſubita hac viſione territus, diuinaq; Leonis eloquentia placatus Attilas, confeſtim promiſſa pace firmiſſima, vltrà Danubium non rediturus abſceſſit. Rogatus aũt ab his, qui proximè adſtiterant Leoni ſupplicanti, quid in cauſſa eſſet, cur tã facilè pulcherrimã precibus hoſtium victoriã condonâſſet, ac proſtratos antè pedes ſurgere ac ſtare iuſſiſſet, reſpondiſſe fertur palàm, oportuiſſe ſic fieri; cũ medio affatu ſupplicantiũ, tales tantiq; viri ſibi viſi forẽt, ac ſubitò ſententiã mutare coegiſſent: nec eſſet mortaliũ facultatis Diuinitati reſiſtere, vel ſuperis bellũ inferre. Et quidè ipſum vera fateri teſtabantur interrupta atq; conciſa tremore

Attilã placat & fugat Apoſtolico adiutorio.

verba

verba; crucis atque inexorabilis vultûs pallo
robuſti audaciſque animi improuiſa deiecti
atque totius ſimul corporis conſternatio.

Videas igitur alterum in leone Moſen; qui ſpi
ritalibus armis barbarorum vires expugnet, in
tumque Deum peccatrici genti conciliet. Pro
dè hoc tam inſigni beneficio Principem Valen
nianum vrbemque totam, ſicut nunquàm an
ſibi deuinciuit, & vulgo receptam ſuæ ſancti
tis opinionem etiam atque etiam apud omn
confirmauit. Sub hæc ad Vrbem rediens, non ſi
communi omnium applauſu (vt qui patrem p
triæ conſpicerent, cuj ſecundùm Deum, fortu
omnes, incolumitatem ſuam, nec minus Or
quàm Vrbis ſalutem acceptas meritò ferrent)
primis Deo Opt. Max. & Apoſtolis eius Petro
Paulo gratias dixit; his omnem rei benè ge
gloriam adſcribens, quorum & patrocinio co
ceſſæ ſedis Romanæ conſortium tribuere ſol

Quid quòd & peccatorum ſuorum veniam
mel conſecutus legitur, ieiunando & precan
diebus 40 apud beatiſſimi Petri tumulum, di
Aliud miraculum. namque expetendo miſericordiam; quibus i
dem expletis apparuit ei Apoſtolorum Princ
dicens: Oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi om
peccata tua, prætterquàm impoſitionis manuu
Hoc ſiquidem ſolum abs te requiretur, ſiuè ben
ſiuè fortaſsè malè egeris. Sed quid eſt, quod dic
Omnia tibi ſunt dimiſſa peccata, præter man
impoſitionem? Num peccata ex parte dim
poſſunt? minimè gentium, ſi ad culpam refer
Ceterùm quo ad pœnam fieri id poteſt. Qu
enim facile ſit in his peccare etiam pruden
Epiſcopum, iure S. Apoſtolus monet ita Thim
1. Timot. 5. theum: Nemini citò manus impoſueris, ne

comm

communicaueris peccatis alienis. Illis ergo remanebat S. Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetraſſent, qui ab illo indigni promoti fuiſſent ad ordines. Tunc namque dicuntur Præſules communicare peccatis alienis, dum indignis cōferunt honores & miniſteria. Hinc ſibi timens Propheta rex ait: Ab alienis parce ſeruo tuo. (Pſal. 18) Quòd ſi hæc fiunt in viridi, quid fiet in arido? (Lucæ 23.) Leone quis ſanctior atq; prudentior, vt tantum periculum liber tranſiliat?

De eodem ſanctiſſimo Pontifice quædam indigna Chriſtianis auribus irrepſit ſine vlla maiorum auctoritate iactata fabella; quæ à recentioribus tamē nōnullis abſq; delectu cuncta cōfarcinantibus, & ſiuè ſint vera vel falſa minimè diſquirentibus, vel ſaltem leuiter dubitantibus, ſcriptis aſſeritur: nempè beatum Pontificem, cū formoſa mulier eius manum eſſet exoſculata, paſſum quid oblectationis humanę; ob eam cauſam in ſeipſum vltorem, ad excidendam dexterā ferro armaſſe ſiniſtram: ſed oranti ipſi ad Dei Genitricis imaginem, ab eadem ſectam manum fuiſſe reſtitutam. At nugæ ſunt iſtæ, & garrularū fabulæ vetularum. Quod enim S. Ioanni Damaſceno contigit, cum ab Iconoclaſta Leone mutilatus eſt dextera, & ſanatus à virgine: inuerſa hiſtoriæ veritate, Leo Papa præciſus manu iactatur, & à Deipara eadem reſtitutus aſſeritur. Sed faceſſant commenta iſtæc; quorum imago in vrbe picta, iuſſu Clementis Papæ Octaui, conſultis viris doctis, abradi iuſſa eſt; quod nulla penitùs reperta ſit veritate ſubnixa, vel ſaltem veri ſimilitudine colorata: ſed leuiſſimè in vulgus ſparſa, inſtarque ſomniorum effuſa, vt ſolent nugæ reliquæ ab otioſis effingi.

(Exploditus de Leone fabella.)

Ceterùm vir diuinus his præſertim armis o-
mnium valētiſſimis, & quibus potiſſimùm Leo-
ninas recolligebat vires, continenter vſus eſt: Vi-
gilijs nempè, ieiunijs, lachrymis, cōſtanti in De-
fiducia, nec nō & ardenti in precando inſtanti-
Sic vrbem defendit; Italiam ſeruauit; Imperium
Rom: erexit; dum placato Attila tam ſæuum Bar-
barorum iugum à ſuorum ceruicibus excuſſ
Nec enim diu pòſt rebus humanis tyrannus e-
ceſſit, & humani generis diutinæ vexationi fi-
aliquando vel mortuus impoſuit. Aſt quale il-
quæſo certamen cum Genſerico Barbarorum o-
mnium immaniſſimo? Is quidem Alanorum &
VVandalorum Imperator præterquàm quòd A-
rianæ factioni patrocinaretur, expulſis paſſim E-
piſcopis, nihil non iuris & bonorum Epiſcop-
lium ſibi vendicabat; ac præſertim Carthagi-
Clericorum miniſteria, templorum cultum, ſ-
cra omnia prophanauit, corrupit, euertit: cùm
vniuerſum captiui populi ordinem ſæuus, tu
præcipuè nobilitati & religioni infeſtus. Hic
Eudoxia in auxilium vocatus, vt eius defun-
coniugis Valentiniani Cæſaris, dolo Maximi c-
trúcati, mortem vlciſceretur, vacuam præſid-
vrbem hoſtili manu inuaſit. Prodijt autem Le-
Pontifex intrepidus obuiam venienti; non al-
quidem armatus præſidijs, quàm quæ talem d-
cent Antiſtitem: Lingua quippè eloquentiſſim-
humillimis precibus, vitæque ſanctimonia. Qu-
bus inflexibilem tyrannum eò tandem addu-
vt quandoquidem vrbem ſuis deripiendam d-
præciſè ſtatuerat, parceret tamen templis, æd-
cijſque publicis & priuatis; vrbemque nobili-
mam ciuibuſque magna ex parte vacuam ab c-
cidio ſeruaret: ſicque præda ſpolijſque opi-
co

Quibus armis vſus ſit vir ſanctus.

Genſericus VVandalorum Rex Romam inuadit.

Placat eum S. Leo, pro maiori parte.

contentum cæde ſupplicijſque auocauit.

Quo maiori deindè cura Leo magnanimus tum ad reparandam vrbem, tum ad conſolandos afflictos conuerſus eſt. Sacrorum vaſa vel à Barbaris comminuta vel ablata reformauit; Baſilicā ſancto Cornelio Epiſcopo & martyri iuxta cœmeterium Calliſti via Appia erexit; Apoſtolorū ſepulchris clericos cubiculares addidit: ac præter alia religioni cōſecrata loca, & deputata officia, monaſterium propè S. Petrum extruxit. Fecit ordinationes quatuor per menſem Decemb. in vrbe; Presbyteros 81. Diacones 31. Epiſcopos per diuerſa loca 185. Doctiſſimos conſcripſit ſermones in præcipuis anni feſtiuitatibus, ac de ferijs quibuſdam alijs negotijs, habitos ad populū; Multas quoque egregias fidei Epiſtolas ad diuerſos miſit; præter alias: Ad Marcianum Auguſtum Epiſtolas duodecim; Ad Leonem Auguſtum, tredecim; Ad Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, nouem: Ad Epiſcopos per Orientem Epiſtolas octodecim, per quas fidē Synodi Chalcedonenſis confirmauit. Sicque demum poſt innumeras pro Orthodoxa fide exhauſtas curas, immenſoſque ad decrepitam vſque ætatem pro Dei Eccleſia exantlatos labores; incredibili vniuerſæ vrbis luctu, ineffabilique totius Orbis Chriſtiani detrimēto, humanis rebus excedens, ab Angelis ad cæleſtes choros ſublatus eſt Pontifex beatiſſimus: cuius ſacrū corpus multo cohoneſtantium lachrymarum imbre ſepultum eſt apud B. Petrum Apoſtolum admodum honorificè: Tertiò Idus. Apr.

*Clerici cubiculares nunc vulgo Capellani vocantur.*

*Præclara eius ſcripta.*

*Feliciſſimꝰ eius obitus.*

C. Baro in 20. Mar. Ro.

*VITA S. ISAAC MONACHI ET CO[N]-*
*feſſoris, ex ea quæ eſt per Gregorium Papam li[b.]*
*3. Dialog. cap. 14. Illuſtris eius memoria vig[et]*
*adhuc Spoleti, vbi claruit ſanctitate.*

11. Aprilis.

PRioribus Gotthorum temporibus, fuit i[u]-
xta Spoletanam vrbem, vir vitæ venera[bi]-
lis Iſaac nomine, quem inter alios optim[è]
Gregoria fugit nuptias, & fit ſanctimonialis.
nouit ſacra virgo Gregoria, quæ dum adoleſce[n]-
tiæ ſuę tempore cõſtitutis iam nuptijs, in Eccl[e]-
ſiam confugiſſet, fuit ab eodem viro ſancto co[n]-
tra vim defenſa, & ad eum quem deſiderabat h[a]-
bitum, Domino protegente, perducta.

Hic itaque Iſaac, cùm primùm de Syriæ par[ti]-
bus ad Spoletanam vrbem veniſſet ingreſſus e[c]-
cleſiam, petijt à cuſtodibus, vt ſibi liberam qu[an]-
uis tempore orandi in Eccleſia facultatem co[n]-
cederent. Qua impetrata, mox in oratione pr[o]-
S. Iſaac prolixæ preces.
ſtratus, tres admodũ dies cum duabus noctibu[s]
in precibus mira conſtantia perſeuerauit. Cu[m]-
que hoc è cuſtodibus vnus ſuperbiæ ſpiritu inf[la]-
tus cerneret, cœpit virum ſanctum inepta ve[r]-
borum petulantia ſimulatorẽ appellare, & ve[r]-
S. Iſaac eijcitur ex tẽplo.
bo ruſtico impoſtorem clamare, verbiſque inſ[u]-
per verbera iungẽs, per ſummã iniuriam è tem-
plo inflicta alapa eiecit. Sed hunc repentè vlt[or]
Obſidetur à maligno qui eum eiecerat.
ſpiritus inuaſit, & ad viri Dei veſtigia ſtrauit, [&]
per os illius clamare cœpit, Iſaac me eiecit, Iſ[a]-
ac me eiecit. Vir quippè peregrinus de nomi[ne]
incognitus, per immundum ſpiritum, qui ſe a[b]
illo eijci poſſe clamauit, omnibus innotuit. Mo[x]
Liberatur per Iſaac.
autem ſuper vexati corpus vir Dei incubuit, &
malignus ſpiritus qui eum inuaſerat abſceſſi[t].
Quo miraculo protinùs per vrbem diuulgat[o]
ingens vtriuſque ſexûs multitudo accurrere co[e]-
pi[t]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pit, certatimque eum ſuis in domibus rapere conabatur. Alij ad conſtruendum monaſteriũ prædia, alij pecunias, alij ſubſidia quæque poterant offerre viro Dei ſuppliciter volebant. Sed ſeruus Dei oblata admittere præciſè recuſauit, vrbemque egreſſus, in deſerto vile potius domicilium elegit. Cuius exemplo prouocati non pauci, ardenti æternæ vitæ deſiderio accenſi, relictis omnibus ſe eius in diſciplinam tradiderunt. Cumque diſcipulorum numerus excreuiſſet, illi crebrò monere non deſtiterunt, vt oblatas in vſum monaſterij poſſeſſiones acciperet: ille verò contrà, ſollicitus paupertatis ſuæ cuſtos, in ſententia perſeuerabat: Monachum qui in terra poſſeſſiones quęrit, monachũ non eſſe. Et ſanè ſic metuebat paupertatis ſuæ ſecuritatem perdere, ſicut auari diuites ſolent perituras diuitias cuſtodire.

Vide priſcorum hominum feruorem, ad extruẽda monaſteria.

Summũ ſtudium paupertatis in Iſaac.

Ibi itaque prophetiæ ſpiritu magniſque miraculis, cunctis longè lateque habitantibus vita eius inclaruit. Nam die quadam ad veſperum futurorum præſcius, præcepit diſcipulis, vt in horto monaſterij ferramenta certo numero iacerẽt, quas nos vſitato nomine Vangas vocamus. Nocte verò eadem, cùm ad diuinas cum fratribus laudes euigilaſſet: ite, inquit, & operarijs noſtris pulmentum coquite, vt primo manè paratum ſit. Facto autem mane, hortum cum fratribus ingreſſus, tot in eo laborantes operarios inuenit, quot vangas iactari præceperat. Ingreſſi quippè fures fuerãt, ſed mutata per ſpiritũ mẽte, apprehenſis, quas inuenerãt, vangis, cuncta horti illius ſpatia, quæ inculta fuerant, coluerunt. Ad quos vir Domini ingreſſus, ait: Gaudete fratres, multũ laboraſtis, iam quieſcite, & ſtatim alimentis, quę

Fures deprẽhẽſos vt ti ctaueris.

detulerat, eos poſt tanti laboris fatigationẽ refecit, refectiſque ait: Nolite malum facere quoties de horto aliquid vultis, ad horti aditum venite, tranquillè petite, cum benedictione percipite, & à furti prauitate ceſſate. Quos deinde collectis oleribus à ſe onuſtos dimiſit. Actumque eſt, vt qui ad hortum nocituri venerant, cum laboris ſui præmio & repleti ab eo & innocui redirent.

Alio quoque tempore, peregrini quidam pannis obſiti ac ſeminudi ad eum acceſſerunt, humiliter aliquod nuditatis ſuæ tegumentum poſtulantes. At vir Dei qui fraudem intelligebat, vocatum ad ſe è diſcipulis vnum in ſyluam ad cauam quandam arborem miſit, vt recondita ibidem veſtimenta ad ſe deferret. Quæ abiens ille vt miſſus fuerat inuenit, & latenter magiſtro detulit. Quæ vir Dei ſuſcipiens, peregrinis nudis atque petentibus oſtendit & præbuit. At illi hæc intuentes magno pudore cõſternati ſunt: & qui fraudulenter veſtimenta quærebant aliena, confuſi receperunt ſua.

*Facinus improbum, per ſpiritum intelligit.*

Alio item tempore, quidam ſe eius orationibus commendans ſportas duas alimentis plenas per puerum ei tranſmiſit, quarum vnam fraudulentus puer ſurripuit, & in itinere abſcondit: alteram verò ab hominem Dei detulit, & petitionem illius, qui ſe ei per xenium commendauerat, enarrauit. Quam vir Domini benignè ſuſcipiens, eundem puerum admonuit, vt relictam in itinere ſportam non incautus tangere præſumeret: quia in eam ſerpens ingreſſus eſſet. Quibus verbis puer valdè confuſus, exultauit quidem quod mortem euaſiſſet, ſed triſtis propter verecũdiam abſceſſit: reuerſuſque ad ſportam, ſerpente eam quemadmodùm vir ſanctus prædixerat

*Item aliud*

dixerat

dixerat, occupatam inuenit.

Sed hic Sanctus, cum tot tantisque virtutibus, contemptu rerum tranſeuntium, prophetiæ ſpiritu, orationis intentione, incomparabiliter eſſet prædítus; vnum tamen erat quod repræhenſione aliqua dignũ putabatur: quia nonnunquàm tanta ei lætitia inerat, vt illis tot virtutibus, niſi ſciretur eſſe plenus, nullo modo crederetur: Sed magna eſt hæc omnipotentis Dei diſpenſatio: & plerumque contingit, vt quibus maiora bona præſtat, quædam minora non tribuat: vt ſemper eorum animus habeat, vndè ſe ipſe repræhendat: quatenùs dum appetunt perfecti eſſe nec poſsũt: & laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando præualent, in his, quæ accepta habent, ſe minimè extollant: ſed diſcant, quia ex ſeipſis maiora bona non habent, qui in ſemetipſis vincere parua vitia atque extrema non poſſunt. Fit itaque, vt miro modo vna eadémque mẽs, & virtute polleat & ex infirmitate laſſeſcat quatenùs & ex parte conſtructa ſit, & ex parte conſpiciat ſe eſſe deſtructam: vt per bonũ quod quærit & habere non valet, illud ſeruet humiliter, quod habet. Sic ergò & in vnaquaque anima agitur, vt in humilitatis cuſtodiam, aliquando ad lucra maxima ex minimo damno ſeruetur.

Cur in ſanctis viris interdùm parua quædam vitia inhæreant.

*VITA S. GVTHLACI ANACHORETÆ & Confeſſoris. ex ea quæ eſt apud Surium. Hanc vitam ſcripsêre viri ſancti Gulielmus Rameſeÿ, Anglus, Benedictinus, item Felix Crolandienſis, Benedictinus, Floruit hic Sanctus, circa annum ſalutis, ſeptingenteſimum & ſextum.*

IN

11 Aprilis.
Parentes S. Guthlaci.

IN diebus Ethelredi regis Merciorum, nobilis quidam nomine Penvvaldus, regali progenie ortus, ex vxore ſua Tecta ſanctum progenuit Guthlacum ſeruum Dei eximium, puerum facie admodum decora, gratum adeò & acceptum omnibus, vt etiã ſolo aſpectu, animos hominum ad gratiam & fauorem ſibi conciliaret. Antè verò quam in lucem ederetur, fuit cæleſti prognoſtico deſignatus. Nam cum eius genetrix, cum partûs doloribus conflictaretur, manus rubri nitoris cælitus miſſa, ad oſtium domus ineffabili fulgore coruſcare eſt viſa: vndè ingẽs hominum multitudo ad inauditæ viſionis prodigium accurrens diuinæ diſpenſationis myſterium expectabat. Cumq; ſtupore magno ſecundum varios animorum motus, opinionibus ambiguis fluctuaret, vna obſtetricum de domo egrediens, infantem iam natum eſſe proclamauit: qui maximam apud omnes expectationem ſui concitabat.

Viſio admiranda, dum naſcitur.

Dat ſe militiæ in iuuẽtute.

Intereà cùm annum quartum & vigeſimum attigiſſet, & ſui generis inimicos inualuiſſe conſpiceret, cœpit ad militarem gloriam animo magno aſpirare: decoratusque cingulo militari in hoſtiles populos immaniter ſæuire, vrbes oppugnare, caſtella ſubuertere, & obuia quæque hoſtilia demoliri; ita tamen vt inter armorum crudelitatem, ſuis quoque hoſtibus miſericors eſſet, & tertiam prædæ partem illis refunderet. Tandem diuino inſtinctu, prudenter admodum, triſtes & horrendos regum & magnorum principum euẽtus ad memoriam reuocãs, tota mente ad Chriſti militiam aſpirare cœpit; abiectiſque armis Rependoniam abiens, monaſticis ſe diſciplinis mãcipauit: vbi cum aliquamdiu ſtrenuè Chriſto militaſſet, ad maiorem perfectio-

Monaſteriũ petit poſthabita militia.

na

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis gradum aſpirans, impetrata à fratribus venia ad vaſtam quandam inſulam, ob eremi monſtra & laruales dæmonũ formas inhabitalem, quam Croulande appellant, die S. Apoſtolo Bartholomæo ſacro, cum duobus iuuenibus abijt: vbi ædificato modico tuguriolo, ſolo pane & aqua lutulenta, vitam contra varias dæmonum inſidias, cum præclaro certamine inſtituit.

**Inſulã horridam ingreditur, victurus ſolitarius.**

Et quidem humani generis aduerſarius, qui nullo non tempore perniciem ei moliebatur, die quodam tam vehementi tentationis procella eum concuſſit, vt plane in deſperationis barathrum deuolutus, deſertum reliquiſſet, priſtinaſque vitæ delicias repetijſſet; ni præſentia S. Apoſtoli, quem ſibi patronum elegerat, confirmatus fuiſſet. Is enim cùm Chriſti militem planè proſtratum cerneret, viſibili ſpecie adfuit, eiusque animum, varijs ſcripturæ locis in medium prolatis, ita roborauit, vt reſumptis protinùs viribus ad intermiſſum certamen rediret, ac hoſtem in fugã conuerteret; prorſus vt deinceps deſperationis ſpiritus, nunquam eum aggreſſus fuerit. Nec tamen ea propter, omnem victoriæ ſpem maligni abiecêre, ſed transfigurantes ſe in Angelos lucis callidè inſidias ſtruxêre: vt quod viribus nõ poterant, dolo obtinerent. Perſuadebant vt hebdomadarum inedia carnem ſubiugaret, ſummumque perfectionis gradũ hac via aſcenderet. Proponebant Moyſi & Eliæ ieiunium & aſpera, ſanctorum Patrum, qui in Sceti conuerſati fuerant, certamina, quibus eum inferiorem eſſe turpe dicebant. Et certè hac ratione facile in fraudem & certum exitium vir ſanctus pulſus fuiſſet, niſi inuocato ardentius Chriſti nomine, maturè hoſtium verſutiam intellexiſſet.

**In tentationibus cõfirmatur per S. Apoſtolum Bartholomæum.**

**Fallax dæmonũ conſilium.**

Infeſtatio dæmonum.

Cùm aũt neq; hæc fraus ſuccederet, paucis d indè elapſis diebus, noctis intempeſtæ ſilẽtio, i ruit in eũ, vi magna infinita dæmonũ caterua, r ptumq́; è cellula in paludes cœnoſas demergi ac indè denuò extractũ, per loca aſpera & ine tricabiles vepriũ denſitates aſportant, vrgen verberibus ac tormẽtis, vt inſulã deſerat, ni ho rendũ mortis ſuppliciũ expectare mallet. Sed neq; cruciamentis, neq; minis vir ſanctus mou retur, cacodæmones cũ horrendo ſtridore, ar ptum ad inferorũ fauces perducunt. Tum Gut lacus ſentiens gehẽnæ fœtorẽ, & æſtuantes ign ſulphurei globos, omnia quę paſſus fuerat, com paratione illius anguſtiæ, leuia putabat. Videb enim nõ ſine dolore & gemitu, inter ſulphure igniũ vapores, inter fauillarum voragines, ina ditos hominũ cruciatus, in quos ſe eũ detruſur minabantur. Hæc dum fierent, ſubitò adfuit a mirabili ſplendore coruſcans Bartholomæu qui minaces dæmonum voces comprime mãdauit, vt ſine aliqua corporis moleſtia, ad h bitationis locum eum reducerent.

Videt cruciatus inferorum.

Iterũ ei apparet S. Apoſtolus.

Videntes igitur maligni, quòd virũ Dei nul poſſent tẽtatione ſubuertere, Clericum quend Bertelinum nomine, (qui ſub B. Guthlaci inſti tione diuinis mancipitus obſequijs Deo milit bat) tãto prauę cupiditatis ardore inflãmarũt, magiſtri ſui perimendi cogitationẽ ſuſceperi quò ipſe ſibi res atq; domicilium eius, quaſi h reditario quodam iure per ſummum ſcelus ve dicaret. At pius Chriſti ſeruus ſplendore cęleſt gratiæ mirificè illuſtratus, cùm Bertelini ſcele minimè eum lateret, illi ad ſe accerſito conſil ſceleris & iniquitatis plenum detexuit, nemp quando, vbi, quare ac qualiter facinus illud pe

Videt Bertelini contra ſe machinationes.

petra

petrare decreuiſſet. Ille autem deprehenſum ſe ſentiens, ſtatim viri pedibus cum lachrymis ſe proſtrauit, veniam petijt & obtinuit: qui poſteà B. Guthlaco fidelis admodum fuit, & ad extremũ vitæ ſpiritum cum illo permanens, ſepulturæ eũ tradere meruit.

Alias quoque dæmonum inſidias, in vaſta illa eremo eſt perpeſſus, ſed is lõgo bellandi vſu humilior, feruentior, ſolicitior, cautior, & robuſtior factus, eas omninò nihili faciebat. Nocte quadam cum vigilijs & precibus attentus inſiſteret, rurſus innumerabilis dæmonum multitudo adfuit, quæ aſſumptis brutorum animantium formis, minas & terrores intentabat: ſed vir ſanctus ſolo Crucis ſigno, omnes in effuſam fugam compulit. Porrò hirundines, & cęteræ eremi aues, feræ quoque ſylueſtres, & ſtagni piſces, incredibili manſuetudine ad eum accedebant, ſcapuliſq; eius inſidentes, quodam gratulationis applauſu, ſancti viri humanitatem prædicabant.

Aliæ dęmonum vexationes & præſtigiæ.

Feræ & volucres ad eũ accedunt.

In Orientaliũ Anglorũ finibus, iuuenis quidã ſæuo obſeſſus dęmonio tanto furore agitabatur, vt cũ ſua ipſius mẽbra dentib⁹ vnguibuſq; laniaret, tũ tres hoẽs, qui eum vinculis cõſtringere nitebãtur, interfecerit. Hic cũ ad varia ſanctorũ loca deductus, nullũ mali ſui remediũ inueniret, tandẽ à B. Guthlaco triduo in ieiunio & precib⁹ perſeuerãte, fuit liberatus, ſanuſq; & incolumis parentibus reſtitutus. Claruit quoq; vir ſanctus inſigni ſpiritu prophetiæ, adeo vt abſentiũ dicta factaq;, nõ ſecus ac ſi præſens eſſet, cognoſceret.

Dæmoniacus valdè ſęuus curatur.

Porrò quidam antiſtes Hedda nomine; cùm multa eaque admiranda de eius vitæ ratione ac ſanctitate audiuiſſet, eum ad ſacerdotij gradum promouit, efficitque vt Guthlacus quod

à primo

à primo conuerſionis ſuæ initio nunquam fa
re voluit, inuitus & compulſus cum ipſo in m
ſa diſcumberet. Per id tempus virgo quædam
burga, filia regis Adulphi, virginum Deo ſac
tarum venerabilis Abbatiſſa, plumbeum ei ſ
cophagum cum linteo, haud exigui precij, tra
miſit: orans atque obſecrans, vt eo, in ſepult
ſua, vti dignaretur, ſibique indicaret, quem n
in ea ſolitudine eſſet habiturus ſucceſſorem.
vir ſanctus ægrè tandem admiſo munere reſp
dit: Succeſſorem illum etiamnum ethnicum
ſe, breui tamen baptizatum iri. quod quidem
factum eſt. Quidã enim Ciſſa nomine, poſte
ex hac vita deceſſum, ad Christi nomen adiu
ctus eius meruit locum occupare.

**Prædicit quem ſit habiturus ſucceſſorem.**

Hoc autem ad conſolationem eorum, qui a
dua pro ſua ſalute certamina ſuſcipiunt, & Ch
ſti amore omnibus mundi voluptatibus renu
ciant, ſilentio prætereundum non eſt, quòd
ſanctus in vaſta illa eremo angelica meruit m
nè ſemper & veſperi viſitatione conſolari, p
quam ſuſcepti labores & tentationes non mod
releuabantur, ſed abſentia etiam & arcana cæle
ſtia cognoſcebat.

**Angelus ei quotidiè locutus eſt in eremo degenti.**

Appropinquante verò die obitûs, Bertelinu
ad ſe vocauit, cui poſtquam multa eaque præcla
ra ſalutis dogmata dediſſet, oculis manibuſque
cum inſita pietate ad cælum ſublatis, tertio Idu
Aprilis obdormiuit in Domino, vidit tunc Ber
telinus inſolitam claritatem, igneę turris inſta
à terra in cælum protenſam, quæ ſolis ſplendo
rem ſuperare videbatur. Commiſerat vir ſan
ctus corpuſculi ſepulturam ſorori ſuæ Pegæ, cu
hoc per Bertelinum in mandatis dederat, vt qu
ad funeris curam ſpectarent, decenter perage
re

**Migrat ad Dominum.**

ret. Illa igitur audito fratris ſui obitu, ad inſulã venit, ſentitq; totam habitationem ſuprà omnẽ fragrátiam incomparabili odoris ſuauitate repletam:humatoq; S. Guthlaco in eius oratorio, ad propria remeauit. Sepelitur à ſorore ſua.

Vixit autem Sanctus in illa eremo annis quindecim, cùm anteà ab anno ætatis ſuæ xxiv. annos admodum octo in vanitate ac ferocitate traduxiſſet. Porrò eximia eius ſanctitas, vt in vita multis magniſq; clara miraculis coruſcauit, ita etiam in defuncto corpore illuſtris permanſit. Nam elapſo ab obitu eius anni circulo, cùm ſoror vnà cum religioſis viris, ſacrum corpus magnifico monumento honorare vellet, fuit integrum planè & incorruptum, dormienti quam mortuo ſimilius, inuentum. Corpus eius poſt obitũ, integrum inuentum. Veſtes quoque omnes, quibus fuerat inuolutum, prorſùs inuiolatæ priſtino candore nitebant. Locus autem ipſe innumeris miraculis celebris, fuit Ethelbaldi regis beneficio (cui Guthlacus poſt mortem apparuiſſe fertur) nouæ eccleſiæ fabrica decoratus, & multis ædificijs atque ornamentis (ad conſolationem eorum, qui Guthlaci veſtigijs inſiſtentes, Chriſto eo in loco militare cupiebant) auctus ac illuſtratus.

*MARTYRIVM S. SABAE, GOTHI, quod ſpontaneus ſubijt & præclarè conſummauit, Anno à partu virgineo 372. Damaſi Roma. Pontif. 6. Valentiniani, & Valentis, Impp. 9. Sub Athanarico Gothorum rege. Ex eo quod eſt per Eccleſiam Gothiæ conſcriptum, ac extat apud Metaphraſten.* C. Baron: Tomo 4 Annal: Eccleſ: & not: Mar: Ro:

SAnctus Sabas martyr Chriſti eximius, in Gotthia oriundus, ita in medio generatio- 12. Aprilis.

nis

Genus Sabę.

nis prauæ atque peruerſæ, viros imitatus eſt ſa-
ctos, & cum ipſis omni genere virtutum Ch-
ſtum coluit, vt inſtar clariſſimæ ſtellæ in mun-
fulgeret. Neque enim ſemel ſed ſæpè, ante qu-
pro fide martyrio coronaretur, re ipſa, ſeipſ-
veræ pietatis acerrimum defenſorem oſtend-
Cùm enim Gotthiæ principes & magiſtra-
Chriſtianæ fidei cultores ad nefaria ſacra, q-
dijs eorum immolata erant, edenda cogerent;
Gentiles quidam conſilium inijſſent, vt pro i-
molatis, quæ immolata non erant, Chriſtia-
ſuis propinquis proponerent; quo ab immin-
mortis periculo eos eriperent; Sabas non ſolù-
ipſe vetitos cibos comedere recuſauit, ſed in m-
dium proſiliens, voce libera & conſtanti pro-
ſtatus eſt omnibus, qui ex carnibus illis come-
rent, veros ſynceroſque Chriſtianos nõ eſſe. E-
de cauſa, qui fraudem moliebantur, eum ex il-
vico repulerunt: ſed poſteà tamen, ceſſante no-
nihil perſecutione, reuocârunt.

Sinceritas S. viri.

Cęterum cùm rurſus noua perſecutionis pr-
cella intonaret, & quidam ex eiuſdem vici ge-
tilibus victimas dæmonibus offerentes, iure-
rando affirmare vellent, neminem in vico ſu-
Chriſtiana fide imbutum eſſe; Sabas magna cu-
fiducia iterum in conſeſſum illorum prodie-
Nemo, inquit, pro me iuret, ego enim Chriſti-
nus ſum. Deniq; inſtante perſecutione præfa-
Gentiles, celatis propinquis ſuis, vnicum ſe-
tum Chriſtianũ in vico habere affirmârunt. H-
erat beatus Sabas de cuius dignitate & diuit-
quibus ſiccis faucibus inhiabat, Præfectus, cu-
multa ſtudioſè admodùm percunctatus eſſet, e-
que propter Chriſti amorem omnibus nuda-
tum bonis ſpontè ſua intellexiſſet, contemp-
eu-

Eximia S. viri conſtãtia.

Contemnitur à iudice propter paupertatẽ.

eum vir iniquus:atque hoc modo eiectum liberum abire permiſit.

Poſt autem cùm perſecutionis furor quotidiè magis magiſque inualeſceret, Sabas ad Sãſalam inſigni pietate ac religione presbyterum ſe contulit, vt cum eo diem illum, qui ingenti Christianorum lætitia, in memoriam Chriſti à mortuis ſuſcitati colitur, celebraret. Ceterum tertia poſt celebrationem noctе, eccè ex impiorum decreto Atharidus Rhoteſti reguli filius, cum magna latronum manu in pagum irruit, & ſacerdotem è lectulo vinctum abducit: Sabam verò planè nudum per denſos ſpinarum aculeos raptat, & fuſtibus ac flagellis crudeliter mactat. Sed hæc hoſtium crudelitas non modò viri iuſti conſtantiam non fregit, ſed fidem potiùs ac patientiam mirificè exercuit.

Sanctus dies Paſchæ.

Atharidus Rhoteſti reguli filius Sabam crudeliter tractat.

Mane enim facto, Chriſti martyr in pœnis exultans, fuit ab omni ſupplicij atrocitate illæſus inuentus: adeò vt ſuis ipſe tortoribus inſultaret, & ineffabilem Chriſti ſui bonitatem ac potentiam prædicaret. Tùm verò carnifices, cùm nullũ omninò crudelitatis ſuæ veſtigium in carne eius extare cernerent, ſublatum axem vi magna humeris eius impoſuerunt, ac manus pedeſque extremis axis partibus alligarunt, multiſque iniurijs oneratum, non priùs nouis nouiſque ſupplicijs fatigare deſtiterunt, quàm nimia laſſitudine oppreſſi, in ſomnum laberentur. Illis autem alto ſopore depreſſis, mulier quædam ad miniſteria domûs ſuæ euigilans eum ſoluit: ille verò ſolutus, nequaquàm fuga ſalutem quæſiuit, ſed eodem in loco intrepidus permanens, adiutrices manus piæ mulieri in opere ſuo tulit: & lætus ac gaudens, nouas pro Chriſti nomine cõtumelias ac ſupplicia expectabat.

Immaniter torquetur.

Eius cõſtantia eximia.

Primo

Primo igitur diluculo crudelis Atharidus
cognita, vinctum manibus ad præcelſam dom
trabem ſuſpendi iuſſit, ciboſque idolis immo
tos obtulit: quos vir ſanctus reſpuens, Quis,
quit, hæc nobis mittere præſumit? Impur
profani ſunt iſti perditionis cibi, quemadmo
& ipſe Atharidus à quo miſſi ſunt. Hæc al
illo loquente, vnus è ſeruis Atharidi ira infla
matus, vas quoddam in ſancti viri pectus ta
cum impetu coniecit, vt omnes crederent ſta
eum interiturũ. Verum ille pietatis ſtudio
neris dolorem ſuperans, nullum omninò vel
mitûs vel doloris ſignum edidit.

Doloré præ ardore pietatis nõ ſenſit.

Quibus cognitis, Atharidus iuſſit eum a
ſuffocatum, dimiſſo Sanſala presbytero, int
ci. Tum verò iniquitatis miniſtri Saban ad flu
qui Muſæus dicitur, pertraxerunt. Ipſe verò
credibili gaudio exultans Deum collauda
atque ad martyrij palmam feſtinabat. Mini
autem cùm ad fluminis ripam ventum eſſet
ſpecta ſanctiſſimi viri innocentia, liberum e
dimittere voluerunt, ſed ille, ne diutius præ
ra certaminis ſui corona fraudaretur, ipſos h
tari & vrgere cœpit, vt imperata perficere
Eccè enim, dicebat, video qui me expectant
præparatam à Deo iuſtitiæ coronam capiti
ponant. Hæc dicentem & Deum laudantem
flumen proiecerunt, aquiſque ſuffocarunt. A
ptus eſt vir ſanctus præclaram hâc martyrij
mam, ætatis ſuæ trigeſimo octauo, pridiè
Aprilis, Valẽtiniano & Valente Imperatorib
Conſulatum gerentibus Modeſto & Arintheo

Suffocatur aquis S. Martyr.

Poſt hęc ſacrum corpus, ab homicidis ex a
extractum, feris & volucribus cæli obiect
fuit, ſed illæ ſceleratorum hominum im
da

damnantes, tacita quadam reuerentia illud proſecutæ ſunt; donec clariſs. Ioſſeranus Dux fide & iuſtitia plenus, miſsis viris fide dignis, è loco barbaro ſacratiſſimas reliquias in Romaniá tranſtulit. atq; indè glorioſum fidei fructũ precioſſimũ patriæ ſuæ munus, in Cappadociam tranſmiſit.

*MARTYRIVM SS. IVSTINI INSIGnis Philoſophi, ac ſociorum, quo coronati ſunt Romæ, Anno ab Incar Domini 165. Pij Pontificis Roma: 8. Marci Aurelij & Lucij Veri Impp. 3. Sub Ruſtico Præſide. Ex eo quod eſt apud Ioachimum Perionium Benedictinum, & Metaphraſten. Vnus verò idemq; eſt hic Iuſtinus, de quo Græci in Menolog. Kalendis Iunij, & Surius hoc, & Iunij 11. agit die, ambiguam de eo ferens ſententiam.*

C. Baro. to. 2 Annal. : ccl. & not. Mars Rom:

IVſtinus in vrbe Paleſtinæ, cui nomen Neapolis Flauia, Priſco Bacchio patre natus, vir fuit maximarum artium diſciplinis inſtructus, & in dicendi artificio admirabilis. Poſtquam enim humanarũ artium ſtudia ſuperaſſet, voluit philoſophorum omnium inter ſe diſciplinas conferre, vt eam quæ veritati maximè conſentanea eſſet, eligeret: eique ſe totum addiceret. Primò igitur cùm Stoico cuidam ſe erudiendum tradiſſet, eumque ne extremis quidem labijs, vt dici ſolet, Dei ſcientiam guſtaſſe cerneret, eo protinus relicto, ad Peripateticum quendam hominem, acuto, ſanè ingenio contulit. Sed is cùm omnem ſcientiam, turpi nimis lucro & cupiditate pecuniæ metiretur, eum ſimiliter auerſatus, ne Philoſophi quidem nomine dignum reputauit.

13. Aprilis.

Eius patria & parens.

Studet philoſophiæ Stoicæ.

Peripateticæ.

*Pythagoricæ.*

Stoicorum atque Peripateticorum his de cau-
ſis repudiatis contemptiſq; diſciplinis, acceſſ
ad Pythagorium quendã clariſſimũ homine
magna ſapientiæ cognitione præditum: habit
que cum illo ſermone, Pythagoreus ex illo qu
rere cœpit, num Muſicæ, Aſtrologiæque, & Ge
metriæ operam dediſſet. Cumq; Iuſtinus ſe
diſciplinas ignorare profeſſus eſſet, eum Pyth
goricus ille dimiſit, cùm illas & laudaret mu
tis, & neceſſarias eſſe diceret. Quod Iuſtinus
cerbè admodum, vt par erat, ferens, animo in v
rias cogitationes diſtractus, tandem viſum eſſ

*Platonicæ.*

Platonicos adire: quod & illi tum in magno er
nomine & gloria, & paulò ante aſſiduè habu
ſet cum homine Platonicorum decretorum d
ctiſſimo familiaritatem, ex cuius vſu ac conſu
tudine, haud contemnendos fructus ſe percep
ſe recordabatur. Is autem vehementer illum r
rum corporis expertium intelligentia excitab

*Scopus diſciplinæ Platonicæ.*

formarumq;, quas illi ideas vocant, cognitio
nimum illi erigebat, ſic vt ad breue tempus
ſapientem fore ſe, & Deum ſtatim viſurum e
per ſtultã perſuaſionem ſperaret. Hic enim Pl
tonicæ philoſophiæ propoſitus eſt finis. Cùm
animo conſtitutus, tandẽ aliquandò magna tra
quillitate ac ocio abundare ſtatuiſſet, homin
que viam declinare, ſe in locum mari vicinu

*Segregat ſe ab hominibus.*

ac propinquum recepit. Ibi hominem quenda
nec opinatò offendit, qui illum diſputando e
tandem adduxit, vt contemptis philoſophis om
nibus, prophetarum libros legere vellet. Long
illa eorum fuit de animorum immortalitate
bonorũ præmijs malorumq; ſupplicijs diſpu
tio, in qua minutis interrogationibus ſiue ratio

*Philoſophi antiqui, à vero alieni.*

nibus ac ſimilitudinib⁹ à Iuſtino obtinuit, vt ve
rum

rum nunquam à Philoſophis viſũ eſſe fateretur.

Itaque cùm Iuſtinus, viro illi ex prophetarum oraculis luculenta oratione diſſerenti aſſentiretur, cœpit multò diligentius viam omnem modumque inquirere, quo ſtatim ſine vllo errore ad ſummi illius boni notitiã perueniret. Tum vir ille hortari eum, ad preces votaque Deo omnipotenti ſine intermiſſione nuncupanda. vtpote ſine cuius lumine ac munere ſingulari, nemo ad veram ſapientiam aditum inuenire poſſit. Quæ cùm dixiſſet, aliaque præterea multa Iuſtino inculcaſſet, abijt nec ab eo poſteà viſus eſt.

Vera ſapientia, ſine diuino munere, obtineri nõ poteſt.

Tũ verò illo eius ſermone, Iuſtinus repentè in animo ſuo ignẽ excitari ſenſit tantũ, eum vt iam tum prophetarũ virorumq; illorum, quos Chriſtus charos haberet, deſiderium teneret, ſecumque ſtatueret, hanc vnam philoſophiam tutam & vtilem toto conatu amplecti. Nec multò poſt, ſalutari vitalique aqua expiatus, Chriſto nomen dedit, acerrimumque deindè pro Chriſtianæ religionis defenſione certamen ſuſcepit, vt ab ea defendenda, nec minis, nec ſupplicijs vllis, nec ipſa denique morte, deterreri, abducique potuerit. Hoc declarãt eius libri quorũ in alijs Iudęos atque gentes, id eſt, diſciplinæ noſtræ hoſtes, ſententijs refellit atque coarguit: in alijs, Chriſtianos eorumque religionem apud Antonium Pium Imperatorem, eiusque liberos, Verum atque Lucium, & Senatum Romanum, defendit magna dicendi & libertate & copia. Nec verò in hoc tam reprehendendi defendẽdive ſtudiũ ſequebatur, quàm illos, ab ingrata Deo vita & diſciplina ad gratam deducendi voluntatem: quorum ſuperius illud ità perfecit, vt non alius pleniùs & aptiùs perfeciſſe videatur: poſteriùs autem,

Iuſtinus delectatur lectione prophetarum.

Baptizatur.

Certamen eius pro fide.

Apologias ſcripſit ad Antonium Imperatorem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num ſuos exitus in multis aut nonnullis habue-
rit, id eſt, num aliquos ad Chriſti religionem de-
duxerit, incertum. Hoc quidem vnum certè
ipſius ſcriptis conſtat, Tryphonem Iudæum, po-
eum ſermonem, quem cùm illo aduerſus Iudæ-
os habuit, maxima ex illo percepta voluptate
ità animo cõſtitutum diſceſſiſſe, vt ſe ac ſodales
ſi ſæpiùs vnà diſputare liceret, maiorem vtilita-
tem fructumque percepturos fateretur. Hoc e-
am veriſimile eſt. Antonium Pium, eiuſdem ora-
tionibus quas pro noſtris dixit & ſcripſit, addu-
ctum, ſcripſiſſe ad Aſianos epiſtolam pro Chri-
ſtianis qua petebat, ne Chriſtiani propter religi-
onis fideique profeſſionem pœnas luerent: ſed
tantum, vt cæteri, propter maleficij ſi quod com-
miſiſſent crimen punirentur.

*Trypho Iudæus magnã ex Iuſtini diſputatione voluptatem percipit.*

Scripſit autẽ vir ſanctus libros multos inſig-
eruditione refertos: vſusque eſt dicendi gene-
vehemẽti, quod ad Philoſophorum quàm orato-
torum ſtylum propiùs accedit. Cùm autem i
omne genus hominum qui à noſtra & vita & di-
ciplina abhorrent, acerbum ſe præſtaret, tum i
Philoſophos maximè, quòd illi ſuo exemplo a
ac doctrina alios in contraria confirmarent, &
noſtris etiam, quantum in ipſis eſſet, à fidei ſyn-
ceritate abducerent. In ijs Creſcentem quendam
& vita & diſciplina Cynicum delegiſſe videtur,
in quem acerbitatis ſuæ aculeos maximè emitte-
ret. Nam & ſæpè cum eo de rebus decretiſque
religionis noſtræ diſputauit, & imperitiæ eum
apud Antoninum Pium publicè arguere non du-
bitauit. Quod cum veterem Creſcentis inuidiam
qua Iuſtini æmulus flagrabat, vehementer auge-
ret; tum ex eo die, nunquam eius animus ant
conquieſcere potuit, quam eius ſãguine & mor-
te ira ſatiaretur.

*Multa ſcripſit Iuſtinus*

*Iuſtinus ſæpè cum Creſcente, quodam diſputauit.*

Vnde

Vnde vel ab ipſo Creſcente, vel ab aliquo alio nefariæ ſuperſtitionis propugnatore comprehenſus tandem Iuſtinus, ad Romanæ vrbis Præſidem Ruſticum, cum alijs inſigni pietate viris & fœminis adductus eſt. Quibus ante tribunal conſtitutis, Præſes Iuſtino dixit: Age eſto dijs ipſis obediens & imperatorijs edictis. Cui Iuſtinus. Nemo, inquit, vnquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti præceptis obedierit. Tùm Ruſticus Præfectus: In cuiuſnam eruditionis ac diſciplinarum genere verſaris? Cui Iuſtinus: Omniũ diſciplinarum genus diſcere conatus ſum, omnemque eruditionem expertus, poſtremò veræ Chriſtianorũ diſciplinæ adhæſi, quamuis illa non placeat his qui falſæ opinionis errore ducuntur. Tum Ruſticus dixit: Illanè, miſerrime, eruditione delectaris? Maximè, inquit Iuſtinus, quoniam recto cum dogmate Chriſtianos ipſos ſequor. At Præfectus: Qaulenam eſt iſtud dogma? reſpondit Iuſtinus: Rectum dogma, quod Chriſtiani homines cum pietate ſeruamus, hoc eſt, vt vnum Deum exiſtimemus factorem atque creatorem omnium, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Dei filium confiteamur; olim à Prophetis prænunciatum, qui & humani generis iudex venturus eſt, ſalutis præco & magiſter, ijs qui ab illo benè didicerint. Ego quidem, vt homo imbecillis ſum, & longè minor quam vt de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere poſſim: Prophetarũ munus hoc eſſe fateor. Illi enim huius ipſius, quem Dei filiũ eſſe dixi, in orbem terrarũ aduentum, multis anteà ſeculis diuinitùs prædixerunt.

Iuſtinus cõprehẽſus ad Ruſticũ præſide ductus.

Quæſiuit Præfectus, quem in locum Chriſtiani conuenirent. Cui reſpõdit Iuſtinus eò vnum-

quemque conuenire quò vellet ac poſſet. An, inquit exiſtimas omnes nos in eundem locum cõuenire ſolitos? Minimè res ità ſe habet, quoniam Chriſtianorum Deus loco non circumſcribitur: ſed cùm inuiſibilis ſit; cælum & terram implet, atque vbiq; à fidelibus adoratur & collaudatur. Tunc Præfectus: Agè, inquit, dicas quem in loco conueniatis, & diſcipulos tuos congreges. Reſpondit Iuſtinus: Ego propè domum Martij cu iuſdam ad balneum, cognomento Timothinum, hactenus manſi. Veni autem in vrbem Romam ſecundò, neq; alium quenquã locum, niſi quem dixi cognoſco. Ac ſi quis ad me venire voluit, libens cum illo veritatis doctrinam communicaui: Ergo, inquit Ruſticus, Chriſtianus es tu? At Iuſtinus: Maximè, Chriſtianus ego ſum.

Tunc Præfectus eo relicto, ad Charitonem conuerſus: An, inquit, & tu Chriſtianus es? cui Chariton: Chriſtianus ego ſum, Deo ipſo adiuuante. Quæſiuit Ruſticus à Charitina muliere nũ & ipſa Chriſti fidem ſequeretur. Cui reſpondit illa, ſe quoque, Deo dante, Chriſtianam eſſe. Tunc Ruſticus ad Euelpiſtum: Tu verò quiſnam es? Qui reſpondit: Seruus quidem Cæſaris, ſed à Chriſto libertate donatus, & illi⁹ beneficio atq; gratia eiuſdẽ ſpei, cuius & iſti ſunt quos vides, particeps factus. Poſt hæc Præfectus quæſiuit à Hierace, num & ipſe Chriſtianus eſſet, cui Hierax: certè Chriſtianus & ego ſum: eundem enim DEVM colo atque adoro. An, inquit Præfectus, Chriſtianos vos fecit Iuſtinus? Ego inquit Hierax, & fui & ero Chriſtianus. Sta- autem & Pæon dixit: Ego quoque ſum Chriſtianus. Et quiſnam, inquit Præfectus te docuit? Reſpondit ille: A parentibus bonam hanc confeſ- ſionem

Chariton martyr.

Charitina.

Euelpiſtus.

Hierax.

Pæon.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſionem ego accepi. Poſt hunc Euelpiſtus dixit: Et ego Iuſtini quidem ſermones magna cum voluptate audiebam, ſed à parentibus tamen & ipſe Chriſtianus eſſe didici. Tùm Præfectus: Et vbinam parentes tui ſunt? In Cappadocia, inquit Euelpiſtus. Quęſiuit Pręfectus & ab Hierace vbinam gentium eſſent eius parentes. Cui reſpondit Hierax: Verus Pater noſter Chriſtus eſt, & mater fides, qua in ipſum credimus: terreni verò parentes mei mortui ſunt. Cæterùm ego ab Iconio Phryciæ abſtractus huc veni. Quęſiuit Præfectus à Liberiano, quidnam & ipſe diceret: num Chriſtianus eſſet, atque in deos impius? Cui Liberianus: Et ego, inquit, Chriſtianus ſum: colo enim & adoro ſolum verum Deum.

Liberianus.

Tunc Præfectus rurſus ad Iuſtinum conuerſus: Audi, inquit, tu qui eloquentiæ laude excellis, & veram te diſciplinam tenere arbitraris: Si à capite ad calcem per totum corpus flagellis cæſus fueris, nunquid illius ſupplicij præmium in cælo te percepturum exiſtimas? Cui Iuſtinus: Spero, imò nihil de Chriſti bonitate dubito, quin percepturus ſum, quod ei omnes qui cum fide & pietate Deo diſeruiunt, eiuſque gratiam ad extremum vitæ ſpiritum illibatam conſeruant. Tum Ruſticus: Veniamus, inquit, ad id quod propoſitum eſt, & nos vrget. Conuenite ſimul, & vno, eodemque animo dijs ſacrificate. Ad hæc Iuſtinus: Nemo, inquit, qui rectè ſentiat, pietatem deſerit, vt in errorem atque impietatem labatur. Ruſticus ad hæc dixit: Niſi iuſſis noſtris ſine mora parere volueritis, diris ſine vlla miſericordia ſupplicijs afficiemini. Iuſtinus autem: Maximè nos in votis habemus, propter Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM

Præſes iterũ conuertitur ad oppugnãdum Iuſtinum.

Iuſtinus præclarè reſpõdet Ruſtico

cruciatus perpeti ac ſaluari: hoc enim nobis lucem & fiduciam conciliabit, ante eiuſdem Domini & Saluatoris noſtri terribile illud tribunal, cui totus mundus diuino iuſſu aſſiſtet. Id & reliqui omnes martyres dixerunt, hoc addentes: Fac citò quod vis: nos enim Chriſtiani ſumus: & idolis non ſacrificamus.

Sententia mortis in martyres.

Hæc audiens Præfectus, ſententiam protulit: Vt flagellis cæſi, ad capitalem, ſecundum leges, pœnam abducerentur. Itaque ſancti Martyres Deum collaudantes ad conſuetum producti locum, poſt verbera ſecuri percuſſi ſunt: & in Saluatoris confeſſione martyrium conſummârunt. Poſt hæc, quidam fideles clam eorum corpora ſuſtulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt, cooperante gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Feriuntur ſecuri.

C. Baro to. 2 Annal. Ecc. & in not Mart. Rom.

## *INSIGNE MARTYRIVM SS. CARpi, Thyathirenſis Epiſcopi, Papyli Diaconi, ac ſociorum, quo nobilitati ſunt, Pergami in Aſia, Sub (iuxta Metaphraſten) Decio imperat: qui regnauit Anno Redemptoris 253, & ſequenti. C. Baro. verò eos, Anno eiuſdem Saluatoris 154. ſub Antonio Pio, Imperij eius An: 15. vel in perſecutione Marci Antonini veri, & Lucij Aurelij Commodi coronatos cenſet. Dubium verò oritur, ex libro quodam Smyrnenſis Eccleſiæ, quē citat Euſebius lib. 4. cap. 14. in quo complures, diuerſis temporibus paſſi, Martyres conſcripti ſunt.*

13. Aprilis.

Patria Carpi & Papyli.

BEati & glorioſi Chriſti martyres Carpus & Papylus, pijs admodum in ciuitate Pergamena orti parētibus, à primis annis puritati vitæ deditti, poſt multos in ſtudio pietatis for-

fortiter exantlatos labores, ad tantam tamque inſignem perfectionem peruenerunt, vt angelis quam ſimillimi in carne adhuc degentes, omne carnale commercium reſpuiſſe viderētur. Hinc omnium iudicio digni populi præfectura habiti, ad pietatis myſteria alijs annuncianda electi ſunt: Carpus quidem ad Pontificatum, Papylus verò ad gradum diaconatus, quibus in muneribus tanto cum virtutum omnium ſplēdore verſati ſunt, vt haud exiguam infidelium turbam ad credentium numerum adiungerēt, ampliſſimoſque vbique pietatis fructus ederent. Hæc autem cùm non ſine magno animorum motu fieri poſſent, aduerſarius bonorum omnium conſuetis inuidiæ ſtimulis concitatus, præcipuos quoſdā impietatis ſuæ fautores excitauit, qui viros ſanctiſſimos apud Decium Imperatorem deferret, quod eſſent & in deos impij, eos abominantes, & ſequerentur vanam Chriſtianorum ſuperſtitionem.

Carpus fit Epiſcopus, & Papylus Diaconus.

Accuſantur apud Deciū.

Ille autem hac re grauiſſimè affectus, confeſtim Valerium quendam aſſeſſorem in Aſiam dimiſit, qui inſtituta cum Sanctis quæſtione, acerrimum de ijs ſupplicium ſumeret. Nec mora. Valerius accepta hac poteſtate, quàm celerrimè profectus, primum omnes loci illius habitatores ſuo exemplo ad nefaria ſacra inuitauit: ſacrificare verò recuſantibus, horrenda nimis ſupplicia propoſuit. Et quidem edicto promulgato, omnes metu ſuppliciorum victi, incredibili alacritate conuenerunt, ſolis hiſce martyribus exceptis, qui à cætera multitudine vno in loco ſemoti, vota preceſque ſummo æternoque Deo nuncupabant. Quo viſo Valerius, protinùs ſuis eos conſpectibus ſiſti iuſſit, ac animo ſanè elato

Valerius perſecutor Chriſtianorum.

Multi ſacrificant dijs.

tantæ audiciæ causá quæſiuit, quòd cæteris p
pre ad deorum ſacrificia confluentibus, illi ſp
to Imperatoris edicto, parere recuſarent. Ad
ſancti martyres omni metu & humana clari
ſuperiores reſponderunt: Se nunquam ſatis
tam mentis cæcitatem admirari poſſe, ne
tam ingrati animi crimen admiſſuros, vt vn
cæli terræque conditorem quem, teſte Eſaia,
& aſinus ſtodiliſſima animantia cognouer
inanibus quibuſdam ſimulachris poſtpon
atque adeo lignis lapidibuſque in contemp
ſummi illius Domini thura offerant. Hæc
dicerent, ſubitò exortus, cum horribili frag
terra motus ſimulacra peruertit; ac planè in p
uerem redegit.

*Martyres præclarè Valerio reſpōdent*
*Eſa. 1.*
*Terræ motus.*

Hæc manifeſta Dei potentia, quamuis cæte
ferè omnes ingenti pauore conſterneret, fi
tamen ſtabilemque ſuis radicibus Valerij m
tiam nè tantillum quidem concutere potui
mò ad maiorem mentis inſaniam prouoca
Et certè nequaquam furori, qui eum vehem
ter exagitabat, peperciſſet, niſi ingenita ſanct
ſimis viris animi nobilitas, quæ ex vultu ocul
que tanquam ſplendor quidem elucebat, qu
dam illi reuerentiam incuſſiſſet. Vt tamen a
qua vindicta furorem ſuum mitigaret, iuſſit e
omni indumento ſpoliatos, ferreis vinculis co
lo iniectis, per medium forum circumagi; q
illorum conſtantia hac ignominia emolliret
ac cuniculos agens in generoſum eorum prop
ſitum; blandis verbis & promiſſionibus in fra
dem eos impellere aggreſſus eſt. Cùm inſigne
illam, dicebat, animi veſtri libertatem, vultu
que & morum moderationem, ô viri, conſider
incredibili ſanè dolore mentis excrucior, quo
ſali

*Nudi circũaguntur ſancti martyres.*
*Iudex eis blanditur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

falſa religionis opinione ſeducti in peſtem ac perniciem veſtram cæca mente ruatis. Quare vos hortor & conſulo, vt maturè ab hac mentis inſania reſipiſcatis, & veram deorum noſtrorũ religionem, cũ ſempiterna nominis veſtri gloria ampleximini. Nam noſtra hęc religio ſi vera non eſt quomodò ea in hodiernum vſque diem non apud nos ſolos, ſed apud ipſos etiam barbaros, ac vltimæ terræ nationes colitur ſtabiliſque permanet: prorſùs vt per eam imperia fundata ſint, & reges ac principes ciuitates euerterint, propitioq; deorum numine, aduerſarios omnes in poteſtatem redegerint. Illa verò Chriſtianorum, de homine quodam in crucem acto, opinio admodùm recens eſt, neque vllo in pretio, prorſùs vt eius cultores communibus Imperatorum armis oppugnẽtur, & tanquam humani generis peſtis quædam è terris profligentur.

His auditis, martyres oculis ad cælum ſublatis, cum ſe Chriſti ſignaculo munijſſent; reſponderunt: Si veſtram illam impietatem religionis, ſolo antiquitatis nomine ſectandam ac honore dignam iudicatis, conſequens eſt, vt æquè apud vos in pretio eſſe debeant, vitia & ſcelera immania, quæ ab ipſo humani generis parente initium ſumpſerunt; ſed deſipitis planè. Non enim conſiderandum eſt, quo veſtra religio tempore orta ſit, ſed an veritati conſentanea optimè cum ratione ipſa conueniat. Muniunt ſe crucis ſigno & egregie reſpõdent.

Hæc aliaque martyribus dicentibus, & luculẽta oratione, multa de eximia Chriſti in humanum genus charitate differentibus, Valerius ſtatim depoſita manſuetudine ad ingenium redijt: animique feritatem cum vocę tum oculis aperuit. Et quidem ſanctorum facultates accuſa-

Valerius Martyrum facultates diripiendas tradit.

toribus diripiendas tradidit: ipſos verò, eq
quibuſdam agreſtibus alligatos, Sardas agi
ſit. Hoc in ſupplicio ſanè acerbo cùm totá d
tranſegiſſent, noctem in diuinis laudibus exp
derunt. Cumque feſſa quandoque lumina in

Angeli eos afirmant.

mnum laberentur, adfuêre protinus angeli, q
feſſos recreabant atq; ad inſtans certamé ala
ores reddebant. Poſtridiè verò Valerius, cum
bi minimè dubiam victoriam promitteret,
ceſſit; ſed cæleſtis conſolationis ignarus, præ
opinionem fortiores eos animiſque ad qua
ſupplicia ferenda promptiores offendit. T
verò nouo furore correptus, omiſſis fortiſſi
athletis, Agathodorum martyrum miniſtrú
greditur, vt eius ſupplicio inuictum illorum
bur, frãgeret, & impia, vt ſperabat, miſericor
de pietatis gradu deijceret.

Agathodorus cruciatur.

Iuſſit igitur Agathodorum, ante oculos eo
extenſum, crudis boum neruis crudeliter ta
diù cædi, donec laniato corpore muſculi à co
pagibus diuellerentur, & copioſi ſanguinis ri
terram vndique rigarent. Martyr autem tanq
omnis doloris expers, crebros flagellorum ic
tanta virtute ac patientia tolerabat, vt in ipſis
iam tormentis exultaret, quoad impollut

Reddit ſpiritum.

Deo ſpiritum redderet. Corpus fuit contin
feris & alitibus deuorandum traditum, ſed ab
intactum, fuit in ſpelunca quadam à quibuſda
abſconditum.

Poſt hæc Præſes, nouis inſtructus inſidijs, ma
tyres eſt aggreſſus; ſed fruſtrà; nam ſancti q
ſupplicia & mortem corporis huius in deli

Martyrum alacritas.

rio habebant, non dubitabant, apertè tyra
conſilia, ceu ſtulta, & à ratione prorſus alie
contemnere. Ille verò tantam in martyribus c

ſta

ſtantiã admirãs, Pergamũ profecturus, iuſſit eos pernices equos paribus ſequi paſſibus, vt curſus labore fatigati vel morte repentina extinguerẽtur, vel aliquid de tanta animi magnitudine dimitterẽt. Sed cùm vna eademq́; post tot tantoſq́; labores, martyribus maneret fortitudo animiq́; lætitia magis magiſque augeretur, Valerius ira excandeſcens, magicis eos artibus imbutos eſſe clamauit: ſtatimque S. Carpum virgis ſpineis tam immaniter cædi iuſſit, vt laceræ carnes in aëra diſperſæ miſerandum omnibus ſpectaculum exhiberent. Nec his ſatiatus tyrannus, lãpades lateribus adhiberi ac ſemiuſtas carnes ſale perfricari iuſſit. Crudele ſanè ſupplicium, quod tamen martyrẽ incredibili voluptate perfũdebat, ac in Chriſti gratia mirificè cõfortabat. S. Carpus dirè cruciatur

Valerius aũt tanta virtute victus, illo in carcerem rursùs tranſmiſſo, Papylum ſiſti curauit, & defixo in eum oculorum obtutu quęſiuit; qua patria quibuſque ortus parentibus eſſet, & qua in arte vel ſcientia excelleret. Cui martyr: Sum, inquit, ingenuis natus parentibus: Scientiam verò illã profiteor, quæ in artificio medendi verſatur; neque modò corporum ægritudines, ſed peſtilẽtes etiã animæ morbos, Dei potentia ac virtute, qua ſola nititur, fugare poteſt. Meritò, inquit Pręſes, artis illius ſciẽtia dijs noſtris aſſcribenda eſt, vtpotè qui Galeno & Hippocrati abſolutã eius cognitionem tradiderunt. Papylus aũt, Galenus quidem (inquit) & Hippocrates ſi aliquã quandoque ægris ſanitatem medendi artificio contulerunt, certè nõ eã ſine Chriſti gratia perſtiterũt. Quod ſi verbis meis fidem adhibere recuſas, agè, fac vt intelligãt omnes, deos tuos, ei, qui propter te ſedet, altero vt vides oculo orbato, viſum reſtituere Papylus ſiſtitur.

tuere poſſe, & tunc tibi palmam religionu
buam.

Valerius hac martyris proteſtatione con
ſus, præcipuos deorum cultores & ſacrifi
uocauit, iuſſitq; vt inuocato deorũ numine,
tutẽ eorũ man feſtare non differant. Nec n
adhibitæ preces & ſacrificia. Sudatum eſt d
tegro in propitiandis dæmonibus, ſed nullo
ræ precio: imò res redicula, & plena dedec
inſignẽ eorũ ſtultitiã plurimis manifeſtũ
Nã Chriſti ſeruus, poſtquàm eos oleum & o
perdere oſtendiſſet, ſublatis ad cælum ocul
no Chriſti nomine fidenter inuocato, Cruc
num oculo impreſſit, ſtatimque ſalutifer
nûs ſuæ contactu, lumen non modò corp
ſed animæ etiam illi obtinuit: prorsùs, vt m
multitudo tam præclaro miraculo ſtupefa
mul cum eo ad veritatis agnitionem li
ter acceſſerit, repudiatoque inanium deo
cultu, ſe totum Chriſto conſecrauerit. Neq
men potuit tanta lux, mentem Valerij mort
planè ſomno ſepultam excitare, immò maio
bus ſuffuſꝰ tenebris exclamauit, vt nouis ſup
cijs tantum beneficium remunerarent.

*Fruſtrà inuocãtur falſi dij.*

*Crucis ſigno cæcum illuminat.*

*Multi conuertuntur ad Chriſti fidem.*

*Papylus flagellatur.*

Nec mora, ſublatum in crucem martyrem
gellis crudeliſſimè cædunt, mactantque. ſed m
tyr ijs grauiora deſiderans, inuidia viciſſim
rannum cruciabat, adeò vt animi quodam m
rore tabeſcentem planè ſuperaſſe videretur.
tamen furore ebrius, alia atque alia crucia
ta excogitabat. Et, nunc quidem ignem late
ſubijciebat, nunc verò lapidibus martyrem
petebat, donec inferendis ſupplicijs fatiga
cum inſigni nominis ſui dedecore pedem re
re cogeretur. Tunc rurſus angelica viſitati
rec

*Iterum diuinitùs ſanantur martyres.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recreati mertyres, integram corporis ſanitatem, cum maiore inſuper decore à Deo receperunt.

Paucis deindè interiectis diebus, rursùs è carcere tribunali ſuo martyres præſentari iuſſit, qui prompto alacrique animo accedentes, tarditatem ei exprobrabant & ſegnitiem, quòd extremo eos ſupplicio non afficeret. Hæc cùm vltro inferrent, Præſes in rabiem conuerſus, per ferreos murices in terram diſperſos nuda eorum corpora trahi iuſſit: ſed mox præſenti Dei virtute diſſipatis muricibus, martyres illæſi conſeruati ſunt. Immaniter cruciantur.

Poſt hæc, cum nihil ſupereſſet quo mentis ſuæ crudelitati ſatis faceret, feris eos obiecit, vt vno momento in fruſta diſcerpti, intolerabilem animi eius dolorem hoc ſupplicio ſanarent. Erat vrſa cum ſæuo leone in theatrum immiſſa, qui auidis faucibus prædam aliquam expectabāt: ſed mox intromiſſis ſanctis, belluina feritate poſita, ad ſpecioſos pedes, qui pacem annunciauerant, prociderunt; tacitiſque nutibus, ſceleratam Valerij mentem condemnarunt. Impius autem hoc viſo præter opinionem ſpectaculo, nimio furore tabeſcens ingemuit, ac noua ſtatim malitia armatus, ſanctorum pedes ferreis crepidis, longis fibulis confixis, calceari iuſſit, calciatosq́; curſibus agitari, vt hoc ſaltem certamine victi tyranno ſupplices fierent. Sed hæ quoque machinationes, in nihilum reciderunt. Indè in lacum viua calce refertum miſſi, ſed diuina virtute à calcis ardore conſeruati ſunt. Obijciuntur feris. Aliud genus cruciatus.

Poſtremo cùm iam planè emotæ mentis eſſet impius, accenſa fornace iuſſit vtrumque, cum Agathonica Papyli ſorore, in medio illius voracibus obijci flammis; ſed eæ quoque diuina Agathonica ſoror Papyli.

vir-

virtute reſtinctæ, magnum ijs refrigerium a‑ lerunt. indè igitur educti, rurſus carceribus m‑ dati ſunt; donec iudex in omni certamine vi‑ ægrè tandem capitis in eos ſententiā tulit. T‑ vero martyres incredibili gaudio perfuſi ad cum vltimi certaminis properarunt; à qu‑ Agathonica nullo modo ſe auelli paſſa, vt l‑ rum & certaminum, ita etiam coronarum p‑ ceps fieri meruit. Ante verò quàm ſacratiſſ‑ ceruices gladijs ſubijcerent, ardentes pro o‑ ſoribus preces fundebant, vt Chriſtus Ieſus ab errore liberaret per quos ad diu deſidera‑ gloriam pertingere mererentur. Cumque‑ modo & illis & omnibus circumſtantibus C‑ ſti gratiam precati eſſent, fœlici certamine‑ ſum confecerunt; & martyrij corona redim‑ cælos auolarunt, tertiodecimo menſis Octo‑

Plectuntur capite martyres.

*VITA S. MARTII ABBATIS. EX quæ eſt per D. Gregorium Turonen. Epiſc. de v‑ Patrum cap. 14.*

13 Aprilis.

Eximia pietas eius à puero.

BEatiſs. hic Martius Aruernæ vrbis Abba‑ uldē territorij incola, à pueritia mirē‑ pietatis ſtudio deditus; adeò vt pullul‑ etiam mortalium actionum cogitationes, ‑ ſo dimicationis exordio, gladio Spiritus ſa‑ ſuccideret, neque quicquam omninò, quod‑ mæ puritatē næuo aliquo aſpergere poſſet, mitteret. Erat corporis domitor egregius, pa‑ rum patronus eximius, vigiliarū patientiſſi‑ & aſſiduo orationis ſtudio intentus, Cumque legitimæ ætatis perfectionem veniſſet, haud p‑ cul ab vrbe ſecedens, accepto ſarculo, in mo‑ lapideo cellulas ſibi ſculpere cœpit, vt ab om‑ pro‑

Cellam ſibi in mōte ſaxeo condit.

profanorum hominum congreſſu remotus, in anguſto habitaculo arctiori amoris vinculo per cæleſtium rerum contemplationem Deo coniungeretur.

In hac ergò rupe cauata, cœpit cum admiranda ſanè vitæ auſteritate tota mente Deo ſeruire. Lectum ei duriſſima præbebat petra; nec prius corpuſculum ad requiem componebat, quàm feſſa nimio labore membra humi laberentur, & ſic breuiſſimo ſomno viribus vtcunque refectis, ad intermiſſum Dei opus redibat. De victu nihil ſolicitus, quod deuotorum hominum benignitas ſuppeditabat, hoc cum magna gratiarum actione recipiebat. Intereà Dominus qui in Sanctis ſuis glorificatur, cœpit famuli ſui meritum loci illius incolis declarare. Nam dæmones de obſeſſis corporibus in nomine Ieſu Chriſti verbo fugabat, morbi contagiones Crucis ſignaculo reprimebat, febribus infuſo benedicti olei liquore medebatur, multaque alia beneficia populis tribuebat. Vitæ eius auſteritas. Miracula eius.

His alijſque, fama ſancti viri per omnia loca celebrior facta, non paucos ad eius diſciplinam congregauit, adeò vt locus, monachorum multitudine & virtutum omnium amœnitate inſignis, mirificè floreret, gratiſſimumque pietatis odorem longè lateque ſpiraret. Erat hortus diuerſis oleribus, arboribuſque conſitus, in quo vir ſanctus, ſuſurrantibus auræ ſibilo folijs, animũ frequenter pia meditatione paſcebat. Hunc imprudẽs quidam, iniqua cupiditate inflammatus, furtiuo aſcenſu ingreſſus, omnis generis fructibus per fraudem collectis onuſtus, rurſus cum egredi vellet, nequaquam potuit. Diuino enim iudicio detentus, & onere conſcientiæ oppreſ- Monachos colligit. Fur diuinitus punitus.

ſus exitum nullo modo inuenire poterat. H
vir ſanctus per ſpiritũ comperto quid fecit?
furem illum, compedibus vinctum in carcer
miſit? Immò Præpoſitum miſit, qui miſerum
lum dura peccati ſeruitute oppreſſum libera
ac blandis pijſque monitis inſtructum, rebu
illis quæ per fraudem collegerat donatis, c
ſtum dimitteret. Niuardus quidam diuturna
bre detentus, poſtea à frequentiore aquæ ha
hydrope intumuit: quæ infirmitas cùm omn
ſanitatis ſpem protinùs illi præcidiſſet, cura
ſe vehiculi beneficio ad ſanctum deferri, qu
oratione pro illo proſtratus, blandiſſimo ma
ſuæ contactu, ſanum eum & incolumem re
tuit: nec hunc modò, ſed alios quoque alij
que alijs languoribus oppreſſos, mira facili
ſanitati reſtituit.

Manſuetudo animi & benignitas S. Martij.

Sanatur hydropicus.

Ipſe autem ætate nonagenarius, bono de
dans certamine, ad ſempiternam iuſtitiæ co
nam commigrauit, cuius tumulus multis mi
culorum virtutibus illuſtris, clariùs exim
viri ſanctitatem loquitur.

Obit vir Dei.
Claruit miraculis poſt obitum.

*MARTYRIVM S. HERMENIGILDI filij Regis VVisigotthorum, per D. Gregorium P pam lib. 3. dialog. cap. 31. Coronatus eſt anno D mini 584. vt docet Baronius, quamuis alij al atque aliter ſentiant.*

To. 7. Anna, & in not. Mart. Rom.

SIcut multorum, qui ab Hiſpaniarum par
bus veniunt, relatione cognouimus, nup
Hermenigildus rex, Liuigildi regis VVi
gotthorum filius ab Arriana hæreſi ad fidem C
tholicam, viro reuerendiſſ. Leandro Hiſpali

13. Aprilis. Hermenigildum cõuertit Leander Epiſcopus.

no ep

ſio epiſcopo prædicante, cōuerſus eſt. Quem pater Arrianus vt ad eandē hæreſim rediret, & premijs ſuadere, & minis terrere conatꝰ eſt. Cumq; ille conſtantiſſimè reſponderet, nunquam ſe veram fidem poſſe relinquere quam ſemel agnouiſſet, iratus pater eum priuauit regno, rebuſque expoliauit omnibus. Cumque nec ſic virtutem mentis illius emollire valuiſſet, in arcta illum cuſtodia concludens, collum manuſque illius ferro ligauit. Cœpit itaque idem Hermenigildus rex iuuenis regnum deſpicere, & forti deſiderio cæleſte quærens, in cilicijs vinculatus iacens omnipotenti Deo ad confortandum ſe preces effundere, tantoq; ſublimiùs gloriam tranſeuntis mundi deſpicere, quanto & religatus nouerat nil fuiſſe, quod potuerit auferri.

Mittitur à patre in carcerem.

Superueniente autem Paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtæ noctis ſilentio, ad eum perfidus pater Arrianum epiſcopum miſit, vt ex eius manu ſacrilegæ cōſecrationis cōmunionem perciperet, atq; per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus, Arriano epiſcopo venienti exprobauit vt debuit, eiuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit: quia etſi exteriùs iacebat ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe itaque reuerſo epiſcopo, Arrianus pater infremuit, ſtatimq; ſuos apparitores miſit, qui conſtantiſſimū Confeſſorem Dei illic, vbi iacebat, occiderent: quod & factum eſt. Nam mox vt ingreſſi ſunt, ſecurim, cerebro eius infigentes, vitam corporis abſtulerunt: hocque in eo valuerunt perimere, quod ipſum quoque, qui peremptus eſt, in ſe conſtiterat deſpexiſſe. Sed pro oſtendenda vera eius gloria, ſuperna quoque non defuêre

Cōmunionem Arrianā reſpuit.

Perimitur in carcere.

M 2 miracu-

miracula. Nam cœpit in nocturno ſilentio,p
Miracula fiunt. modiæ cantus ad corpus eiuſdem regis & m
tyris audiri: atque adeò veraciter regis qua
martyris.

Quidam etiam ferunt, quòd illic noctu
tempore accenſæ lampades apparebant: v
& factum eſt, quatenus corpus illius, vt vide
martyris, iure à cunctis fidelib⁹ venerari deb
ſet. Pater verò perfidus & paricida, comm
pœnitentia hoc feciſſe ſe doluit, nec tamen
que ad obtinēdam ſalutem. Nam quia vera e
Catholica fides, agnouit: ſed gentis ſuæ tim
perterritus, ad hanc peruenire non meruit.
ob orta ægritudine ad extrema perductus eſt
Leandro Epiſcopo, quē priùs vehementer a
*Recchare-dum. xerat,* Richardum regem filium ſuum, quē
ſua hæreſi reliquerat, commendare curauit, v
ipſo quoque talia faceret, qualia & in fratre
adhortationibus feciſſet. Qua commendatio
expleta defunctus eſt.

Poſt cuius mortem Richardus rex non pa
perfidum, ſed fratrem martyrem ſequens, ab
rianæ hæreſeos prauitate conuerſus eſt. To
Recchared⁹ Rex ex Ariano fit Catholicus. quoque VViſigotthorum gentem, ita ad ver
perduxit fidem, vt nullum in ſuo regno milit
permitteret qui regni Dei hoſtis exiſtere per
reticam prauitatem non timeret. Nec mir
quòd veræ fidei prædicator factus eſt, qui fr
eſt martyris: cuius hunc quoque merita adiu
vt ad omnipotentis Dei gremium tam mul
reducat. Qua in re conſiderādum nobis eſt, q
totum hoc agi nequaquam poſſet, ſi Hermen
dus rex pro veritate mortuus non fuiſſet. N
Iohan 12. ſicut ſcriptum eſt, Niſi granum frumenti cad
in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum ma
ſi a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Hoc fieri videmus in membris, quod factum ſcimus in capite. In VViſigotthorum etenim gente, vnus mortuus eſt, vt multi viuerent: & dum vnũ granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum ſeges multa ſurrexit.

## *VITA. S. LYDVVINAE VIRGINIS, ſanè admiranda, ex ea quæ eſt per Fr. Ioannem Brugmannum Franciſcanum. Obijt virgo ſanctiſſima anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo triceſimo tertio, 18. Kalend. Maij. Necdum compertum, Lyduuinam hanc, licet Sanctiſſimã, Sanctorum Catalogo aſcriptam.*

FVit in Comitatu Hollandiæ, oppido Schiedam, Petrus quidam Ioannis filius, qui non tam diuitibus, quàm honeſtis & religioſis admodum ortus natalibus, vxorem habebat Petronillam, fœminam cùm alijs virtutibus, tum pietatis inprimis ſtudio inſignem; ex qua, præter proles maſculas octo, puellam vnicam ſuſcepit, cùm alijs multis & animi & corporis dotibus, tum verò eximia forma ac pulchritudine prꝺitam; cui per regenerationis lauacrum Lydvvynæ nomen impoſitum fuit. Hæc ab ipſis cunabulis, varijs exercita corporis doloribus ac cruciatibus, ad perfectionis ac totius quoddam ſanctitatis culmen à Domino prouecta eſt. Sic enim diuina prouidentia ſtatuiſſe videtur, vt neminem ad inſignem ſanctitatis gloriam, niſi per magnos labores & ardua certamina peruenire velit. Cùm virgo ſeptimum ætatis annum attigiſſet, cœpit, puellarum conſortio poſthabito, mentem pariter & corpus DEO conſecrare;

14. Aprilis.

Lydvvinæ patria & parentes.

*Recuſat nuptias, etiam diuitũ procorum.*

prorſus vt d tiſſimorum etiam hominum co gia, qui eam propter formæ integritatem & ram prudentiam, vxorem expetebant, conſ ter repulerit: atque in caſtitatis propoſito pe uerauerit. Cumque non deeſſent qui impo nis poſtulationibus, & ingẽti auri pondere e expugnare tentabant; illa contrà, ne precio virginitatis ſuæ theſaurum amitteret, pugna eamque gemebundis precibus, inter varia ce

*Impetrat à Domino deformitatem corporis, vt à procis liberaretur.*

mina corporis deformitatem à Domino im trauit, vt à cunctis qui eam anteà incredibil more proſequunti fuerant, & caſto virgini propoſito inſidias ſtruxerant, tunc aſperna tur: ac contemptu quouis dignam iudicare

Annos igitur nata plùs minùs quindecim cidit vt hyberno quodam tempore, cùm flu glacie concreta, iucundiſſimam inambuland ea facultatem hominibus præberent, à ſodal virginibus inuitata, quamuis ægrè admodu nimi cauſa ſe ſociam adiungeret. Ibi verò puellas ſursùm deorsùm, vt moris eſt apud uos, curſitantes ſpectaret, contigit, vt puella vna rapido curſu incitata, caſu in eam im

*Horrendo caſu grauiſſimè læditur.*

gens ipſam in glaciei fragmenta diriſſime ſterneret, tam miſerabili lapſu vt coſta vna poris frageretur. Tum ilicò iocus omnis chrymas conuerſus, clamores ſanè multo cum miſerabili eiulatu excitauit; & quam dis animis eò adduxerant, puellæ, eam ſui meris cognati, deſperata planè corporis ſ domum reportare coguntur. Fuit continuò valdè ad doloris ſui lectulũ delata, è quo, Do

*Nulla arte potest curari.*

no ſic volente, nunquam incolumis ſurrexit. dici & chirurgi præſtantiſſimi quique v accerſebantur, ſed dolor virginis omnẽ co artem ac induſtriã vincebat, adeò vt exigu

rentum facultatibus abſumptis, omnis ſalutis ſpes præciſa eſſet. Omni ergo medicorum ſolatio deſtituta virgo, ſola ſpe opis diuinæ nitens, huc atque illuc ſine vlla ſe requie verſabat: prorſus vt omnis ei locus anguſtus eſſet, nimiaque doloris vis animum propè abſorberet. Videre erat certè non ſine lachrymis, miſellam adoleſcentulam membrorum omnium officio orbatam, genibus manibusque monſtri cuiuſdam inſtar humi reptantem: & nunc trunco, nũc ſcabello per domûs angulos ſe promouẽtem. Faſtidioſus ſtomachus ſalubres cibos ac potus reſpuens, ſæpè ex lebetibus tepidam, quandoque è canalibus putentem aquam expetens hauriebat. Stomacho vacuo aut exiguus aut penè nullus ei ſomnus erat. Vnicum ei ſolatium, per ſingulas noctes lachrymis rigare ſtratum ſuum, & cum percuſſo Iob ab omnibus derelicta, Deo gratias agere. Qua verò ſpiritûs amaritudine, quantis corporis cruciamentis, quanta vtriuſque hominis deiectione, tres primos annos exegerit, ſoli Deo notum eſt, & quibus hoc ei placuit reuelare.

Miſerãdum in modum perpetuò cruciatur.

Erat ei diriſſimum apoſtema, quod noxium humorem per omnia corporis membra diffundebat adeò vt marcidis inteſtinis, vermes horridiſſimi, inaudito quodam modo è profundo corpore emergerent: corroſiſque viſceribus tribus in locis ventrem eius dirumperent. Ne autem vitalia membra ſuo more exederent, malagmate quodam ex adipe frumẽti, melle optimo & pinguedine caponis confecto & ad foramina illa appoſito, eliciebantur.

A vermibus horrendis.

Membra omnia, dempto capite & brachio ſiniſtro, tanta erant debilitate deiecta, vt ea mouere non poſſet. Ignis quem ſacrum vocant, dex-

Nullũ membrum virgo mouere poteſt.

terum brachium ad ipſa vſq; oſſa depaſtus en
Scapula putredine abſumpta, faſcijsque collig
ta vix corpori adhærebat. Caput dolorum acu
is & malleolis compungebatur, frontem fiſſu
longa, lata atque flexuoſa deformabat. Ment
quoque ad labrum vſque fiſſura diuiſum, & co
creto ſanguine tumidum oris officium imped
bat. Oculus alter penitùs cæcatus, alter lum
naturale, ſine ſanguinis effuſione, nouoque cr
ciatu ferre non poterat. Dentium dolor eam
inſaniam propè adigebat. Guttur non raro an
na, alijq; morbi anonymi infeſtabant, vt nõn
quã nè corpus quidẽ Dominicũ deglutire poſ
Tantus manabat ab ore ſanguis, naribus, aurib
& oculis vt horrorẽ afferret aſpectãtibus & p

Vomitus mirabiles.

lachrymarũ riuulos exprimeret. Vomebat ſæp
ſimè tanta copia aquã rubrã vt plerumq; me
vno capacitatẽ vaſis, quod à duobus hominib
portaretur, excederet. Curioſis aũt admirãtib
vndè tantus in ipſa nihil alimoniæ ſumente e
iſteret humor, reſpondebat: Dicite, viri ſapie
tes, vndè vitis tantus liquor quæ hyeme prorſ
arida videtur. Pulmonis quoque & hepatis pa
ticulas reijciebat, vbera ineffabilibus puſtulis

Calculi dolores.

ſanie interdum fluentibus, torquebantur. Calcu
lus columbini oui inſtar tanta vi eam exagitab
vt omni ſenſu frequenter deſtituta iaceret. Ma
na inteſtinorũ pars è corpore diù ante oculos
ius pendula eminebat. Nulla eſt febris quã no
aſſiduò infeſtiſſimam patiebatur, Et nè ſingul
immorer, non vllum in corpore mẽbrum, quo

38 annis ægrotat.

inuaditis non eſſet doloribus obnoxium. Et qu
dem hic tantus morborum cumulus, annis oc
admodùm & triginta eam oppreſſit, neque vll
omninò ab horrendis cruciatibus reſpirãdi te
pa

pus vel locum conceſſit. Iacebat virgo ad ſupremum vitæ diem in lectulo ſupina, vt aliquam ex cæli aſpectu conſolationem hauriret. Et primis quidem annis quatuor afflictionis ſuæ, ſecũdum exteriorem hominem patiebatur inuita, tædebatque cæli etiam conuexa tueri. Lachrymãtem aſſiduò parentes vetuli cõſolari nitebantur; cognati quoque & adoleſcentulæ verbis ſuauiſſimis põdus tantæ calamitatis ſubleuare volebant, ſed omnes illi conſolatores oneroſi: ſolus ille qui percuſſerat, doloris acerbitati mederi debuit.

Primis quatuor annis inuita paſſa eſt.

Erat ijs temporibus, venerabilis quidã Chriſti Sacerdos Ioannes Pot, is tanquàm à Deo miſſus conſolaturus eam adueuit; hortarique cœpit, vt ſe totam ad Chriſti labores, & acerbiſſimũ ſupplicij genus ſpontè pro nobis ſuſceptum meditandum componeret. Promiſit illa ſe facturam, ſed cùm inſipidum ad huc manna deguſtare vellet, protinùs dolorum acerbitate victa redijt ad lamenta & querimonias: nec ſinebant immodici corporis & animi cruciatus, aliquid de Domino Ieſu placidè cogitare. Veruntamen vir Dei Ioannes, cùm cerneret promptam eius animi voluntatem, ad perſeuerantiam eam inſtanter hortatus eſt. Suadebat, vt contemptis ſodalium inep tis gaudijs, & oblectamẽtis breui perituris, reuocaret ad memoriã quę & quãta paſſi eſſẽt Chriſti martyres, quam multis iocis, diuitijs & voluptatibus ſpontè ſua caruiſſent, ſolo Chriſto contẽti, apud quem nunc ſummis opibus, honoribus gaudijs & delicijs ſine fine perfruantur. Sed quia nihil, inquit, tuis ipſa viribus, poteris, Chriſtum pro te vulneribus conciſum intuere, aſpice in cruce pendentem, clauis confixum & extremis dedecoris ac ignominiæ maculis affectum. Nil

Ioannes pot Sacerdos.

Optime eã inſtituit Ioannus Pot.

dubita quin ex aſſiduo illius aſpectu, refecti
tandem ſuauiſſima perfrueris. His auditis, vi
ſacra vires animumque reſumpſit, totoque in
lectu & affectu torrentem paſſionis Chriſti
re cœpit. Porrò Chriſti Sacerdos tertiò iam
cedens, viuifica Chriſti myſteria ſecum detu
tradiditque virgini & ait: Hactenùs ego te ad
memorandam Chriſti paſſionem incitare co
tus ſum: iam verò ille tibi loquetur. Quod ſi
conſtanter fortiterque illi ſubieceris, erit m
ces tua magna nimis. Vix hæc effatus erat, c
ſtatim virgo in tantam vim lachrymarum pro
pit, vt diebus quindecim vix eam ſiſtere po
rit. Tum verò amaror omnis in dulcedinem
uerſus, creſcēte morbo, ſpiritū cōfirmabat; po
sùs vt nihil niſi ſolus Ieſus & hic crucifixus, ſ
ret. Itaq; paſſione Domini in ſeptē articulos
dacta, nullā temporis partem ſine eius cōmem
tione vacuā permiſit tranſire, quæ res tam ard
ti amore Chriſti animum eius inflammauit,
ſuis in calamitatibus Chriſtum vbique præ
tem contemplaretur, eumque obnixè rogaret
multiplicatis doloribus vehementiùs eam a
gere dignaretur. Per id tempus, cùm peſtil
quædam contagio regionem inuaſiſſet, illa t
quam ſedula mater, iratum patrem & reos fili
mediam ſe interponebat: ſupplicibus à Deo p
cibus contendens, vt cæleſtes iras, multis pop
ſceleribus debitas, in ſuum caput conuerter
Mox igitur bino percuſſa vlcere, immenſas D
gratias egit; rogauitque, vt tertium ad ſacro
ctæ Trinitatis honorem addere dignaretur.

Intereà fama admirandæ patientiæ eius, q
celebri ſermone vbique vulgabatur, peru
ad aures Margaretæ, Hollandiæ Comit

Mirè compungitur acepta Euchariſtia.

Paſſionem Chriſti aſſiduo cōmemorat.

Eius inſignis charitas ergà proximum.

Margareta, Comitiſſa Hollandiæ, eam inuiſit.

quæ accito medico ſuo ad eam properauit, videnſque tugurium, paupertatem, dolores & cruciatus totis ſanè viſceribus commouetur, cupiebatque illam medici ſui induſtria ab immenſis cruciatibus ſubleuare: ſed fruſtrà omnis ars humana in eius curatiõe deſudebat. Medicus enim cui Godefridus nomen erat, accedens, marcida è corpore inteſtina extrahebat, ſaniora reſeruabat: ſed cùm erupentem magno impetu ingentẽ vermium numerum cerneret ſoli Deo curam eius committẽdam eſſe dixit: ſicq; re infecta diſceſſit. Hoc autẽ admiratione dignum eſt, quòd ſacra virgo triginta & amplius annis, vix tantum panis comediſſe fertur quantum viro ſano ad vitam triduò ſuſtẽtandam ſufficeret. Quod ſi buccellam panis, cum modico lactis aut ceruiſiæ liquore deglutire vellet, fiebat id nõ ſine maxima difficultate ac magno dolore. Somni quoque ſimiliter expers fuit, adeò vt toto infirmitatis ſuæ tempore, vix trium noctium tempus quieti dare potuerit. Confluebant interim multi ad eam, alij pietate, alij curioſitate ac maleuolentia ducti: cumque in obſcuro eam tuguriolo decumbentẽ cernerent, procacibus verbis voracem, merobibulam ac dæmoniacam eſſe affirmabant, & in humuli tugurio, vt olim Iob in ſterquilinio ſedentem, ſubſannabant, eaque miſeria, propter impietatem in Deum, digniſſimam eſſe clamitabant.

Hæc impoſſibilia ſunt apud homines, ſed poſſibilia apud Deum.

Ecce maleuolentia hominum.

Defuncta verò matre, virgo ſancta, quamuis cum ipſa paupertate rerum omnium indiga certaret, commiſſam tamen ſibi à matre ſubſtantiolam diſtraxit, diſtractamque pauperibus erogauit: nihilque ſibi in vita præter Ieſum Chriſtum reſeruauit. Videre tum licebat virginẽ pau-

Omnẽ ſubſtantiã matre mortua erogat pauperibus.

percu-

perculam, nuditate & frigore confectam, ita
obrigeſcentibus extremis corporis partib.
mortem ipſam in labijs portaret, quæ millies
abſumpſiſſet, niſi dominus inter tot mortes m-
tuam conſeruaſſet. Poſt has verò ærumnas,
creſcebant virgini nouæ moleſtiæ ex patre
duo grandæuo, & viribus corporis deſtituto
potè quem paupertas premeret, & ætas labo
victum comparare non ſineret. Hæc cùm in ac
biſſimis corporis doloribus virginem vehem
ter affligerent, tùm nō rarò Dominus cæleſti
iam conſolatione ſubtracta, eam planè dereli
quere videbatur: prorſus vt ea nihil in terris
lamitoſius eſſet. Sed pia virgo, quamuis diui
pariter & humano ſolatio deſtituta, fiduci
tamen in Deum non abijciebat, ſed iaculo am
ris Chriſti confixa, ad angelum ſui cuſtodem
conuertebat; illum haud aliter quàm præſ
tem alloquens, multiſque ſermonibus ad eu
inſtitutis, & temporis tædium & dolorum veh
mentiam ſubleuans. Hoc pacto temporis rep
lebat tædium, cùm cæleſti conſolatione deſti
ta, corpore pariter & animo langueret.

**Vt ſe geſſerit diuinis conſolationibus deſtituta.**

Sed illa eius inſignis in DEVM fiducia n
quaquàm fructu carebat ſuo: nam poſt multas
nimi anguſtias, poſt intolerabiles corporis d
lores, poſt gemitus & lachrymas, angelico fru
batur aſpectu, fruebatur colloquio & obſequ
adeò vt dolorum omnium quaſi oblita, inter ip
ſa corporis cruciamenta exultaret, & quaſi co
poreis vinculis ſoluta, terrenas res deſpicere
Dicam paucis, quantam virgo ſancta ex angel
rum præſentia delectationem hauſerat.

**Poſt maximas anguſtias angelica fruitur viſitatione.**

Erat vidua quædam venerabilis, quę impor
nis precibus ab ea poſtulabat, vt ſibi angelū ei
vide

videndi copiam à Domino impetraret. Annuit virgo ſacra, monuitque viduam, vt clauſo oſtio ſecum in precibus perſiſteret. Et eccè adeſt angelus, incredibili pulchritudinis ſplendore coruſcans, adeò vt ex eius conſpectu ineffabili gaudio perfuſa vidua, prorsùs in amorem pulchritudinis illius abſorpta eſſet. Cumque angelus rogatu Lydvvinæ oculorum obtutum in eam defigeret, animus viduæ tam vehementi amoris flamma exarſit, vt cibi potûſque penitùs oblita, à lachrymis præ nimio gaudio fuſis ſibi temperare non poſſet. Cogitet hic lector, quid ſit ipſe fons vitę electis ſuis in patria, ſi tantùm delectat aſpectus eorum qui ei miniſtrant.

**Angelus eiꝰ elegantiſſima forma apparet.**

Cùm autem ſic Chriſti famula tanquam aurũ in fornace probaretur, flante Auſtro, perindè vt hortus irriguus, virtutum flores germinare non deſtitit, alijs quoque optima de ſe proponens exempla. In extremis anguſtijs, nihil aliud habebat in ore, quàm O bone Ieſu miſerere mei. Grauiſſimum paupertatis onus, non modo forti ſed hilari etiam animo tulit, adeò vt quibuſdam fœminis, quæ probè eius penuriam nôrant, eam reprehendentibus reſponderit: Satis abundat, qui eo, quod habet, contentus eſt. Etſi autem mihi cũ hominibus communes non ſunt diuitiæ & delitiæ, ſunt tamen cum multis communes paupertas & miſeria: quibus ego abundans, Deo gratias ago & conquieſco.

**Patientia eius & fortitudo in cruciatibus.**

**Memorabilis eius ſententia.**

Ipſa, quamuis nulla corporis alimonia indigeret, oblatas tamen eleemoſynas admittebat, vt eas tanquam pia mater pauperibus erogaret. Sibi ipſi parciſſima, pupillis & viduis mira liberalitate ſuccurrebat: neque vlli vnquam, quamdiu teruncius ſupereſſet, opem negabat. Si largiri

**Benignitas eius in pauperes.**

nil

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nil poſſet, condolentem præbebat animum, bl
doque è pio corde depromto ſermone, alior
miſeriam ſubleuebat. Pauperes, tanquam cæl
ſtis regni principes futuros, venerabatur; eor
que nomina & habitacula, quamuis in teneb
iaceret, diſtinctè nouerat, quibus cibos inter
coctos, crudos interdum per fideles miniſt
ſuppeditabat. Cùm autem tanto pauperibus b
nefaciendi ſtudio arderet, tum viciſſim Chri
Dominus, quàm ſibi hæc virginis voluntas acc
pta eſſet, ſtupendis ſæpè miraculis declarauit.

Præclaro miraculo declarat Dominus, quã ſibi ſit gratũ beneficiendi ſtudium.

3. Reg. 17.

Item alio.

Ex liberali cuiuſdam deuotione cum ei qu
ta pars vaccæ, cum vicinis, ad alendos paupe
diuidendæ ceſſiſſet, & illa coctas carnes ce
familijs numero admodũ triginta diſtribui
ſiſſet: inuentum eſt poſteà, nihil penitùs ex e
diminutum eſſe. Familia igitur ſtupente, & n
nouitatem admirante, quid, inquit Lydvvina
ramini? An neſcitis à Domino dictum, Date
dabitur? Huic ſanè miraculo derogari nõ pot
cùm & domeſtici, & aduentãtes peregrini, ip
carnibus poſteà refecti ſint, & omnes admira
ne permoti manum Domini adeſſe faterent
quæ olim viduæ farinulam conſeruârat. Ead
Domini virtute & bonitate factum eſt, vt, cu
fœminæ cuidam caduco morbo laboranti m
ricordia mota vinum ſuum, quo ac ętia labia
focillabat, benignè dediſſet, vaſculum mox vi
optimo redundaret. Cùm frater eius Gulielm
multo ære alieno obſtrictus, è viuis exceſſiſſe
filiosque in extremam calamitatem conieciſſe
virgo ſancta illorum miſerta, corraſis vndiq
pecunijs, Nicolao cognato ſuo in mandatis de
dit, vt promptis è crumena, in quam numm
omnes condiderat, pecunijs, creditoribus ſa
facere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

faceret. Fecit ille, vt iuſſus erat, cumq; omnibus factum eſſet ſatis, eadẽ pecuniæ ſumma ſalua & integra in ipſa crumena inuenta eſt: qua propter eam Domini Ieſu crumenam deinceps appellari voluit. Et quidem hoc certò certiùs conſtat, cùm octo libras in eam miſiſſet quòd pluſquam quadraginta, præter eas quibus fratris æs alienum diſſoluerat, ex ea pauperibus elargita ſit. Item alia.

Cùm autem tanto ſtudio ac diligentia inediã & paupertatem à miſeris profligaret, tùm diligentiori cura animarum languores curandos ſuſcipiebat. Quamuis enim literarũ prorſus ignara eſſet, tamen ex codice vitæ crucifixi Ieſu, mirabili auiditate, ſedula diſcipula haurire ſtudebat, quod alijs effunderet. Confluebant ad eam omni ex parte multi, varijs tentationibus & anguſtijs afflicti, diuerſiſque & animi & corporis doloribus oppreſſi, à quorum corporibus Chriſti virtute ægritudines pellebat; & animas peccatorum pondere grauatas ignitis ſermonibus recreabat. Periculis animarum, vt ſæpiùs probatum eſt, plùs cruciabatur ſancta virgo, quàm ſui corporis doloribus. Cum Moyſe deprecari Dominum ſolatio erat ei; ferre cruciatus lucrum putabat: mortificari quotidiè, ſpiritalis erat animæ illius reſpiratio. Suſcepit etiam curam animarum.

Erat Schiedami vir quidã prædiues, qui deſperatione vexatus, ſeipſum ſuſpẽdio necare tentabat. Cumque hoc ſuo expoſuiſſet confeſſario, neque is hominem ab eo furore ſanare poſſet, adijt virginem, eique hominis illius periculum expoſuit. Reſpõdit virgo; Satanæ hoc eſſe artificiũ, quarè nihil fieri poſſe prudentiùs, quàm dæmonem ſuis ipſius laqueis captum irretire. Hortatur igitur confeſſarium, vt homini illi ab omni Hominem deſperãtem li-

pecca-

berat à diaboli machinis, ſed modo admirando potius quàm imitando.

peccatorum labe per ſalutarem confeſſio
priùs purgato, hoc ipſum pro ſatis factione
iūgat, ad quod eum teterrimus Satan inſtiga
Sciebat enim virgo, dæmonem odio Dei &
cramentorum, non permiſſurum, vt pœnite
obedienita fieret, quod ipſe ſerpentina ma
ſuadebat. Sacerdos autem, quāuis ab eo con
vehemēter abhorreret, cum tamen virginis p
dentiam ac ſanctitatem multis indicijs per
ctam haberet, & miſerum hominem præte
tionis importunitate labe confectum cerne
iniungit illi per ſanctam obedientiam ſuſpe
pœnitentiā. Lætatur ille tali pœnitētia, feſt
que ad laqueum trabi appenſum, deſilit ex
quem aſcenderat. Mira res. Accurrunt ilico
mones, hominemque rupta reſti collo eius
plicata, magno cum impetu inter pariete
ciſtam quādam deijciunt, ibidemque corpo
animo tremebundum relinquunt. O fœmi
admirandam, diuino proculdubio lumine i
ſtratam, ſuperníque ſecreti de viro deſpera
inſciam, cuius hoc ſanè admirandum potiu
quàm imitandum conſilium.

Item virum valdè flagitioſum.

Vir quidam immanitate ſcelerum effera
mortiferoque ſepultus ſomno, nullis mo
vel terroribus ad flagitiorum confeſſionem
cerdoti faciendam adduci poterat. Tandem a
duis adhortationum ſtimulis fatigatus, para
ſe oſtendit Lydvvinæ ea reuelare, vt ea rurſu
la ſacerdoti confiteretur, Lydvvina verò cu
tis ſe viribus opponeret, ille tamen turpia
& horrenda flagitia detexit, quæ illa, tanqu
propria deflens, cōſentiente viro, ſacerdoti co
feſſa eſt. Poſtea vir ille ad eam rediēs, ſalutare
ſibi ſatiſfactionem imponi voluit, ſpondens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licèt grauiſſima libens ſubiturum. Tunc Lydvvina: Peccata tua per puram ac integram cõfeſſionem expianda ſuſcepi: vnum autem hoc à te peto, vt in molli ſtrato vna nocte ſupinus cubare velis, neque te in alterũ latus quouis modo vertas. Accepit ille ſatiſfactionem ſubridens, ſeſeq; opportuno tempore delicatulus ille in lecto repoſuit. Sed mox tædio victus, ęgrè admodum tulit ſe conſueta vertendi libertate priuatum eſſe, adeò vt ſomnus etiam ab oculis fugeret. Cumque ſic tædio affectus iaceret, corporisque ſui incolumitatem, lecti mollitiem, temporis breuitatem, ſcelerum ſuorum immanitatem, æternas gehennæ flammas, aliaque multa cogitaret, & tam exigua moleſtia ſe victum cerneret, acerbiſſimè cœpit peccatorum ſuorum fœditatem deplorare, mentisque cæcitatem admirari, ac ingratitudinis ſuæ ſcelus deteſtari. Ego enim, dicebat, hic incolumis molliter & delicatè iacens, vehementer diſcrucior, quòd breuiſſimo hoc temporis ſpatio, libertate corporis, quò libet, vertendi frui non poſſum: Et Lydvvinæ corpus tot Domini flagellis attritum, & putredine abſumptum, tam multis annis in vili habitaculo, & duro ſtrato libens pro Chriſto patitur. Hæc conſideratio protinùs virum illum, in alterum mutauit, vt nulla ei deinceps ſatis factio, pro peccatorum venia grauis videretur.

Hoc miraculum ſanè eximium eſt.

Flagrabat adeò virgo ſacra animarum ſalute, vt neminem vnquam aduentantium, quamuis immenſis corporis & animi doloribus premeretur, repulerit: cumque domeſtici eius concurrentium multitudinẽ excludere vellent, Lydvvina facibus amoris inflammata exclamabat: Quid agitis ſorores meæ, quid agitis; Itanè lucrari non

Flagrat amore pereũtium animarum.

debemus Chriſto animas, quas ſatan deuo
cupit? Veniant ad me pauperes omnes, ve
deſolati,& quotquot amaro ſunt animo, lo
enim maiora pro ijs perpeſſus eſt Dominu
us Ieſus Chriſtus, necdum eò perueni, quò
qui ait: Optabam anathema fieri pro fratr
meis. Dominici corporis ſacramentum, ta

Rom 9

denti ſumebat deſiderio, vt vel vno die illo c
re coacta, anni ſpatium, breue illud tempus
ſtimaret.

Venerabile ſacramentũ quam ardenter ſumpſerit.

Intereà Lydvvina tota flammis charitati
cenſa, non deſtitit die noctuque pro anima
ſalute cruentos lachrymarum imbres profu
re; eò magis, quò certiùs per ſpiritum horre
damnatorum pœnas apud inferos cognou
Frequenter, angelo duce, ad loca purgatorij
ducta, vidit immanes cruciatus eorum, qui
na familiaritate in vita ei coniuncti fuera
ter quos ſacerdotẽ quẽdam ( vt alios inter p
mos ſilentio prætercam) qui cùm tota vita
nis illecebris deditus, corruptos ſtatuiſſet c
gere mores, morte præuentus, etſi valde co
tus, ſine vlla tamẽ ſatisfactione è carne migr
rat, pro quo Lydvvina cum aſſiduis precibu
um exoraret, rapta in ſpiritu ad expiationis
onem, audiuit è puteo abyſſi, vocem ſanè lu
brem, cognouitque ex angelo ſuo, ſacerdote
lum decem iam annis ibidem detineri. Cu
ex ea quæreret, velletnè pro eius abſolutio
liquam ſubire pœnam, reſpondit illa, ſe id
mo velle libentiſſimo. Tum angelus voragi
quandam valdè horribilem oſtendit, multo
torrentium inſtàr, magno impetu reboan
quam tranſmittere eam oportere dicebat, ſi v
let afflictiſſimæ ſacerdotis animæ ſubueni

Orat nocte ac die pro ſalute animarum.

Vidit ſacerdotem quendam in pœnis purgatorij.

N

Nec renuit illa, ardentiſſimis charitatis flammis incenſa, quanquàm ingenti tremore concuſſa; ſed angelo hortante, & diuina virtute eam confirmante, tumultuantes illas vndas ingreditur ac ſummo cum labore eas ſuperans, victrix tandem quod optauerat, obtinuit: viditque repentè ſacerdotis illius animam niue candidiorem è pœnis euolantem, & cum iubilo ad cælos abeũtem: Et nè quis hæc aliaque, que innumera ſunt, vana eſſe exiſtimet, conſtat certè *Lydvvinam*, cùm diu oppreſſis ſenſibus in huiuſmodi raptibus iacuiſſet, ad ſe reuerſam, multo ſudore perfuſam, animo ita conſternatam fuiſſe vt nemo circumſtantium ambigeret, eam ſpiritu valde fatigatam alicundè reuertiſſe.

Sacerdotis animam è pœnis liberat.

Sæpiùs etiam noctibus rapiebatur (in corpore an extra corpus incertum) ad loca illa in quibus Chriſtus noſtrę ſalutis redemptionem operatus eſt: è quibus, multis interdum liuoribus contuſa & vulneribus conciſa redibat, cùm tamen ſpiritus eius incredibili gaudio perfuſus exultaret. Hæc autem vulnera angelus ei ideò inflicta eſſe dicebat ne quid ambigeret ſe ſacris in locis fuiſſe. Sed & homines fide digniſſimi, hoc in ea poſt crebros raptus, obſeruarũt, quòd haud ſecus redoleret, quàm ſi precioſiſſimis vnguentis delibuta fuiſſet. Spiritus enim cæleſti dulcedine plenus redundabat; prorsùs, vt inſtar vaſis muſto exuberantis, totum tugurium; impetu quodam ſpiritûs efflando compleret; præſentesq; oẽs, diuina quadã virtute mirificè exhilarabat. Multi ſæpè cùm nares oraq; ſua pectori eius admouerẽt, vt pro voto, ſpiritûs ei⁹ & ſuauiſſimi odoris reliquias haurirent mirabantur, quomodò tantarũ redundantiam deliciarũ ferre

Sæpe ducitur ad loca terræ ſanctę.

Conſolationes ſpiritus, in corpus eius redundarunt.

poſſet; quibus illa reſpondebat: Quam bon
mihi, vt minùs ſapiens loquor, quòd in infir
tatibus meis humiliat me Dominus: nàm ſin
lis, pondus conſolationum eius nequaquam
re poſſem. Itaque cùm abundo conſolationi
diſco poſteà in corpore miſerabili, incredib
perferre cruciatus. Bona eſt conſolatio, quan
tumor inflat, ſed timor conſolidat.

*Nota optimam ſententiam.*

Fuit ei ſumma quædam cum angelo cuſt
familiaritas adeò vt vel ſolo hoc ſolatio, fa
omnes mundi huius conſolationes reſpue
Die quodam ſolenni, diuinis intenta medita
nibus, aſſidentem ſibi cum alijs nonnullis c
feſſarium, modeſtis admodum verbis rogau
ſoli trium horarum ſpatium concedere nó
uarentur. Abeunt confeſtim omnes, ſed conf
riùs, qui angelum aduenturum credebat, vt
deſiderata eius viſione frui poſſet, clam ſe in
ginis cubiculo abdidit. Eccè autem paulò p
aduentá angelus, blando quidem vultu eam
ſpexit, ſed propiùs, quàm ſolebat, accedere
cuſabat. Tum virgo ex hominum familiari
aliquam ſe peccati contagionem contraxiſſ
xiſtimans; vim lachrymarum profudit. Ang
autem eam conſolante, & non eius, ſed illius
ibidem deliteſceret culpam eſſe dicente; ac
flere cœpit: Qua re timore pariter & pudore
fuſus ſacerdos, ilicò ſe indè recepit: virgo v
Lydvvina immenſo lumine circumfuſa, pri
in ſpiritu ad loca pœnarum, indè ad contem
dos cælicolas, deducente eam angelo, rapta
Et ne quis hæc in dubium vocare audeat, con
certè, cùm hoc modò ſpiritus à corporis con
tudine auelleretur, quòd omnem ſentiendi v
non modò amiſerit, ſed mortuæ ſimilis mu

*Familiaritas eius cũ angelo.*

*Raptus eius mirabilis.*

*Non ſentit præ mentis exceſſu vim ignis, corp*

tempore iacuerit, prorſùs vt quodam brumali frigore, relictis per imprudentiam ad lectulum prunis, latus eius, ad ipſa vſque oſſa, ſine vllo doloris ipſius, ſenſu abſumptum fuerit. eius deuaſtantis.

Mira etiam in ea fuit prophetiæ gratia, ita vt & arcana cordium eam non laterent, & abſentia haud ſecùs ac præſentia clariſſimè intueretur. Magnum quandoque nauium apparatum mercatores in Orientem nauigaturi fecerant. In ijs nauta quidam virgini familiaris, die feſto cum alijs profecturus virginis ſe precibus commendauerat. At virgo futurorum preſcia hortatur eum, vt die ab alijs præſtituto, mari ſe committere nō præſumeret. Si faceret, accepti conſilij hauquaquàm pœniturum. Nauclerus, licèt inuitus, conſilio acquieuit, alijsque gratulabundis è portu ſoluentibus, ille triſtis domum redijt, conuicijs pariter ac pudore affectus. Sed accidit, vt claſſis illa paulò pòſt in piratas incideret à quibus partim ceſa, partim demerſa fuit, nautis & militibus in captiuitatem abductis. Nauclerus verò, qui ſaluberrimo virginis conſilio paruerat, proſpera vſus nauigatione, mercibus onuſtus & opibus auctus domum redijt.

Donum prophetiæ.

Nautam ſeruat in immi nētibus periculis.

Iuuenis quidā Coloniæ Agrippinæ natus, Gerardus nomine, cùm varia de certo aliquo vitæ genere eligendo, cū animo ſuo conſilia agitaret, & deſiderio ſolitariæ vitæ vehementer inflammatus, AEgyptum cogitaret, ne temerario auſu in apertum corporis & animæ diſcrimen ſe conijcere videretur, ſtatuit antè omnia Lydvvinæ exquirere conſilium. Illa verò, vt hominem ad ſe venientem conſpicata eſt, tanquàm commilitionis ſui exhilarata præſentia, futurorumque optimè conſcia, hortata eſt eum ad ſpiritale certa-

Gerardus Coloniēſis, ſolitarius ſanctus.

men in vaſta AEgypti ſolitudine ſubeundum
nec dubitaret quidquam de ope diuina; vtpote
qui cæleſti manna poſt tertium ab ingreſſu di-
em, ad finem vitæ vſque foret alendus. His virgi-
nis monitis, Gerardus ille ad ardua quæque pro
Chriſti amore aggredienda alacrior factus, in
*Nutritur manna.*
AEgyptum profectus eſt; vbi in arbore domici-
lio conſtituto, multùm in vera pietate profeci
& cæleſti alimonia ſuſtentatus, Angelicis me-
ruit colloquijs perfrui. Fuit autem corpore
obeſo, vt colli eius pinguedo, in veſtis oram e-
trinſecus ſe diffunderet, cùm tamen omnis ali-
menti corporei expers, cæleſti, vt olim filij Iſ-
*Gerardus quãdo mortuus.*
rael, cibo vitam ibidem ſuſtentaret. Abijt verò
vita, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo
viceſimo ſexto, cuius ſpiritum Angelorum mini-
ſterio ad cælos abeuntem vidit Lydvvina.

Porrò virgo ſacra, cùm iam viceſimum octa-
uum in ſua infirmitate annum ageret, atque in-
credibili ſpiritûs feruore ad martyrij palmam
aſpiraret, accidit vt milites quidam Ducis Bur-
gundiæ Philippi (qui illo tunc fortè tempore a-
pud Hollandos inaugurabatur) facta aduerſus
Chriſti ancillam conſpiratione, furibundi in il-
lam irruerent, turpiſſimaque conuicia iactan-
tes, detractis corpuſculo operimentis indignis
*Militũ quorundam improbum facinus in ſacram virginem.*
modis cõtrectarent; nec paucis vulnera eius vul-
neribus cumularent. Indè verò tanquam præcla-
ro patrato facinore recedentes, multis calum-
nijs ac mendacijs, eam apud omnes traducunt,
beſtiam, voracem, ac proſtibulum appellantes,
quæ ficta pietatis ſpecie, per ſummum ſcelus
ſanctitatis opinionem apud rudes homines, a-
ptare non vereretur. Hic rumor ſceleratis co-
ſermonibus longè lateque diuulgatus, ipſi
Burg-

Burgundiæ Ducem permouit, vt ſtrenuos quoſdam, non minùs, quàm honeſtos milites mitteret, qui Lydvvinæ vitam diligenter ſcrutinio excuterent, vt ſi eam ab illa ſanctitatis opinioue alienam inuenirent, dignum de ea ſupplicium ſumerent. **Illi igitur** numero ſex, virginis domum ingreſſi omnia perſcrutari cœperunt, amotiſque cognatis & familiaribus, diebus admodum nouem, totidemque noctibus cuſtodes perſeuerarunt: ſed aliud nihil in virgine deprehendere potuerunt, quàm quòd cibi omnis potûſque expers, ſuauiſſimis in Deum contemplationibus raperetur.

Ad nouem dies, curioſiſſimè à militibus obſeruatur Lydvvina.

Hinc igitur omni ſuſpicione falſæ ſanctitatis amota, virgo ab ipſo Duce alijſque omnibus maiore in honore ac celebritate haberi cœpta, adeò vt venerabundi ad eam vndique multi concurrerent, atque in rebus dubijs conſilium & afflictis opem flagitarent.

Cùm autem iam tempus adeſſe intelligeret, quo mortalitatis ergaſtulo ſoluenda, laborum ſuorum à Domino præmium, iuſtitiæque coronam perciperet, accerſitis ad ſe domeſticis, multis, cum lachrymis ab omnibus erratorũ ſuorũ veniam poſtulauit. Fertur tunc ex corpuſculo eius tanta odoris manaſſe fragrantia, vt omnes quaſi torrente quodam voluptatis potati ſe continere non poſſent; quin ei gratularentur. Illa verò in extremo illo ſpiritu, acerrimis nouorũ dolorum ſtimulis adeò vehementer vrgeri cœpit, vt diro cum vomitu, fellis particulas reijcere cogeretur. Tandẽ tertio Paſchatis die, amore pariter & dolore abſorpta, puriſſimum in manus creatoris ſpiritum efflauit.

Moritur virgo ſancta.

MAR-

## *MARTYRIVM SS. MAXIMI & OLY- piadis, qui paſſi ſunt in Perſide ciuitate Cordu- na, vt docet Baronius, in not. Martyr. Rom.*

**15. Aprilis.**

QVo tempore Chriſtiana pietas in Perſi-
aduerſus Decij tyrannidem inuicta p-
manebat, Olympiades & Maximus, v-
cùm generis nobilitate tum pietate admod-
inſignes, Decio Imperatori in ciuitate Cordu-
na oblati ſunt. Qui cùm incredibili tunc temp-
ris in Chriſtianum nomẽ furore incandeſcen-
iuſſit eos, præterita vſitata iudicij ratione, fu-
bus cædi. Cumque in tormentis ſine vlla dolo-
ſignificatione inuicti perſiſterent, Decius ira v-
hementiùs inflammatus: Pandite, inquit, no-
facultates veſtras. Cui protinùs Olympiades:
quidem libenter id faciemus: noſtræ enim fac-
tates & aurum & gemmæ Chriſtus eſt. Ad h-
igitur accedito, & veris diuitijs abundabis. T-
renas enim & perituras facultates ignoram-
corpora verò hæc olida tibi lanianda tradim-
animas certè prohibere non poteris, quò min-
ad ſuum creatorem abeant. Decius hæc audie-
multò vehementiùs fuſtibus & plumbatis c-
eos iuſſit. At martyres magis cõfortati exclam-
bant. Fac quod facis, & noli ceſſare, munda qu-
ſordidũ eſt. Decius tanta verborũ contumeli-
putabat, laceſſitus, tradidit eos Vitellio Ami-
vicario excarnificandos, qui furore plenus, iu-
eorum capita ſecuribus tundi, donec fœlici ſ-
ne impollutum Deo ſpiritum traderent. Dei-
ſacra corpora canibus deuoranda reliquit: ſ-
canes pio obſequio, Vitellij impietatem dam-
tes, cuſtodes corporum ſe præbuerunt; adeò
lugubri etiam mugitu mortem eorum deplo-
re-

*Marginal notes:* Maximus & Olympiades Decio oblati. — Verę diuitię Chriſtus. — Cæduntur plumbatis. — Traduntur Vitellio Amiſio. — Canes corpora d functorum cuſtodiunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rent. Itaque poſt dies quinque Chriſtiani quidã nobiles,qui Abdon & Sennes,cognati fuiſſe perhibentur,ea collegerunt, collectaque honorificè in domo ſua ſepelierunt, duodecimo Kalend. Aprilis.

*VITA S. PATERNI EPISCOPI ABricenſis. ex ea quæ eſt optima fide apud Surium. Numeratur quartus Abricenſis Sedis Epiſcopus. Interfuit autem ſecundo (primo quidem, ordine inuerſo, nuncupato) Cõcilio Pariſienſi, ſub S. Germano Eccleſiæ Pariſienſis glorioſo Antiſtite celebrato, Anno inſtauratæ ſalutis 559. temporibus Childeberti Regis Francorum.*

C.Baron: in not:Mart. Ro:tomo 7. Annal:

Beatiſſimus Paternus apud Pictauos, Aquitaniæ oppido, parentibus, & generis nobilitate & publica adminiſtratione conſpicuis ortus, natalium ſplendorem, vitæ & morũ claritate vicit, Iulita matre, iam ab annis duobus vidua, illum honeſtiſſimè educante.

16. Aprilis.

Patria & parentes eius.

In ipſa verè tenera ætate, cæleſti inſpiratione permotus, religioſæ vitæ frenos ſibi ſpontè iniecit, in monaſterio Enixionenſi, Dominicæ ſeruitutis iugo & habitu monaſtico ſuſcepto. Vbi ſanè non obſcura de ſe indicia dedit, idoneum ſe fore, cui diuina agente prouidentia pontificatûs functio, & plurimarum rerum adminiſtratio quandoque demandaretur.

Monaſticã vitam complectitur.

In ipſa adoleſcentia, ad ſublimiora ſanctæ vitæ ſtudia aſpirans, cùm non fideret ſibiipſi propter ætatis teneritudinem, cum Scubilione eiuſdem loci monacho, pro Chriſti amore relictis parentibus, in pago Conſtantino cõſtituit peregrinus degere. Itaque nihil præter Pſalterium

ſecum accipientes, eò profecti ſunt. Amb verò propter captandam ſolitudinem, inſu quandam adire cupientibus, vir quidam nob atque religioſus eos apud ſe detinuit, done uibus ſuis illorum aduentum indicaret: roga que illos, vt in fanum Sciſciacum ſe recipien ſuis precibus hoēs ethniciſmi erroribus im catos à dæmonum cultu reuocarent. Tum illi circa montis ſinum, in cauernam quan ingreſſi ſunt: cumque populus execrabili d conſuetudine, in illo fano debaccharetur, ſa viri monitis & precibus ab eo furore menti inſania reuocare conati ſunt: atque ad vnius & ſempiterni Dei cognitionem adducere homines impij, ſpretis per ſummam contu am ſaluberrimis monitis, ritu ſuo cœptum tum pertinaciter perſequuntur. At ſancti vi ſanctæ Crucis ſigno, tum fidei feruore arm póſthabito præſentiſſimo vitæ ſuæ periculo ſa, in quibus miſeri illi pulmenta coqueban is ſcipionibns euertunt, potumque nefarium fundunt. Eccè autem qui ſanctos viros cru internecione delere putabāt, nutu diuino t re correpti ſubſiſtunt; ac ſtupore perculſi pe retrahunt. Sanctis verò ad locum ſuum abe bus, mulier quædam impudica in illorum ſe tumeliam nudauit: at repentè membris om bus contrahitur, totoque anno, vigore corp tabeſcente, cruciatur, neruisque debilitatis am vlcere flagellatur, donec petita à Sanctis nia, illis Dominum rogantibus, ſanitati reſti eſt.

S. paternus cum Scubilione degit in ſpecu.

Illorum zelus & conſtantia.

Mulier impudica punitur diuinitus.

Accidit die quodam, vt non niſi dimidiu nis illis ad neceſſariam refectionem ſupere Adueniente autem peregrino quodā, beatus

ternu

ternus, volens ex illo apud Deum ſibi mercedem potiùs colligere, quàm in ventre ſuum recondere, eum illi largitus eſt. Intereà Scubilio, ſtata edendi hora, eum panis fruſtum requirens nec inueniens, tulit moleſtè quod labore defeſſus, nihil quo exhauſtas vires reficeret, inueniret. Paternus verò, eum conſolans, hortabatur, vt nihil de Chriſti benignitate dubitaret, qui dubio procul famulis ſuis eſcas ſubminiſtraret. Hæc eo dicente & fratrem conſolante, confeſtim adfuit VVitheus, qui ſe primis in illorum diſciplinam tradiderat, cum magna munerum ciborumque copia, ſicque intra temporis ferè punctum, quod indigenti Paternus impartierat, cum grandi fœnore receperunt. Sed cùm cibum caperent aquá, qua ſitim ſedarent non habebant. Mox igitur in terram proſtrati, ſupplices Chriſto, qui eſt fons vitæ indeficiens, preces offerunt, vt ipſe famulis ſuis aquam largiretur in deſerto, qui populo Iſraelitico olim è petra, largiſſimas produxit vndas in ſolitudine. Audiuit auris propinqua clementiſſimi Saluatoris, preces ſeruorum ſuorum tangenteque Paterno humũ baculo, fons erupit: crederes te videre Moyſé virga percutiẽté petrã.

Benignitas eius in pauperes.

Exodi 17.

Fontẽ precibus impetrant.

Num. 20.

Eius rei fama crebreſcente, vir venerabilis Generoſus, Abbas eorum, poſt triennij ſpatia abijt ad requirendos monachos ſuos, tam benè fugitiuos quippè qui ad Chriſtum aufugerant. Vbi aũt ad illos peruenit, didicit Paternũ arduum ſanè vitæ inſtitutum ſequi, præter panem & aquã, vel olera ſale conſperſa nihil alimentorum admittere, & non fœminarũ duntaxat, ſed virorũ etiã aſpectus declinare: vt ab hominũ conſuetudine ſemotus, ſollicitè opperiretur viſitationes angelicas: tantoq; plꝰ proficeret in rerũ diuinarũ

S. Paterni vita rigida.

con-

contemplatione, quanto minùs haberetex
minibus ſolatij. Tum prætereà cognouit, e
nullo vnquam cubare in lectulo, pro molli l
aſperum vſurpare cilicium, vt nec ipſa quid
nocturna quies, corpori ſine moleſtia abiret
actoque in ſanctis laboribus die, nox non ad
etem, ſed ad laborem ſuccedere videretur. H
gitur conſideratis, vt aduertit Abbas eum mo
ſtici Canonis metas, tanquàm equum impati
tem, immodico feruore excedere, impoſitoq
dam freni retinaculo, ad moderata eum iei
reuocauit, ſimulque iuſſit nè tam arctæ ſed
ſolitudini, nec virorum aſpectum & collo
recuſaret; tum etiam cellulas inuiſeret. Sim
tiam apud Leucianum Epiſcopum præclarum
**Paternus fit presbyter.** teſtimonium reddidit: qui eum primò diacon
indè presbyterum ordinauit. Ille verò, quò
ſibi ſenſerat ex illa promotione acceſſiſſe dig
tatis, tanto plus ipſe ſibi cumulandis virtutib
veri & honoris adijcere nitebatur. Tantus apud
Sciſciaci, ex eius & Scubilionis laboribus, gra
fructus excreuit, dum illic cæleſtis verbi ſemi
ſpargerent, vt fanum profani cultûs, in pecor
ſtabula redactum ſit. Spelunca autem illa in q
viri illi egregij ſe abdiderant, tam ſuaues e
diffudit virtutum odores, vt permulta ex Pat
no prodierint monachorum examina, nec pau
apud Conſtantienſes, Baiocenſes, Cenoman
**Multa cōdit monaſteria.** Abrincenſes, Rhedones in Britannia minori a
illo fundata ſint monaſteria. Claruit autem ei
eximia fides multis argumentis, & ſacram vita
miraculorum ſigna declararunt.

Sciſciaci namque oblata ei fuit ancilla muta
**Mutā curat.** ab Oriaſte presbytero, cuius maxillas oleo co
ſignans benedicto, id effecit, vt priſtinum voc
bene

beneficium reciperet. Apud Abrincenſes, Vrci cuiuſdam ancillæ manus adeò erãt vi morbi cõtractæ, vt nec fila quidam è glomo poſſent diuellere. Orauit pro ea vir Dei, & citò laxatis neruis, integra manibus incolumitas reſtituta eſt. Id vbi fama longè lateque diuulgauit, multa Childeberti regis prece compulſus, ei Pariſijs vehiculo operto incluſus occurrit: cumq; Milenico puer ſerpente percuſſus, ilicò è corpore abiturus videretur, acceſſit ad eum vir ſanctus editoque ſigno, & olei liquore puero perfuſo, exitiale virus tali antidoto profligauit. Quo ſanè in loco, in rei geſtę teſtimonium baſilicam in beati viri honorem condiderunt. Vbi autem maligni ſpiritus eum Pariſios aduentare ſenſerũt, ex obſeſſis corporibus aufugerunt: & qui febre correpti erant incolumes euaſêre: nec potuit illic durare morbus, vbi tam inſignis medicus ſua pharmaca produxit. Poſtea verò cùm vir Dei pro pauperibus regias aures appellaret, inclytus rex Childebertus Creſcentio, ad quem publica cura ſpectabat, mandauit, vt quod beatus Paternus ab ipſo exigeret, id exequi nè omitteret. Promiſit ille ſe ita facturum, ſed fidem fefellit. Nam in Burgundiã profectus eſt, viro ſanctiſſimo neſciente. At mox illum diuina vltio perſecuta, oculorum lumine priuauit, ita vt biduo erraret. Agnoſcens igitur culpam ſuam, celeriter eſt regreſſus ad hominẽ Dei, veniamque petijt: eodemq; momento, quo ab animo iniquitas abſceſſit, oculis lux reddita eſt: factuſq; ex ipſa cæcitate eruditior, ſerui Dei non diſtulit parere voluntati, felicior effectus pulſa pectoris caligine, quam oculorum luce reparata.

Signo Crucis & oleo pellit virus.

Dæmones fugiunt aduentum S. Paterni.

Cæcum illuminat.

Iam ſeptuageſimum ætatis agebat annum B.

Paternus, & Abbatis officio fungebatur, cùm
cè Sciſciaci in cellula, quam primò extrux
*Viſio S. Paterni.* quieſcenti quadã nocte, viſus eſt locus ille m
claritate perfuſus. Simul autem viſi ſunt ad
ingredi, ſancti Epiſcopi Melanius, Leucian
Beor, qui ad Dominum migrauerant, ipſum
ordinare antiſtitem. Hac ille viſione obſtu
ſed tacitam apud ſe habere volens, tamen oc
tare non potuit, quàm poſteà ipſe rei euentu
omnium notitiam perduxit. Nam non mul
interceſſit temporis, cùm decedenti Abrinc
*Creatur Abrincenſis Epiſcopus.* epiſcopo, ad regis & populi preces ipſe fu
ſit. Nec enim recuſare potuit, quod ſecretà
mini diſpenſatione, ſibi imponendum iam
tè præuiderat. Vbi autem id honoris adeptus
talem ſe præbuit, tum in veterum eccleſia
inſtauratione, tum in nouarum ædificatione
morum etiam reparatione, & pauperum pro
ratione, vt eſſet in ſingulis admirabilis & in o
nibus ſingularis. Cùm autem quadam vice, in
go Theodiſiaco, ad comitem Seuerum fœm
quædam, ciuis Rhedonenſis, veniſſet planè m
ta, ſanctoque viro in oratorio eſſet oblata, &
*Muto loquitur.* pro ea preces fundente, actutùm longa rup
lentia, nec potuit diutiùs ſeruire inimico,
qua Chriſtus eius & creator & ſaluator fue
interpellatus.

Tertiumdecimum annum in Abrincenſi po
tificatu iã agens vir ſanctus, altero Paſchatis
cùm fratres Sciſciaci inuitare cuperet, in mo
bum incidit, itemque ſanctus Scubilio apud M
danenſes. Mittunt autem vtrinque nuncios, m
tuoque ſibi ſignificant, vt priuſquam migrent
hac vita mutuo conſpectu fruantur. Nunc
ipſo itinere ſibi fiunt obuiam, rogantq; bea
Sc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scubilionem, vt beato Paterno occurrat. Id verò quò minùs ire poſſet, ſinus quidam maris impedimento fuit, quem nocturno tempore traijcere non licuit. Verùm cùm à Sciſciaco ferè tribus milliaribus abeſſet, eadē omninò hora B. Paternus, & frater eius Scubilio reuerendus Præpoſitus, nobili triumpho, comitibus angelicis ſpiritibus, animas ſuas è terris ad cæleſtia regna, cum CHRISTO æternum victuras transmiſerunt.

Obit S. Paternus & Scubilio.

Cùmque & Paterni exequias celebraret Lauto Epiſcopus, qui ante dies octo eius inuiſendi cauſa eò venerat, eiuſque ſacrum corpus ad baſilicam deportaret: itemque Lanſcius epiſcopus S. Scubilionem ad baſilicam eandem adduceret, ambo pontifices, concinente pſallentium choro, præter omnem expectationem ſibi inuicem occurrerunt, pariterque in eodem loco conuenerunt: & viri ſanctiſſimi, quorum funera illi antiſtites curabant fœlici tranſitu locum orationis, quem ipſi extruxerant, eodem die ſimul occuparunt: & qui ſe in vita mutuo dilexerant, nec in morte quidem ſeparati ſunt, idque adeò, vt vno eodemque momento, pariter conditi ſint: nec dubium, quin Chriſto redemptori noſtro, noſtri amantiſſimo, electi eius gratia, è ſeculo fœlicibus meritis illuſtres, pariter occurrerint in cælis: etiam poſt obitum beatis & mirificis operibus integrè viuentes, & miraculis coruſcantes, ad laudem & gloriam præpotentis Dei, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.

Lauto Epiſcopus ſubſcripſit in Aurelianēſi Conc. 2. & 3.

Amen.

C.Baro. to. 2 Anna. Eccl. & in not. Mart. Rom.

*MARTYRIVM S. MAPPALICI, Q[ui] coronatus eſt anno Domini 253. in perſecu[tione] Decij Imperat.*

17. Aprilis.

B Cyprian: epiſt. 92. & 23. ad. Fam.

SAnctus Mappalicus, apud Africam, cu[m a]lijs pluribus martyrio coronatus eſt. S[cri]bit de eo beatus Cyprianus in epiſt. ad m[ar]tyres & Confeſſores hoc modo. Vox plena [Spi]ritu ſancto de martyris ore prorupit, cùm M[ap]palicus beatiſſimus inter cruciatus ſuos pro[con]ſuli diceret: Videbis cras agonem, & quod [cum] virtutis ac fidei teſtimonio dixit, Dom[inus] impleuit. Agon cæleſtis exhibitus, & Dei ſe[ruus] in agonis promiſſi certamine coronatus eſt. [Et] poſt pauca. Hunc igitur agonem per proph[etas] antè dictum, per Dominum promiſſum, per [A]poſtolos geſtum, Mappalicus ſuo & collega[rum] ſuorum nomine proconſuli repromiſit, nec [fe]fellit in promiſſo ſuo vox fidelis. Pugnam, q[uam] ſpopondit exhibuit; & palmam, quam mer[uit] accepit. Iſtum nunc beatiſſimum martyrem [&] alios participes eiuſdem congreſſionis, & con[ſtan]tes in fide ſtabiles, in dolore patientes, in q[uæ]ſtione victores, vt cæteri quoq; ſectimini, [&] pro pariter & exhortor, vt quos vinculum co[n]feſſionis & hoſpitium carceris ſimul iunxit, [iun]gat etiam conſummatio virtutis & corona c[æ]leſtis.

C.Baro. to. 2 Annal. & in not. Mar. Rom.

*GLORIOSVM MARTYRIVM S. ELE[u]therij, Illyrici Antiſtitis, quod animo planè h[e]roico exegit, Romæ; ſub Hadriano Imperat[ore] Circa annum Redemptoris 120. cum matre [An]thia, & Corebo Præfecto. Ex Metaphraſte.*

Ele[utherius]

ELeutherius ex inclyta vrbe Romana, illuſtri admodum genere, diuitijs & mũdi huius gloria cum primis præſtãtiſſimo ortus, (quippè cuius parentem ter conſulatum geſſiſſe referunt hiſtoriæ) pietate & religione admirabilis, tãquàm lucidiſſimum ſydus impietatis tenebras profligauit Mater eius Anthia, fœmina omnibus virtutibus ornatiſſima, cùm ex D. Pauli prædicatione Chriſti fidem percepiſſet, religionis ſtudio incredibiliter incenſa filium ſuum Eleutherium ſanctiſſimis diſciplinis inbuendum curauit, quò aliquãdò doctrinæ & virtutis ſplendore obſcuratam pietatis faciem in Eccleſia illuſtraret. 18 Aprilis. Patria & parentes eius.

Ea tempeſtate AElius Adrianus Romani Imperij ſceptra tenebat: Romanæ verò Eccleſiæ Anacletus cum poteſtate ſumma præerat, qui ſedẽ illam multis virtutibus adornabat, Chriſtique Eccleſiam cùm non mediocri ſanctitatis opinione regebat. Huic igitur Anthia filium ætate pariter ac virtute adultum tradidit, vt ab eo perfectiſſimam ac numeris omnibus abſolutã viuendi rationem hauriret: fidelique patri fidelis diſcipulus miniſtraret. Ille verò mòx, ingenua indole & inſigni morum eius probitate cognita, primùm Diaconum, deindè Presbyterum, poſtremò Epiſcopũ Illyrici ordinauit: quas ſacras Eccleſiæ functiones Eleutherius ſic ad clariſſimam veritatis lucem quam plurimos traheret, ac impio ſimulacrorum cultu euerſo, verá Chriſti religionem conſtitueret.

Traditur põtifici Anacleto erudiendus.

Fit Epiſcopus Illyrici.

Illuſtris pietatis ſplendor, ſuos vbique radios iam clariùs diffundebat, cùm malignus Adrianum noua quadam rabie incitauit, vt cunctos Chriſtianæ fidei cultores internecione deleret,



maio-

maioremque ſuis dæmonibus honorem dec
neret. Et quidem vt ante alios, caput ipſum p
tatis, Eleutherium, inquam, deleret, miſit vn
ex Ducibus exercitûs Felicem nomine, vt e
catenis vinctũ ſuo ſiſteret tribunali, vt eius ſ
plicio cæteris terrorem incuteret, vniuſque
emplo gregem vniuerſum diſſiparet.

Hadrianus mittit Felicem Ducem exercitus, vt Eleutheriũ comprehendat.

Felix igitur magna militum ſtipatus cate
tanquàm immanis fera prædæ inhians, prim
templum ipſum (in quo tunc fortè vir ſanctus
Christianæ fidei myſterijs differebat) circu
dit, ne qua effugium pateret: deindè vultu
truculento ingreſſus ſæuitiam ſpirabat; ad
cuncti eius conſpectu conſternati trepida
mortemque haud dubiam expectarent. Se
immenſam Christi virtutem ô bonitatem) p
quàm coniectis in Eleutheriũ oculis, homi
ſuauiſſimum doctrinæ fluentum profunde
luculenterque pietatem annunciantem aud
ſet, ſtatim mutata ſæuitia fit ouis ex lupo & 
perſecutore diſcipulus: adeò vt priorum v
oblitus, obortis lachrymis ad pedes ſancti p
cideret, ſupplexque veniam peteret, atq
Christi Eccleſiam aggregari cuperet. Eleuth
us verò cùm incredibili martyrij cupiditat
deret, prompto alacrique animo egreſſus f
foras protulit, ac Romam ad confeſſionem
nauit. Sequebatur eum Felix dux exercitus
qualis venerat, perſecutor & Dominus, ſed
milis diſcipulus & Christi amicus. In ipſo a
itinere ad aquam quandam vt ventum fuit, F
in pietate iam confirmatus, tanquàm alius C
daces, à diuino Philippo nempè Eleutherio b
tizatur, & idololatriæ caligine, tanquam put
aliquo indumento exuitur.

Felix ſubitò mirabiliter mutatur, & fit Christianus.

Eleutherius Romam cõtendit.

Actor. 8.

Felix baptizatur.

Poſtquàm verò Romam venerunt, Eleutherius Imperatori ſe ſiſtere iuſſus, magno & excelſo animo ad Imperatoris tribunal ingreſſus eſt. Imperator verò, vt vidit eum & iuuenem & formoſum, & virtutis ornamento & animo & oculis decorum, multis eum blanditijs eſt aggreſſus, ſpondens atque promittens, vt ſi Christiana religione contempta, ad deorum vellet cultum trāſire, multis magniſque honoribus affectus triumpharet; ſin contrà: grauiſſima ſupplicia nequaquàm ſubterfugere poſſet. Ad hæc, cùm vir ſanctus aliquamdiu ſeruato ſilentio, ne reſponſione quidem dignum eum reputaſſet, tandem ait: Quomodo veſtris dijs ſeruire potero, aut qua demum ratione ſpreto Omnipotente Deo, ad nefandum dæmoniorum cultum tranſibo? quin potiùs veſtrum amētiam ſatis deflere nequeo, quòd lignis lapidibusque viliores facti, in contemptum ſummi illius Domini, manuum veſtrarum opera colitis, ac cæca mente in perditionem æternam ruitis. Itaque ego Chriſto Deo meo adhæreo, illique ſoli ſeruio: veſtros verò honores deſpicio, & has pueriles ſuppliciorum laruas, infantium terriculamēta eſſe reputo Mihi enim iā totus mundus eſt crucifixus, & ego mundo: & mori pro Chriſto deliciꝫ mihi ſunt & exultatio.

*Hadrianus blāditijs aggreditur Eleutherium.*

*Præclara Eleutherij reſponſio ad Hadrianum.*

*Gal. 6.*

Hoc reſponſo in rabiem conuerſus Imperator, æneum iuſſit afferri grabatum copioſo igne candentem: vt in eum athleta Chriſti extenderetur. Sed martyr non manus expectans carnificum lætus in eum inſiluit, totuſque in toto ſeipſum extendit. Deus autem cæleſti voluptate martyrem perfundebat, adeo vt tanquam rore quodam ſuauiſſimo refrigeratꝰ, in molli ſe herba cubare putaret. Imperator autē poſtquā animi rabiem

*Eleutherius vltrò ſe ſupplicio tradit, ſed illæſus permanet.*

eo tormento ſe leniſſe exiſtimabat, tâquam iā mortuū tolli iuſſit: ſed martyr magnis vocibus collaudata Chriſti virtute, exilijt; ſeque in cōſpectum tyranni dedit ac ait: Aſpice ô Imperator, quem tu exiſtimaſti ab igne deuorādum, ſola Chriſti virtute ſanus & illæſus cōſiſtit; quare agnoſce illius potentiam & deorum tuorū imbecillitatem.

Hanc dicendi libertatem, ſuam interpretatus contumeliam Imperator, iuſſit martyrem in craticulam proſtratum, voracibus flammis, oleo feruenti deſuper effuſo torqueri, donec atroci te ſupplicij victus expiraret: ſed ignis & oleum ſuarum virium obliti, nullum non modò ſupplicium ſed maximum martyri refrigerium attulerunt. Tum verò acriore percitus furore tyrannus, ſartaginem pice & adipe bullientem ante oculos inuicti athletę conſtitui iuſſit, & ait: E- leutheri, per deos immortales, magna me tui cepit miſericordia, quòd videam te virum illuſtri loco natum, multiſque corporis & animi dotibus eximiè præditum, dura ceruice in apertam peſtem & exitium ruentem; quarè vide ne nostra beneuolentia, qua te ab imminenti mortis periculo conſeruatum cupimus, abutaris. Cui martyr probris blanditias remunerans: ô lupe, inquit, Arabice, qui Chriſti ouibus inſidiaris, nunquam, mihi crede, perſuadebis, vt ab hac pia & beata conſtantia deſiſtam.

*Iterùm blanditur tyrannus martyri*

*Viriliter reſpondet S. Martyr.*

Hîc Adrianus animo grauiſſimè ſauciatus, confeſtim iubet in ſartaginem præcipitari martyrem, ſed irrito plane, vt antè, conatu. Tùm verò furore ac dolore cōtabeſcens, dubius animi quid faceret ignorabat. Aderat Præfectus vrbis Corebo, qui quamuis aliqua fidei ac veræ pietatis mi-

mina intimis viſceribus incluſa teneret vanis tamen plus nimium huius mundi honoribus irretitus, liberè Chriſti fidem profiteri non audebat. Hic igitur vt Adriani dolorem nonnihil leniret, accedens ait: Ego te, ô Imperator, his curis liberabo: atque docebo iuuenem hũc vel tuis iuſſis parere vel malè perire. Hæc cùm dixiſſet, clibanum æneum intùs acutiſſimis obeliſcis armatum adduci, & copioſiſſimo igne accendi iuſſit Horribilis ſanè machina, & quæ primo aſpectu terrorem incutere potuiſſet. Sed martyr tota mente in cælo defixus, contra machinam orationis clypeo ſe muniuit; Deique virtutem inuocauit: Aſpice, dicebat, Domine Ieſu Chriſte de cælo, & vide qualia hi, qui te oderunt, contra me fabricantur. Libera animam meam à viris ſanguinum & à iaculo eorum, qui nomen tuum glorioſum delere conantur. Tange corda eorum ô Domine, menteſque eorum lumine tuo illuſtra, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, qui es benedictus in ſecula.

*Corebo præfectus vrbis, poſcit ſibi Eleutheriũ excruciandum.*

Corebo cùm martyrem hoc modo orantem attendiſſet, animo repentè mutato, ad imperatorem accedens: Dic, inquit, pro quo maleficio his ſupplicijs eſt afficiendus Eleutherius? Imperator hac inopinata voce perculſus, Tunè es, inquit, Corebo? Quod malum, aut quæ demùm Chriſtianorum præſtigiæ ad dementiam te impellunt? Nunquid cæca auri cupido, quod eius mater fortè tibi obtulit, animum mutauit? Ecquid eſt hoc? Nũquid ego te meis donis & opibus & gloria & mea denique familiaritate ac coniunctione beatum Romæ reddidi? Quod ſi plura deſideras licet tibi noſtris affatim frui: mei tibi ſunt aperti theſauri, ex his ambabus haurito manibus; teque

*Corebo cõuertitur toto animo ad Chriſtũ.*

*Imperator nititur illũ à Chriſto auellere.*

 ipſum,

ipſum, à fœmina furto ſublatis turpiter prod
re noli. Corebo autem totus diuino repletus ſ
ritu exclamauit : Tuum tecum eat in perditio
precium : Ego ad Chriſti ſeruitutem acced
deos tuos nulla virtute prçditos deſpicio His
ctis, incredibili furore exardeſcens tyránus, i
ſit præfectum eodem excruciari clibano, q
piſcopi munitus precibus illæſus planè in
permanſit. Adrianus autem his tormentis deſ
ſus, capitis eum damnauit: qua ſententia, Co
bo præclaram martyrij palmam ſtatim adep
eſt. Deindè reditur ad Eleutherium.

*Corebo gladio percuſſus fit martyr.*

Et primùm quidem in feruentem immi
clibanum, non ipſe ſolum ab horrendis cru
tibus ſtupendo Dei beneficio conſeruatus f
ſed magna etiam gentilium multitudo mira
lo ſtupefacta, Chriſto nomina dedit : ſpreto
tyranno, magnis vocibus Deum in ſuo mar
glorificauit. Tùm verò tyrannus frendens
menſque, martyrem in cuſtodiam dedit,
extrema confectus fame vitam ibidem c
morte mutaret. Sed nec hoc quidem ex animi
li ſententia ſucceſſit; Nam qui olim Danieli
Eliæ per volucrem alimentum ſuppeditauit,
dem martyrem ſuum in carcere per columb
pauit. Poſt hæc igitur indomitis alligatus eq
membratim lacerandus eſt traditus : ſed equ
mni poſita ferocitate, angelo duce, marty
ad montem placidè ac leniter deduxerunt,
verò à beſtijs ac feris nouo exceptus hon
conſtitit, donec miſſi ab Imperatore milites,
eum comprehenderent, aduenêre. Et quidem
ræ quæ martyrem circundederant, blandi
corporis motibus honorabant, impetu rep
facto aduentantes milites dilaniaſſent: ni p

*Multi conuertũtur ad Chriſtum.*

*Daniel. 14. 3. Reg. 17. In carcere, martyr columbæ miniſterio paſcitur.*

*Honoratur à feris martyr.*

martyr, oratione ſua, tanquam fræno iniecto eas compeſcuiſſet: militeſque in effuſam fugam præ timore conuerſos reuocaſſet.

Milites autem ab immodico pauore eius ſermonibus refecti, tandem gradum ſiſtebant. Ipſe verò læto alacrique animo ſe illis iungens, Romam iter ſuſcepit, multoſque eorum, luculento per viam ſermone, à dura dæmonum ſeruitute in libertatem fidei vindicauit. Poſtquàm verò Romam peruentum eſt, Imperator inani ſpe certam de martyre victoriam ſibi promittens, ſæuam leænam in eum immitti iuſſit; ſed illa magna quadam humanitate pedes eius amplectens, plantas lambebat, humilique corporis obſequio, ſummam reuerentiam exhibebat. Tyrannus autem fœmineæ hoc imbecillitati tribuens, ſimul cum ea marem adduxit: ſed is fœminam humanitate vincere contendens, ſimili obſequio pedes amplectitur, adhæret, exilit, geſtu, aſpectu & motu reuerentiam beneuolentiamque denunciat. Multi hoc ſpectaculo permoti, ad Chriſti cultum acceſsêre: alij verò flagitiorum ſuorum tenebris excæcati, Dei virtutem dæmonum præſtigijs aſcribebant, probraque & blaſphemias in Chriſti martyrem impiè iactabant: ſed repentina morte præmia blaſphemijs ſuis digna perceperunt.

Eleutherius milites, qui ad comprehendendũ eum miſſi fuerant, cõuertit.

Leones venerantur martyrem.

Blaſphemi in martyrẽ diuinitùs puniuntur.

Imperator autem poſtquam impios in martyrem conatus irritos eſſe cerneret, nè grauiora impietatis ſuæ detrimenta pateretur, capitis in eum ſententiam protulit. Ardebat athleta incredibili Chriſti deſiderio, lætuſque ac gaudens ad palmã properabat, pro qua hactenus tot ſuperatis ſupplicijs decertauerat. Vltimi igitur certaminis ſtadiũ ingreſſus, præclaram martyrij

S. Eleutherius cũ ma-

tre, per gladium martyrio coronatur.

coronam per gladium excepit, ſolutoque m
talitatis ergaſtulo triumphãs in cælos euola
Adhærebat collo eius circumfuſa pia gen
non lachrymis aut luctu deformata, ſed gau
& gloria perfuſa, in filij certamine exulta
nec priùs ab eius ſe amplexibus auelli eſt p
quàm ab impijs miniſtris interfecta, eadem m
tyrij corona redimita, ſimul cum filio cæl
brauio potiretur.

C. Baron. Tom. 2. An. & in not. Martyr. Ro.

*MARTYRIVM S. APOLLONII,*
*natoris eloquentiſſimi, quo coronatus eſt, R*
*Anno Chriſti Saluatoris 189. Eleutherij P*
*cis Romæ: 11. Commodi verò Imperat: 8.*
*quod eſt apud Euſeb: Cæſar: lib: 5. cap. 20.*

18. Aprilis.

Commodus hic Nerone crudelior, & Domitiano impurior, vt ſcribit Lampridius, non pietatis vel clementiæ ergò, ſed ſui cõmodi cauſa, pacem eccleſiæ conceſſit.

EO tempore, quo Commodus Roman
Imperium gubernabat, Chriſtiana reli
ad pacatum & tranquillum ſtatũ trad
fuit, & pax (diuina gratia largiente) omne
cleſias in toto terrarum orbe occupauit.
quidem tempore, ſalutaris Dei ſermo, hom
mentes cuiuſque generis adeò attraxit, ad p
Dei religionem cultumque, vt iam Romæ
plures & genere illuſtres, & rerum affluẽ
modum locupletati, vnà cum omni famil
cognatione ſua, ſe ad ſuam ipſorum ſalutem
plexandam reciperent. Verùm iſtud, virtu
ſti & inuidia natura ſua exæſtuanti diabolo
nimè ferendum videbatur: & propterea
de integro machinas contra eos aſtutè fab
aggreſſus eſt. Nam Apolloniũ virum inte

Apollonius accuſatur à proprio ſeruo.

les politioris literaturæ ſtudijs & Philoſop
notitia plurimùm celebratum, in iudicium
ducit: & vnum ex eiuſdem Apollonij ſeru

hanc rem valdè accommodatum, qui hominem accuſet, excitat. Cæterùm huic miſero ac perdito, intempeſtiuè & incommodè, in iudicium ad Christianum accuſandum ingredienti, ac turùm (quoniam iudices, qui Chriſtianorum nomina ſo ùmquia Chriſtiani eſſent, deferebant, Imperatoris edictum neci dare mādauerat) crura ſuffringebantur, Perennio iudice contra eum tale iudicium pronunciante. Iſte autem Deo chariſſimus martyr, cùm iudex ab illo obnixè petijſſet, flagitaſſetque vt fidei ſuæ rationem coram Senatu redderet, ſimulatque accuratiſſimam orationem apologeticam, pro fidei, quam profitebatur, defenſione, coram omnibus recitaſſet, ſententia Senatûs ſecuri percuſſus, deceſſit è vita; quippè vetus lex apud illos extabat, Chriſtianos qui ſemel in iudicio comparuerant, niſi profeſſionis ſuæ ſententiam mutarent, non omninò liberos dimittendos eſſe.

Seruus nebulo, delator Apollonij, crurifragio perimitur.

Securi percuſſus vir ſanctus fit martyr.

*VITA S. VRSMARI EPISCOPI ET Confeſſoris. ex ea quæ eſt per Ratherium Epiſcopum Veronenſem. Migrauit ex hac vita anno domini 713.*

C. Baron. In not. Martyr. Rom ſequēti die.

BEatus Vrſmarus Epiſcopus, bonorum omnium præconio dignus, pago Theoracenſi & villa, quæ vocatur Fleon, oriundus, à Domino eſt electus per prædeſtinationem, priuſquam ſeculo daretur per originem. Grauidæ namque matri eius de eo, apparuit quidam venerandus ſenex per viſum, in manu ſua tenens puerulum pronuncianſque, Accipe, inquit, hunc puerulum nutriendum. Magna verò fames, eandem tunc temporis oppreſſerat regionem. Vnde mulier reſpondens, Domine, inquit, famis magnitu-

18 Aprilis.

Patria S. Vrſmari.

Viſio matri eius.

gnitudo nos exagitat, quomodo igitur hunc p
rum nutriam? At ille mox candidum offe
panem, dixit: Hoc illum pane nutries. Quem
accepiſſet mulier, valdè inter eius manus e
uit, prorsùs vt ingenti admiratione capta, d
genter eum inſpiceret, verſaretque: ac tand
Ecquid eſt hoc, inquit; cui ille: Noli mira
lium namque paritura es, qui de regno aliq
Chriſto partem lucrifaciet. Quod poſteà ve
fuiſſe ipſe multis egregiè documentis oſte
Tantam ſiquidem à Domino gratiam eſt c
cutus, vt omnes pabulo diuini verbi refic
qui ad eum gratia colloquendi venirent.

*Traditur ſacris literis imbuẽdus.*

Editus itaque puer, Vrſmarus eſt vocat
dultuſq́; doctoribus ſacrarum traditur ſcri
rarum: qui eum ſacris diſciplinis, & moru
tegritate tam excellenter imbuerunt, vt cre
te ætate, nihil in eo quod ad ſummam perfe
nem faceret, deſiderari videretur. Erat enim
pore caſtus, mente incorruptus, amabilis
ctis, affabilis vniuerſis, animo benignus, corp
pulcher, prudentia callens, fortitudine vig

*Virtutes eius.*

temperantia ſerenus, iuſtitia ſeuerus, manſu
dine ac pietate refertus: denique charitate
proximos ita inflammatus, vt nullum om
neque tempus, neque locum, ſine proximi
ficatione tranſmitteret. Iam indè à puero
cæleſtibus addixerat, vt nihil cum terrena
cretione commercij habere videretur.

*Creatur Antiſtes.*

Paſtoralem deindè cathedram adeptus,
Domini ſublimatus eſt gratia, vt mortales
nes in maximam ſui admiratioem traheret
marum curam tanta ſolicitudine admi
bat, vt quauis hora ſanguinem pro eis fun
non dubitaſſet. Orphanorum nutritor, & v

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum defenſor fuit eximius, vinctoſque è vinculis & captiuitate redimere, pulcherrimum ſibi inprimis eſſe ducebat. Corporis verò domitor quantus fuerit, quis dignè explicare valeat? Annis nouem, ac decem hebdomadibus, nulla panis alimonia vſus, cibo adeò tenui & parco vitã ſuſtentauit, vt nemo mortalium eo ſuſtentari, niſi diuino miraculo poſſet: & tamen in tanta vitæ auſteritate, tantaque cibi & potus parcimonia, vires corporis adeò robuſtæ permanebant, vt cuncti, vocis grauitatem, ſatis in eo mirari non poſſent. Non dubium quin ex illo pane, qui pro noſtra de cælo redemptione deſcendit, eas vires hauſerit. Nam tanta ex eius ore facundia & ſermonis fluebat ſuauitas, vt ab eo ęgrè mortales diuelli poſſent. Nec deerat virtus, ad effugandos hoſtis antiqui incurſus.

Benignitas eius in pauperes.

Nota mirabilem abſtinentiam.

Facundia eius.

Erat quoddam monaſterium, quod Malbodiũ dicitur duodecim fermè miliaribus à ſuæ prouiſionis diſtans cœnobio, in quo ſacrarum virginum cœtus Deo famulabatur: quarum vnam malignus cùm inuaſiſſet ſpiritus, cœpit laniando vehementer adeò vexare, vt cæteræ omnes immodico pauore correptæ trepidarent, ſimilemque calamitatem pertimeſcerent. Quo audito, Epiſcopus ilicò eam ſibi exhiberi iuſſit: exhibitamque ſacro oleo inunxit, & protinùs ab immundo liberauit. Alio quoq; tempore, puellam aliam dæmonio plenam, vinculiſq; ferreis, propter impotentem dæmonis ſæuitiam, conſtrictam, eadem virtute liberauit. Habebat vir ſanctus in Malbodienſi monaſterio, neptem vnicè dilectam, quam paruulam olim ſanctæ Aldegundi commendauerat. Hæc iam adulta, ſæuo adeò apoſtemate in gutture laborare cœpit,

Poteſtas eius in dæmones

S. Aldegundis.

vt me-

vt medici non aliter ſalutem polliceri vellẽ
niſi carne inciſa, vncino ferreo morbum ex-
trahi pateretur. Hoc igitur illis iam facere cõ-
tantibus, ſuperueniens Pontifex, crudele il-
medicamen vehementer exhorruit, & ingẽ-
erga tenerem virginem miſericordia motus
dicos ab eo prohibuit, aitque: Confido, ô fi-
in immenſa Domini noſtri Ieſu Chriſti boni-
quod ab hac te infirmitate liberabit. His dictis
totum ad Dominum pro eius ſalute depre-
dum compoſuit: ac nocte illa in precibus ex-
mane virgo ſacra fugato morbo ſana planè &
columis inuenta eſt. Eodem tẽpore, ægrota q-
dam intra eiuſdem monaſterij ſepta, deſpe-

**Signo Crucis morientem ſanat.**

ſalute decumbebat, quæ per virum ſanctum
no ſalutiferæ Crucis, integræ ſanitati, cunctis
nè obſtupeſcentibus, reſtituta eſt,

Poſt hæc ſacer Antiſtes, cùm paulatim lab-
centibus corporis viribus ad cæleſtem patri-
ardentiùs aſpiraret, nè cõmiſſum ſibi gregem
ne paſtore relinqueret, annuente Domino, ſ-
ctum Erminum, virum cunctis mirificè virtu-
**S. Erminus ſuccedit S. Vrſmaro.**

bus ornatum, ſucceſſorem elegit, ac populo
clamante pontificem pronunciauit. Ipſe v-
moribus & annis maturus, digna meritorum
**Obit vir ſanctus.**

cepturus præmia, ad cæleſtia lætus regna mi-
uit, ac cunctis ſanè maximum ſui deſiderium
liquit. Corpus illius, a diſcipulis religioſo
poſitum officio honorificè admodum ſepul-
eſt, in montis cacumine, cuius radicibus e-
ctum adiacet monaſterium Virgini matri ſa-
vbi diuina bonitas, reliquiarum virtutem q-
tidiè demonſtrare dignatur, ad laudem & glo-
Maieſtatis ſuç, cuius honor, decus & poteſtas p-
manet ſine fine. Amen Facta eſt tranſlatio ei-
Bin-

Binchium Hannoniæ oppidum, anno 1409, poſt eleuationem, quæ facta eſt anno 823.

*VITA S. ELPHEGI CANTVARIENſis Archiepiſcopi & martyris. ex ea quæ eſt per Osbertum eiuſdem Cantuarienſis Eccleſiæ Abbatem. Martyrio coronatus eſt anno Domini 1012. ætatis ſuæ 59 Epiſcopatus verò 7.*

C Baron: In Not: Martyr: Roma:

BEatus Elphegus, ſplendidiſſimis ortus natalibus magna prudẽtia & ſumma humilitate vitam inſtituit. Parentes eius, cùm indole perſpecta, vitæ innocentiam animique ingenuitatem admirarentur, meritò eum & artium maximarum & præcipuè Chriſtianæ religionis diſciplinis imbuendum curarũt. Ipſe verò haud mediocriter iam in Philoſophiæ cognitione verſatus, omnium ſtudiorum ſuorum ſcopum vnicum, Chriſtum ſibi præfixit. Cuius amore incredibiliter flagrãs vt totum ſe ſuauiſſimo Chriſti iugo manciparet, ſpretis opibus, contemptiſque honoribus, in quorum ſpe maxima enutritus erat, ac materno denique dolore, quæ vnicè illum diligebat, conſtanter ſuperato, mundum deſeruit, atque in monaſterium Derhirſt, trãquillum vitæ portum ſe recepit. Ibi verò magno conatu ſubactis prauis deſiderijs, ſtatim arctioris vitæ ſemitã arripuit, ſingulareque cum antiquo hoſte certamen inire contendit. Egreſſus itaque de monaſterio, ad locum Bathonia vocatum peruenit; vbi anguſto ſe habitaculo includens, rigore incredibili corpus ieiunijs vigilijsque afflixit. Confluebant ad eum nobiles quique, ſuarum vulnera animarum detegentes, conſiliumque ſalutis poſtulantes: quibus ille tanta prudentia mo-

19 Aprilis.

Monaſticã inſtitutum arripit S. Elphegus.

Viuit incluſus.

Multi ad eũ confluunt.

modeſtiaq; monita ſalutis tradidit, vt non p
monachorum turba intrà breue tempus ib
congregata ſit.

Cùm autem manſionem ampliſſimam,
tari diſciplina florentem, omnibusq́ue bon
fluentem conſtituiſſet, ipſe rursùs ad cæleſte
guſtæ domunculæ ſuæ latebras confugit:
men, vt grauiores cauſas, præcipuaq́ue neg
fratres ad eum deferrent. Mortuo autem V
tonienſi epiſcopo, cùm non modica de pon
cis electione oborta eſſet contentio fertur
dreas Apoſtolus S. Dunſtano nocte quadam
eccleſiæ ſalute, multis cum lachrymis, prec
incumbenti apparuiſſe; mandaſſeq́ue vt bea
phego manum imponeret, & eccleſiæ deſo
antiſtitem conſtitueret. Nec mora Dũſtanus
viſione contra improborum potentiam co
matus, Elphegũ, vt iuſſus fuerat, epiſcopum
ſecrauit, debitoque cum honore ad ſedem
ſit. Elphegus autem pontificio decoratus ho
nihil non modò à cõſueta vitæ auſteritate
ſit, ſed pœnitentiæ labores magis magisq́ue
it, adeò vt nocturnis horis, cæteris mortali
alto ſopore oppreſſis, ipſe nudis pedibus,
hyemali frigore, ſola indutus tunica, foras
re, & ad auroram vſque precibus vacare con
uerit. Porrò aliorum moribus ingenijsq́ue
conformem præbere ſtuduit, vt omnibus ch
ſaucias peccatorum animas liberè tractare p
ſet: facileq́ue ad ſanitatem reuocare. Pauper
verò & calamitoſorum hominum curam
tam habuit, vt immane horrendumq́ue nefas
putaret, ſi quod natura commune conſtituit,
velit homo ceu proprium vſurpare. Quaprop
frequ

S. Andreas apparet S. Dunſtano.

Elphegus conſecratur Epiſcopus.

Induſtria eius in animarum regimine.

Benignitas eius eximia in pauperes.

frequenter pro concione ad populum magna contentione diſſerebat, eum, qui pauperum inopiæ ſtudioſè non conſuleret, nequaquàm Dominici corporis membrum eſſe. Atque vt omnes ad benignitatis diſciplinam vehementer excitaret, cùm verbo tum exemplo docuit: adeò vt exhauſtis, quæ ex iure eccleſiæ, pauperum miniſterio competebant opibus, non dubitauerit, multiplices quas ipſe parauerat, eccleſiæ theſauros diſtrahere, diſtractosq́ue pauperibus erogare: prudenter aſſerens, ornatiſſima quæq́ue poſſidere eccleſias, vt felicitatis tempore honeſtati, neceſſitatis verò vtilitati eſſe poſſint.

Anno autem Domini milleſimo & ſexto, ab aduentu Anglorum in Britanniam 578 Elphegus, anno ætatis ſuæ quinquageſimo ſecundo, Archiepiſcopus Cantuarienſis effectus eſt. Cumq́ue iter Romam verſus, pro pallio, de more à Summo Pontifice habendo arriperet, & oppidum quoddam hoſpitandi gratia intraret, oppidani ſcelerata auaritiæ cupiditate excæcati, in domum irrumpunt, rebusq́ue eius per ſummam iniquitatem direptis, verbis verberibusq́ue eijciunt. Ille omnibus nudatus, illorumq́ue contumelijs plus ſatis oneratus, leniter quidem iniurias ferebat, ſed vix dũ ab oppido regreſſus horrendas ſanè voces audiuit, quæ ciuibus & ædificijs celerem ruinam interitumq́ue minabantur. Neque diutiùs vltio diuina iniquum facinus impunitum reliquit. Nam mox vorax flamma oppidum inuaſit, tantoque furore deſæuijt, vt ciues deſperata iam ſalute erumperent, humiliterq́ue à viro ſancto commiſſi flagitij veniam poſtularent. Ille verò, qui non tã propriã quàm illorum

*Fit Archiepiſcopus Cantuarienſis.*

*Eijcitur ab oppidanis quibuſdã, & multis iniurijs afficitur.*

*Vltio diuina in eos.*

Reſtinguit precibus ſuis incendiū ciuitatis.

vicem dolebat, mox fuſis ad Deum precibus,
gnis ſæuitiam penitùs extinxit. Reſtitutis ig
rebus, palliòque à Papa fœliciter accepto do
proſperè regreſſus eſt.

Dani vaſtāt Angliam.

Per idem tempus Suuanus & Turkillus
norum principes, nonnullam cladem Angl
terræ, exigentibus eorum peccatis, intuler
multoſque in miſerandam valdè captiuita
abduxerant. Nec erat in tanto rerum diſcrim
qui hoſti immaniter graſſanti occurreret. So
Elphegus omni vitæ periculo contempto, ho

Elphegus ab eis captiuos redimit.

adire, verbum vitæ prædicare, captiuos d
precio redimere, fameque oppreſſos alere
dubitabat. Neque vllis verborum aut inim
contumelijs, ab infideli populo illatis, ab
benignè faciendi diſciplina recedebat.

Ethelredus rex Angliæ.

Ea tempeſtate Ethelredus regni gubernac
tenebat, & quia imbellis & imbecillis, mo
chum potiùs quàm militem actione præſef

Edricus regni totius præfectus.

bat, Edricum quendam regni totius præfect
ſtatuerat, hominem humili quidem genere
tum, ſed ingenio callentem, cui lingua inge
diuitias ac nobilitatem comparauerat. H
fratri inani nobilitatis gloria valdè tumi
primariæ Cantuariorum nobilitati in præſe
regis gratuitò maledicentem, eadem nobil
interfecerat, ædeſque ſuccenderat. Vndè fr
eius incredibili furore correptus, ab ipſo
vltionem expetijt, ſed rex poſtulata reiecit
nuncians fratrem iure peremptum, debita
maledicentiæ ſuæ pœnas luiſſe. Quo reſpo
acriùs multò irritatus, totuſque in rabiem c
uerſus, flamma ferroque regi regnoque mi
ſus eſt: iunctiſque ſecum decem virorum m
bus regiam occupauit. Sed cùm hæc parùm

cederent, Danorum auxilia conuocauit, daciſque dexteris fœdus inijt, vt poſt victoriam æqua ſorte regnum diuiderent. Nec mora, coniunctis copijs viribuſque Cantuariam primùm vaſtaturi aduolant, ciuitatemque excitatis turribus obſident, admotiſque muris arietibus, igneas faces conſtanter iaciunt. Et eccè vorax flamma domos corripit, omniaque horrendo incendio deuaſtat. Intereà ciues dum reſtinguendis flammis ſedulam, neglectis mœnibus, operā nauare contendunt, hoſtis, effractis portis, vrbem ingreditur, terribilique clāgore tubarum loca omnia complet. Tum verò in omnes crudeliter ſæuitum. Alij ferro iugulati, alij flammis abſumpti, plures è muro præcipites dati. *Matronæ* dum theſauros, quos non habebant, coguntur prodere, capillis per omnes ciuitatis plateas diſtractæ, ad vltimum flammis iniectæ ſunt. Paruuli à matrum vberibus auulſi, lanceis confoſſi, aut ſuper eos ducto plauſtro minutatim contriti. Sanctus autem Elphegus, tantam ſuorum depopulationem non ferendam exiſtimans, repentè è latebris eccleſiæ in qua cùm monachorum turba deliteſcebat, proſiliens, inter medios hoſtium cuneos exclamauit: parcite teneræ infantium ætati, parcite imbelli turbæ. En me, qui veſtræ impietatis crimina, libero ſemper ore caſtigaui: en qui captiuos, & à vobis mulctatos paui, veſtiui, redemi. In me potius crudelitatis veſtræ ferrum cōuertite.

Dani obſident Cantuariam.

Dani occupant Cantuariā & immaniter ſæuiunt.

Elphegus ſe Danis ſæuientibus opponit.

Hæc clamitans, & intrepida voce pronuncians Elphegus, mox ab hoſtibus intercepto manibus gutture præpeditur, vinculiſque iniectis ſeptem menſibus in arcto carcere recluditur. Intereà cœpit ira Dei in homicidam populum adeò deſæuire, vt paruo temporis interuallo, duo-

Elphegus à Danis crudeliter vexatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus eorum millibus per diros viſcerum c
ciatus proſtratis, cætera quoque multitudo,
*Vltio diuina in Danos*
mile exitium expectaret. Præualet quotidiè m
gis magiſque clades, & nunc denis, nunc vice
terribili viſcerum dolore, capitiſque, abſ
ptis, magnam formidinem viuentibus incu
*Dani ab Elphego veniã petunt.*
bat. Cumque nullam ſalutis ſpem principe
liquam viderent, citato conſilio ad Epiſcop
carceribus inclusum currunt, & de patrato f
nore multis cum lachrymis veniam petunt. E
ſcopus verò, quamuis inſatiabilem eorum c
delitatem nullam mereri veniam ſciret, dom
tamen exemplo edoctus, hoſtes ſuos beni
amplexatus eſt, & mirabili beneficio de exi
clade liberauit. Nam fuſis primùm cum ard
*Pane benedicto ſanat Danos.*
pietate ad Deum precibus, panem à ſe bene
ctum illis porrexit, quo ſumpto, & morbus p
fligatus & optata ſanitas reſtituta eſt. Sed ill
lute potiti, mox ad ingenium redeuntes, vi
ſanctiſſimum pro impenſo beneficio peſſ
*Reddunt mala pro bonis.*
mulctarunt, ac inauditis tormentorum qua
nibus, quibus ingentem pecuniæ vim ab eo
torquere nitebantur, afflictum denuò in carc
retruſerunt. Cumque in his omnibus inuict
animi cõſtantiã ſeruaret, ac pias Deo laudes
cineret; eccè noctis intempeſtæ ſilentio, mali
in ſpecie angeli apparens adeſt; mentitur
de ſupernis ſe ſedibus deſtinatum, quatenus
lum ad communem gentis ſalutem, de carc
*Nota fallaciã diaboli.*
ſqualore educeret. Nec vereretur ignaui mil
vocabulo notari, cùm neque Petro humilior,
que Paulo eſſet robuſtior: quorũ alterum ſp
*Act. 9. & 12.*
ta contexit, alterum verò carcerali ſtridore g
natum, angelus abſoluit. His ille ſermonib
veluti vnguentis delibutus, carcerem egredi

ſed cùm pluribus aquarũ alluuionibus, per obſcuras noctis vmbras tranſuaditis, malignus repentè diſpareret, continuò Chriſti ſeruus ductoris peſtiferi machinas intellexit. Tum verò ex imo pectoris ſuſpiria trahens, cum maximo fletu medijs ſe paludibus iniecit: ac Saluatorem ſuũ Chriſtum Ieſum in auxilium vocauit. Eccè autem iuuenis aureo amictus ſplendore protinùs adfuit, qui diaboli fraudibus circumuentum blando ſermone conſolatus eſt, & vires animumque dedit, vt ad amiſſæ coronæ locum, cælitùs ſibi deputatum rediret, ſecuruſque altera die, ſplendidiſſimam iuſtitiæ coronam in cælo expectaret. Angelus ei apparet.

Elphegus igitur hoc modo ad locum certaminis ab angelo reuocatus, lætus ad coronam properabat, cùm eccè carceri propinquus, ab obuia carnificum turba comprehenditur, diriſque plagis afficitur: adeò vt cerebro capitis violato, ſemiuiuus in ergaſtulo recluderetur. Tranſacta autem magna noctis parte in maximis corporis doloribus, vidit ingẽtem ſanctorum multitudinem, immenſa claritate glorioſam, carceris ianuam intrantem, mellifluiſque vocibus ſuauiſſimos hymnos depromentem: qui laxatis vinculis fœdas corporis plagas abſterſerunt nouumque cum integra ſanitate decorem addiderunt. Inter hæc Elphegus pſallens cum pſallentibus incredibili gaudio exultabat, multoque quàm ante ardentius ad communem Sanctorum gloriam aſpirabat. Nec eſt diutiùs ſuo fruſtratus deſiderio. Nam primo mane magna armatorum manus, nouo ebria furore aduolauit, quæ eductum de carcere ad iniquum iudicium protraxit. Ibi gens nefaria cùm minis ac

Rurſùs dirè affligitur.

Sancti eum inuiſunt & ſanant.

blanditijs aurum ab eo extorquere nititur, & vi
ſanctus aurum diuinæ ſapientiæ illis propon
hortaturque vt relicta vanitate & cæca auric
piditate, ſtudia ſua ad vnum & verum Deum
iusque cultum ſanctiſſimum conuerterent, il
in rabiem conuerſi, auerſis in eũ ſecuribus p
liunt, humique impoſitis plagis proſternunt
nibusque nixum lapidibus obruunt. Cumq; m
ribundos ad cælum oculos pro commiſſo ſi
grege leuaret, & prolapſus in terram, iterum
reſurgens preces ad Deum multiplicaret, q
dam ſcelere & audacia ante alios inſignis (que
etiã de ſacro fonte vir ſanctus ſuſcepiſſe fert
ſecurim magna vi capiti eius infixit, anima
ad cæleſtia regna trãſmiſit, tertiodecimo Kal
Maij.

S. Elphegus crudeliter occiditur.

Princepes autem Danorum, communi con
lio corpus eius flumini immergi ſtatuerunt, q
& ſuum facinus, & Elphegi gloriam obſcurar
ſempiternaque memoria delerent. Sed Chriſt
Dominus nequaquàm martyris ſui gloriam o
ſcuritate inuolui paſſus eſt. Nam protinùs ing
populi multitudo, quam vir ſanctus Chriſto p
euangelium genuerat, armata proſilijt para
ſe potiùs cum defuncto occumbere oſtend
quàm pati ſacrum corpus aquarum vorag
tradi abſorbendum. Itaque ſacrum pignus, ſu
ma partis vtriuſque contentione ſeruatum
aquis nec terræ tradebatur; & res in vltim
diſcrimen adductæ, cruentum iam iam imm
re certamen oſtendebat: cùm eccè ſenatores
triuſque partis vt tantæ contentionis litem d
mant, in commune depoſcunt quatenùs ſi q
ſanctus apud Deum poſſet, in hoc ambiguo p
tentiæ ſuæ virtutem oſtendat. Protulerunt
Da

Dani ramum de fraxino præciſum, ſucco corticeque omninò nudatum; aiunt, ſi illum ſanguine Elphegi intinctum matutina lux virentem inueniret, ſe eum vt iuſtum ſanctumque veneraturos. Sin verò id priſtina ariditate lignum permaneret, ſui fore arbitrij, quid de cadauere facere velint.

Cumque omnibus grata & accepta conditio fuiſſet, Dani aridum mox lignum telluri fixerũt, quod ſub vnius noctis tẽpore frondere, ac ſummo mane florere viſum eſt. Tum verò, abiecta perfidia, Dani certatim in amplexibus defuncti ruere, crebra oſcula figere, ceruices ſupponere, lachrymas & eiulatus emittere cœperunt. Sublatum ergò humeris inimicorum, corpus ad arborem, eius triumpho inſignem, defertur comitantibus innumeris ſignorum prodigijs, potenti virtute Dei cœlitùs oſtenſis. Mox enim ſalus languidis innouatur, cæci illuminantur, ſurdi audiunt, muti loquuntur, claudis greſſus reſtituitur. Ibi etiam orationis domo ſuper illum fabricata, plerique Danorum magnates, in eadem regenerati, ad fidem Chriſti conuertuntur. Cùm autem fama rerum adeò mirabilium, ad Londonienſes perlata eſſet, illi ingenti pecuniarum vi corpus redemptum, Londonias tranſtulerunt. In eius autem mortis auctores ira Dei intantùm deſæuijt, vt principes quidam in ſcelere ſuo peſiſtentes, incredibili pauore correpti huc illuc vagarentur, communemque hominum conſpectum formidarent. Cumque terra ſceleratos ferre recuſaret, diuinam vindictam in pelago ſe poſſe euadere exiſtimarunt. Sed mox vt in altum perducti fuère, aduerſis ventorum flatibus cum nauibus numero cẽtum & ſexaginta in profundum

Inſigne miraculum

Multa fiunt miracula.

Vltio diuina in eius interfectores.

demerſi ſunt: porrò rates aliæ ſexaginta quinque ad ignotas appulſæ regiones, quaſi qui inſidiarum gratia veniſſent, ab incolis miſerabiliter interfecti ſunt. Iam verò alius qui in Anglia dei remanſerat, cùm fruſtra diu multumque cum furijs conſcientiæ luctatus fuiſſet, victus tandem propria manu vitæ ſtamina abrupit: alius gutturi ſuo ſtylum infixit. presbyter, qui odio viri ſanctiſſimi excæcatus, crucem martyris pertinaciter abſcōdebat, alterius gladio occubuit, alius eiuſdem ordinis, qui per contemptum ſacri Antiſtitis ſandalia portabat, à dæmone miſerabiliter correptûs, dignas contemptûs coram omni populo pœnas luit.

Vnus Turkillus malorum omnium princeps ſupererat, qui tamen quò tardius hoc ſanè grauiùs ſupplicium tulit. Nam Danorum princeps

Canutus Danorum Rex.

Canutus, qui capitali cum eo odio diſſidebat, instructa in Angliam claſſe delatus, nefandi populi reſiduum deleuit, ipſumque Turkillum cum ſex tantùm nauibus, in Daniam effuſa fuga compulit. Vbi per cuncta regionis loca miſerè agitatus, ad extremum ab ignobili vulgo occiſus feris & auibus proiectus eſt. Poſt hæc Canutus, ab Anglorum exercitu ingentem ſtragem paſſus, & ad deditionem propter rerum difficultatem ferè compulſus, accerſitis ad ſe qui ad eum confugerant Anglis, prudentiæ pietatiſque opinione præſtantibus, tantarum cladium cauſam cognoſcere ſtuduit. Qui omnes vno ore reſponderunt hoc Elphegi martyris vaticinium eſſe, qui à patribus eius circumuentus prædixerat, Danos in Anglia crudeliori internecione, quàm Sodomitas excindendos eſſe. Quarè ſi vellet pace frui, martyrem ſibi votis precibuſque placatū redderet

Turkilli cædes.

pro-

promitteretque ſe ſacras illius reliquias ad ſedem eius honorificè reportãdas curaturum. Nec mora. Promittit firmiter Canutus ſe nihil, quæ ad Dei gloriam per martyris honorem celebrãdam facerent, neglecturum, quo promiſſo, non multò pòſt, optata ab omni bellorum tumultu requies data eſt. Tum princeps directa legatione, Egelnothum Archiepiſcopum euocauit, qui corpus martyris decem annis ſepultum, incorruptum inuiolatumq́ue planè reperit, ſummoq́; cum honore Cantuariam deduxit.

*Votũ Canuti regis Danorum.*

*Martyris corpus poſt decẽ annos incorruptũ.*

## MARTYRIVM S. PVERI VVERNHERI,

*ab impijs Iudæis crudeliſſimè necati, & multis miraculis clari. ex eo quod eſt apud R.P. Surium Paſſus eſt anno Chriſti 1287. tertiodecimo Kalen. Maij. Necdum tamen in Sanct: Catal: relatus.*

VVernherus puer, pago VVammenrato, qui à Baccaraco vnius diei itinere abeſt, ortus eſt, ruſtica quidem ſtirpe, ſed cultu Chriſti ſanè nobili. Fuit autem cum Chriſtianæ religionis tum ſimplicitatis amantiſſimus, virginea ornatus puritate, qui opere ruſtico, pro virium ſuarum imbecillitate, victum ſibi tenuem comparabat, ex quo benignè admodum egenis aliquid impartiebatur. Habebat matrem pietati deditam, ſibiq́; in bonis ſtudijs fauentem, ſed vitricum moroſum, adeoque ab omni humanitate alienum, vt neque ipſe, neque mater, importuni hominis calumnias perſecutioneſque ferre poſſet. Cuius infeſtum ſibi animum deuitans, fugam inijt: hucque illuc errabundus inceſſit. Cumq́ue fame & ſiti valdè afflictus, inops conſilij nullum omninò ſuæ miſeriæ perfugium inueniret,

*19 Aprilis.*

*Patria VVernheri.*

*Vitricum habet infeſtũ ſibi.*

fortè in paſtores incidit, qui humanitate du
panem ei dederunt: quibus ille rurſus ſiti
*Fontem precibus impetrat.*
mediocriter laborantibus, defixo in humum
culo precibus ſuis fertur largiſſimum in Chri
nomine fontem elicuiſſe. Veniens indè Treue
cam Veſaliam, à perfidioſis Iudæis illic comm
rantibus, callidè ſæpè ad laborem euocatus
Ille verò promptum ſe puerili ſimplicitate
hibens, iuſſus eſt ab illis humum in profund
quendam terræ locum deportare. Aduenien
interim Paſchali ſolennitate, ſæpiùs ab hoſp
ſua admonitus eſt, vt ab impijs Iudæis ſibi præ
ueret: aliàs dubio procul, ab illis laniendus
uorandusſque. Sed puer qui ex ſuo ingenio ali
mores vitamque iudicabat, neglecto hoſpitij
monitione, vni Deo ſe totum committebat
mulieri ſæpiùs importuniusſque monenti reſp
debat: Ego me totum, meaque omnia Deo co
mitto, cui cura eſt de nobis.

Intereà ſolenni Dominicæ cœnæ aduenien
die, puer Chriſto deuotus, peccata ſua oris co
feſſione coram Chriſti ſacerdote expiauit, ſac
ſanctisque corporis ac ſanguinis Chriſti myſ
rijs ſe muniuit: lætusſque ab omni inſidiarum
ſpicione alienus, ad opus à Iudæis inuitatus
pellectus venit. Sed iudæi, qui ſiccis fauci
Chriſtianum ſanguinem eo die vel maximè
tiebant, altero, qui acerbiſſimæ paſſionis Chri
memoriæ ſacer eſt, conceptum animi furore
ſumma crudelitate in innocentem puerum
fuderunt. Primò enim apprehenſum, omni
mandi facultate priuârunt, impreſſo in os e
*Iudæi eum immaniſſimè cruciât.*
globo plumbeo. Indè ſuſpenſum, ad columna
ligneam erectis ſurſum pedibus, miſeris mo
diuexârunt, torſeruntque, eo conſilio, vt ſum
à p

à puero CHRISTI corpus reuocarent educerentque. Sed cùm fruſtrà id conati eſſent, ira odioque grauiori prouocati, totos ſe ad membrum myſtici corporis Chriſti, atrociſſimè excarnificandum contulerunt. Itaque multa eaque profunda eius corpori cum flagellis impreſsêre vulnera: atque etiam cultro quodam, qui hodieque apud eius reliquias aſſeruatur, totius corporis venas, barbara immanitate inciderunt, forficibuſque ex omnibus corporis partibus ſanguinem expreſſerunt, corpuſque totum vulneribus conciſum triduo ſuſpenſum reliquerunt.

Habebant autem Iudæi illi famulam, Chriſtianæ religionis ſacris initiatam, quæ clàm viſa nefaria eorum in puerum crudelitate, maximo animi dolore impulſa, iudicem Veſalienſem acciuit, eumque in locum, vbi pius puer tam immaniter tractabatur, introduxit. Ad cuius inopinatum aduentum obſtupeſcentes Iudæi, ſtatim muneribus benè magnis illum aggreſſi ſunt, feceruntque vt officij ſui oblitus, ab æquitate & iuſtitia per ſummum ſcelus ſe abduci pateretur. Puer autem viſo iudice, exultabundus, vt potuit, ſui liberationem poſtulabat: ſed iniuſtus iudex victus amore pecuniæ, pueri preces neglexit. Tum puer: Si tu mihi, inquit, opitulari non vis, opem mihi ferat benignus Deus & ſanctiſſima mater eius. Iudice igitur donis muneribuſq; corrupto abeunte, puer à Iudæis interfectus eſt: atque vt facinus nefarium ſilentio tegeretur, nocte intempeſta corpus clàm per muros tractum, ad naues Moguntiam ituras detulerunt. Sed omnipotens Deus eluſis eorum conatibus, nauem tota nocte errabundam, nè vno quidem milliari ab vrbe recedere permiſit. Orto indè ſole, timo-

*Iudex pecunia corruptus, opem negat pro puero.*

*Diuinitùs retardantur conatus Iudæorum.*

re & tremore correpti , anxia inter ſe co
captant, quomodò martyris corpus abſc
rent. Neque enim ratio in aquas illud den
di occurrebat. Tandem conſpiciunt prop

Baccaracum propè VVeſaliam.

caracum, cryptam ſpinis & vepribus obſ
bi nunc conditũ cernitur VVilhelmitarum
nobium VVindofdesbachium. eò igitur cu
pore properantes, in eam cryptam illud
cerunt ac ſumma cum celeritate ſe indè
puerunt. Sed Chriſtus nequaquàm iddiu
paſſus, mox ſua illic miracula declarauit
les enim caſtrorum, medijs noctibus loci
immenſo fulgore ſplendentem viderun

Miraculis corpus pueri oſtẽditur.

res cùm animos omnium in magnam me
mirationem raperet, ſtudioſè cauſam in
ſunt, ſtatimque repertum eſt corpus eti
ſuo ſãguine tinctum, adductumque Bac
ad locum iudicij, vt ſolent cæſorum co
Comperta autem rei geſtæ veritate, cùm
bus admirationi eſſet odor ſuauiſſimus è m
ris corpore manans, tum etiam claritas n
no viſa tempore, ſumma deuotione illat
corpuſculum in ſancti Cuniberti ſacell
colle propè parochiam ſitum. Ibi vitta a
virginitatis teſtimonium, capiti impoſita
exornatum linteo & violis, honorificè
dum, cum laboris ſui inſtrumento, inclu
in cedrino ſacrophago fortiſſimis ſeris m

Odor ſuauiſſimus è martyris corpore.

Mox autem vtriuſque ſexûs hominum m
accurrit multitudo, viſura tam ſtupendum
rei miraculum. Tum verò omnipotens De
cò ſanctum puerum magnis & ſtupend
ſtrauit miraculis : cæcis viſus , ſurdis a
claudis greſſus, mutis loquela, aridis, para
luſcis & quibuſlibet malè affectis ſani

Præclara ad eius monumentum eduutur miracula.

mortuis vita reſtituta eſt. Imò verò vſque in præſens multifaria per martyrem ſuum Chriſtus miracula operatur,

## VITA S. MARCIANI PRESBYTERI.

*ex ea quæ bona fide in vetuſtiſsimis monumentis habetur.*

C.Baron:In Not:Martyr: Roma:

TEmpore S. Allodij ſucceſſoris ſancti Germani, circa annum Domini quadringenteſimum octogeſimum, S. Marcianus incredibili amore perfectioris vitæ incenſus, tractus opinione ſanctitatis S. Germani, quæ in eius monaſterio tunc temporis adhuc mirificè redolebat, venit de territorio Bituricenſi ad idem monaſterium ad S. Mamertinum, qui magna cum laude Abbatis officio ibidem fungebatur, à quo humaniter receptus, libenterque in ſocietatem admiſſus fuit. Abbas autem, cùm eum plus cæteris cęleſtium rerum deſiderio inflammatum cerneret, adeò vt veteranis etiam monachis ſanctitate ſe mirabilem præberet; mandauit ej protinùs viliſſima quæque monaſterij officia, quò per humilitatis viam, ad ſummum perfectionis gradum eum perduceret. Neque ille ſanè abnuebat, imò adeò ſui contemptu gaudebat, vt lætus alacerque ad curam porcorum bubularumque abiret, paſtorque ouium & vaccarum factus, à monachis ſeparatus in ſyluis degeret. Ibi breui tempore tanta cœpit ſanctitate pollere, vt aues etiam ſylueſtres familiariter illo vterentur, cibumque de eius manu capere gauderent. Pari etiam manſuetudine, ferę immanes ad eum accedebant

20. Aprilis. Floruit S. Marcianus circa annũ Domini 480

Venit ad S. Mamertinũ Abbatem.

Humilitas eius.

Aues ſylueſtres ei familiares.

Die quodam aper à canibus in fugam verſus, iam iamque cóprehendendus, ad S. Marciani cel-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lulam confugit, ſecurus à viro ſancto op
ſalutem expectans. Qui ſtatim, vt erat
manſuetudine incredibili præditus, pa
ac trepidantem contexit, canibusq; abacti
uum & incolumem abire permiſit.

*Spoliatur à latronibus.*

Accidit quodam tempore, vt à latroni
cãpo inuentus, omnibus veſtimẽtis ſpoli
ſolo palliolo ad nuditatem tegendam re
Cumque vir ſanctus de ſua nuditate nihil
tus, vehementer eorum ſcelera deplorare
maſque dæmonis fraude circumuentas, i
piternum exitium abire cerneret, excla
Reuertimini Domini mei, eccè enim de
in meo pallio colligatus, vobis planè ad
dos cibos neceſſarius. Faciebat autem
ſanctus, vt ſceleratos homines aliquantul
tineret, quo pijs ſermonibus blandiſque m
ab inſtituta perditionis via ad vitam reuo
Sed illi cùm aures ſalutaribus monitis oc
haberent, ablatoque inſuper pallio nud
ſtituerent, feſtinantesque ad ſuas latebra
perarent, eccè tota nocte errabundi, in ip
puſculo ad oſtium cellulæ eius inuenti ſu

*Humanitas & manſuetudo eius.*

Marcianus, auidiùs multò occaſione ſalu
rum arrepta, perditos nebulones ſumma b
gnitate ad ſe inuitauit, hoſpitioque recep
tiſque eorum pedibus cibos quos potuit
ſtrauit. Illi autem viſa tanta viri humanita
taq; manſuetudine, protinùs aures moni
aperuerunt, agnitoque ſcelere ſupplices

*Quidam latro, per eum conuertitur ad Chriſtũ.*

prębuerunt. Vnus verò cum intimo cordis
re priſtinæ vitæ errores deteſtans relicta
dia Chriſto nomen dedit, ac optimi deinde
officio functus eſt.

Marcianus autem cùm alijs virtutibus

præcipuè manſuetudinis laude celebris atque amabilis, non paucos ad honeſtatis virtutisque ſtudium inuitabat, quodque verbis non poterat, hoc precibus à Deo obtinere contendebat. Die quodam monachorum vnus ad ſacra myſteria pariter cum illo peragenda inuitatus, ægrè admodùm & non niſi imperio coactus parere voluit. Dicebat enim debere ſe eo die, conſuetum ad menſam miniſterium fratribus exhibere. Is itaque ſtatim diuinarum laudum tædio victus, voluit ſe, finito euangelio, domum proripere. Sed cùm equum conſcendiſſet, admotiſque pertinaciter calcaribus eum vrgeret, nulla vi efficere potuit, vt loco ſe ſuo moueret. Vndè cauſam intelligẽs, multo rubore perfuſus ad Eccleſiã redijt. Diuino aut officio iam peracto, Marcianus blandè illi arriſit, monuitq; blãdiùs, vt deinceps diuinas ſemper res humanis præponeret. Nam, dicebat, tu cùm me relicto diſcedere cupiebas, equus obediuit Deo, cui tu repugnabas.

S. Marcian. quendam virũ precum ſuarũ detinet, ne abire poſſit.

His igitur alijſq; virtutibus clarus, omnibuſque charus, in Fõteneto monaſterio, diuinis myſterijs ſumma cum pietate celebratis, aduenien te Paſchatis die febrium dolore correptus fuit, quo cùm diebus admodum quatuor cõflictatus, lætus ad Dominum migrauit. Corpus fuit ſummo cum honore Antiſiodorũ delatum, quod in villa quadã, præclarum ſanctitatis ac præcipuè manſuetudinis benignitatiſque qua in vita maximè floruit, teſtimonium de ſe præbuit. Erat ibi vir quidam grandi ære alieno obſtrictus, in carcere à creditoribus detentus, qui cum ab omni ſpe liberationis excluſus, vitam in ſqualore & triſtitia degeret, cœpit ad ſacri funeris aduentũ, eximiam defuncti benignitatem ad memoriam reuoca-

Migrat ad Dominũ vir ſanctus.

Præclarum miraculum.

renocare, & aliquã etiam ſpem in eius op[...] locare. Res ſtupẽda, portitores põdere ſac[...] poris iam grauati, poſito feretro, nonnihil [...] rare, vireſq; reſumere voluerunt. Sed reſ[...] viribus, ſacrum pignus loco nõ priùs ſuo [...] re potuerunt, quàm clamantem ſupplica[...] debitorem è vinculis eximeret, qui ſubie[...] meris corpus vnà cũ alijs Antiſiodorum [...] tauit. Quod debito honore ac gaudio ab e[...] po exceptũ, in eccleſia S. Germani ſepult[...]

C. Baron. to. 3. Annal. & in not: Mar. Rom.

*ILLVSTRE MARTYRIVM S. SI[...]nis Epiſcopi, Vſthazanis Eunuchi, & m[...] aliorum. ex ijs quæ ſunt apud Sozomen[...] cleſiaſt. hiſt. lib. 2. cap. 8. Paſſi ſunt Anno [...] redempto 343. Iulij Rom: Pontif. ac Co[...] & Conſtantis Impp. 7. ſub Sapore Rege P[...] quibus temporibus, S. Hieronymus in Chro[...] ſtatur, diriſſimam hanc in Chriſtianos P[...] perſecutionem excitatam eſſe.*

21. Aprilis.

Magi apud Perſas.

Accuſatur apud Saporem Perſarũ regem.

CVm tempore progrediente, Chriſtia[...] numerus apud Perſas vehementer c[...] ret, adeò vt cor[...]entus agere, & ſac[...] tes ac diaconos habere cœperint, Magi & [...] naturali quadam inuidia contra religionẽ C[...] ſtianam incitati, Simeonem id temporis Se[...] ciæ & Cteſiphontis vrbis in Perſide primar[...] chiepiſcopum, apud Saporem Perſarum re[...] accuſârunt, quòd Imperatori amicus res P[...] proderet. Quorum calumnijs perſuaſus S[...] res, primò immoderatis tributis afflixit Chri[...] nos, deindè duros & inhumanos miſit exacto[...] qui ſua feritate cunctos ad religionem, pi[...]

que aſpernandam cogerent. Poſt hæc ſacerdotes, Deique miniſtros gladio trucidari, eccleſias dirui, earumque theſauris ac monumentis in regiũ fiſcum redactis, ipſum Simeonem vt regni proditorem, adduci iuſſit.

Itaque Magi ope Iudæorum Simeonem comprehenſum ferreisque vinctum catenis ad regem deducunt; qui ſe ibi & ſpectatum & ſtrenuum virum præſtitit. Nam cùm Sapores eum, vt daretur in quæſtionem, introduci iuſſiſſet, nihil quicquam veritus regem adorare recuſauit. Quare grauiter commotus rex, ſciſcitatur quid cauſę ſit, cur iam neutiquam ipſum adoraret, cùm id anteà feciſſet. Cui Simeones: Non antè, inquit, deductus eram ad verum Deum prodendum: & propterea non recuſabam debitos regi honores præſtare: at iam idem ipſum facere fas non eſt. Nam iam pro pietate & noſtra religione decertaturus venio. Quæ cùm dixiſſet iubet rex vt Solem adoret. Sed Simeones neque minis territus, neque promiſſis flexus, virili & conſtanti animo affirmabat, ſe nunquam vel Solem adoraturum, vel ſuam ipſius religionem proditurum. Vndè animo commotus Sapores, in vinculis eum teneri iuſſit, ratus eum ſententiam quandoque mutaturum.

Conſtantia Simeonis.

Iubetur adorare Solẽ.

Detinetur in vinculis.

Igitur cùm in carcerem duceretur, Vſthazanes ſenex Eunuchus educator Saporis, & principem in familia regis locum obtinens, eum conſpicatus de loco, in quo prę foribus fortè palatij ſedebat, conſurgens, honorificè ſalutauit. At Simeones eximio iuſtitiæ zelo incenſus, auerſo vultu eum præteriens, verbis aſperis increpauit; quòd cum Chriſtianus eſſet, paulò antè vi coactus, Solem adoraſſet. Quarè Eunuchus per-

Vſthazanes educator regis Chriſtianus.

**Vſthazanis pœnitentia.**

perturbatus lachrymas fundere, ingemiſc
veſtem ſplendidam, qua erat indutus, exuer
totus luctu deformatus nigram circum
cœpit. Nec his doloribus ſatiatus, præ port
giæ ſedens, ſortem ſuam cum lugubri valdè
more ac eiulatu lamentatus eſt.

Vbi iſta Sapores reſciuit, illum protinùs
vocatum rogauit, ecqua illi in ædibus obti
calamitas, quæ illi lugendi cauſam præbu
Cui Vſthazanes: In hiſce, inquit, ædibus o
nihil mihi accidit infortunij. Sed vtinam, p
quod mihi contigerit, in omnia alia calam
genera incidiſſem: quippè id quidem cert
ſet toleratu multo facilius. Iá verò lugeo,
maneam in vita, quòdque cùm dudum mo
buiſſem, adhuc tamen ſolem videam, que
tibi gratificarer, ſimulata ſpecie adora
Quæ cùm dixiſſet cæli & terræ opificem D
cum iureiurando teſtatur, ſe in poſterum
ſententia nunquam deſtiturum. Sapores a
incredibilem Eunuchi mutationem vehe
ter admiratus, grauiore quidem iracund
Chriſtianos exarſit, perindè quaſi illi præ
hanc rem confeciſſent: ſed tamen miſerico
erga ſenem commotus, modò manſuetum
dò ferum ſe in illum oſtendit, atque omnib
ribus laborauit, vt de ſententia deduceret.
nihil profecit, conſtanter aſſeuerante Vſt
ne, ſe nunquam tam ſtultum fore, vt pro c

**Vſthazanes capitis damnatur à rege.**

conditore Deo, res ab eo conditas colat, tu
inflammatus, mandat caput ente ceruicibu
ſcindi. Ad quod ſupplicium à lictoribus
ctus Vſthazanes, orat eos, paulìſper expec
rem enim ſe animo tenere, quam regi ſign
ri velit. Vocato igitur ad ſe Eunucho ſibi fi

ſimo, iubet iſta Sapori nunciare. Quam tandem beneuolentiam ab ineunte adoleſcentia ad hoc vſque tempus, ô rex, erga tuam familiam præſtiterim, & quanto ſtudio tũ patri tuo tũ tibi inſeruierim, nullis videor egere teſtibus apud te præſertim qui hæc ſatis exploratè cognita habeas. Quare pro omnibus officijs quæ in vos aliquandò tam beneuolè contulerim, hoc mihi vnum remunerationis loco concede, vt his, qui me ignorant, non videar tãquàm infidus erga regnum tuum, aut in aliquô maleficij genere deprehenſus, iſtud ſupplicium ſubire. Et quô hoc pateat omnibus, fac præco palam prædicet, caput Vſthazani amputatum eſſe, non quòd improbitatis cuiuſquam in palatio ab ipſo admiſſæ conuictus ſit, ſed quod ſit Chriſtianus, & Deum ſuum, quo regis voluntati moré gereret, negare noluerit. Atq; iſta quidem regi nũciauit Eunuchus: Sapores autem ratus alios tam ſeuero exemplo à Chriſtiana religione deſcituros, eadem, ſicut Vſthazanes poſtulauerat, præconem prædicarè iubet. At pius ſenex eo fine ſupplicij ſui cauſam prædicari tam impensè deſiderauit, vt ſicuti antè prauo exemplo, cùm ſolem adorauerat, multis Chriſtianis metum iniecerat: ſic iam nõ pauciores ad ſuam animi magnitudinem & conſtantiam imitandam incitaret, ſi modò intelligerent eum pro religione Chriſtiana trucidatum eſſe.

Vſthazanes petit à rege cauſam neci ſuæ palã edici.

Hoc modo Vſthazanes vitam, quam hic in maxima gloria traduxerat, deſeruit: Simeones autem de eius morte in carcere certior factus, Deo pro illo gratias egit. Poſtridiè eius diei, qui erat ſextus dies hebdomadæ, in quo ante celubrẽ diem feſtum reſurrectionis, memoria ſalutaris Chriſti paſſionis quotannis recoli ſolet, decer-

Vſthazanes capite plectitur.

nit rex vt Simeones gladio feriatur. Nam
denuò è carcere ad regem deductus, forti & ma-
gno animo cum Sapore de fide Christiana diſſe-
ruit,& neque illum neq; Solem adorare voluit.

100. Matyres cum Simeone cæduntur.

Eodem die centum alios quoque, qui erant in
carcere, rex itidem obtruncari iubet. Ad extre-
mum Simeonem cùm cæterorum omnium mor-
tem oculis aſpexiſſet, trucidari. Horum pars e-
piſcopi, pars presbyteri, pars ex aliorum cle-
corum ordine fuerunt. Cum omnes ad locum
certaminis deducerentur, princeps Magorum
percunctatur ab illis vterũ velint viuere,& ea-
dem cum rege religionem colere, Soléque ve-
rari. At vbi nemo eorum his cõditionibus vellet
in vita manere, rectà ad locũ, in quo erant fe-
riendi, deducũtur. Simeones interim illis multa

Simeones eos confirmat.

verba ad eos faciebat de morte, de reſurrectione,
de pietate; & teſtimonijs ex ſacris literis depromp-
tis, animum illis addebat, vt fortiter mortem il-
lam oppeterent, quæ veram illis eſſet vitam al-
latura. Dum hæc aliaque ſanè præclara auribus
eorum inculcaret, & tanquàm gymnaſij ma-
ſter præciperet, quomodo in certaminib. ſe ge-
rent, ad necẽ ſinguli cupidè gradiebantur. Lictor
autẽ, poſtquã centũ illos interemit, poſtremo
loco Simeonẽ cũ Abedechalaa & Anania pres-

Abedechalaas & Ananias Martyres.

byteris canicie ac pietate venerãdis, obtrũcauit.
Eodem temporis momẽto, Puſices regiorum

Puſicis præclare virtus.

omnium artificum præfectus, cum videret Ana-
niam in ipſa cæde contremiſcentem: Paulisper,
inquit, ô ſenex, oculos occludito, ac bono animo
eſto, nam ſtatim Dei lumen videbis. Vix hæc lo-
cutus eſt, cùm comprehenſus & ad regem ad-
ductus, libero ore Chriſtianum ſe profeſſus eſt, &
circò lictorib. traditus, peregrino & crudeli

prim

primis mortis genere interimẽdus. Lictores igitur collo eius circa ceruicẽ perforato, illac linguã extrahunt. Porrò aũt eius filia virgo, falsò à quibuſdam in crimen vocata, comprehenditur, eodemq́ue temporis articulo occiditur.

Sequenti anno, eodem ipſo die Paſchatis, nouo Saporis edicto, innumerabilis Chriſtianorũ multitudo ſecuri percuſſa, martyriũ conſummauit. Siquidẽ Magi eos ex vrbibus & vicis, in quib. latitabãt, ſumma cũ diligẽtia eruerunt. Nonnulli aũt ſua inducti voluntate, nè ſilẽtio Chriſtũ denegare viderentur, ſe ipſi indicarunt. Ac dũ oẽs qui Chriſtiani cenſebantur morte multarentur, plurimi, qui in ipſo palatio ætatẽ egiſſent, mactati ſunt: in quorũ numero erat Azades eunuchus, regi longè chariſſimus. Ex cuius morte tantũ animi dolorẽ hauſit rex, vt cõmuni hac cæde ſedata, ſolos religiõis noſtrę doctores trucidari iuſſerit. Innumeri Christiani perimuntur. Azades martyr.

Per idẽ tempus regina in morbũ delapſa, Tarbula ſoror Simeonis Epiſcopi, virgo ſãcta, cũ ancilla, eiuſq; ſorore vtraq; ſimiliter virgine comprehẽditur. Iudæi enim, ficto crimine eũ accuſauerant, quòd vindictæ cupiditate reginæ venena paraſſet. Vnde regina calumniã verã eſſe exiſtimans, mortis eas reas eſſe clamauit. Magi igitur Tarbulã & reliquas duas arreptas morte cõdemnant: ſerraq; diſſectas patibulis ſuffixerũt, ſpatio quodã inter ipſa patibula relicto, vt per illud regina tranſiret: aſſerẽtes morbũ eo pacto depellẽdũ. Fertur hanc Tarbulã, forma valdè liberali & honeſta fuiſſe; Magũ quendã eã deperiſſe, mercedemq;, vti cũ illa rem haberet, clã miſiſſe: promiſiſſe deniq;, ſi vellet ipſius parere libidini, tum eã, tum ſocias ſaluas fore. At illam hanc turpitudinem ne audire quidem voluiſſe, ſed nuncios

Tarbulæ & duarum ſororum crudele ſupplicium.

Tarbulæ pudicitia.

verbis contumelioſis excepiſſe, crimen inte
rantiæ cum probro illis obiectaſſe, ſe mul
bentius velle mori, quàm virginitatem pro
reſpondiſſe. Porrò cum edicto Saporis ratu
ſet, vt ſoli ſacerdotes, fideique Chriſtianæ d
res comprehenderentur, Magi & eorum p
pes, totam Perſidem obeuntes, epiſcopos &
cerdotes grauibus afficiunt incommodis, cu
alijs locis, tum maximè omnium in Adiab
rum regione, quæ eſt pars Perſidis tota fidei C
ſtianæ dicata.

Clero vel maximè infeſtus Sapores.

## VITA S. ANSELMI CANTVARI

*ſis Archiepiſcopi. ex ea quæ eſt per Edmeru Contubernalem, duobus libris conſcripta grauit ex hac vita anno Domini 1109.*

C. Baron: In Not Mart: Rom:

SAnctus Anſelmus nobili inprimis or
genie, patrem habuit Gundulfum, ma
verò Emerbergam, vtrumq; ſeculi dig
ac diuitijs præſtantem, ſed moribus haud p
diſſimilẽ. Nam cùm vinculo coniugali leg
coniuncti, in Auguſta ciuitate (quæ ciuitas
nis Burgundiæ & Longobardiæ Emerberg
ſe edidit; Gundulfum verò in Longobardi
tum ciuem ſui ex aduena fecit) cum magna
litatis laude verſarentur, pater ſeculari d
vitæ, ſuas quas poſſidebat diuitias, frequent
re diſtrahebat: mater verò bonis ſeruiens ſt
optimæ matris familiâs officio fungeba
quo ſumma cum laude ad extremum vitæ
tum perſeuerauit. Sed & Gũdulfus, deuect
ætate. ſpreto ſeculo, monachi inſtitutũ amp
tus, veteriſque vitæ delictis per dolorem
tis, monachus defunctus eſt.

21 Aprilis. Parentes eius.

Patria eorũ.

Pater eius prodigus. Mater frugalis.

At Anſelmus puer paruulus, cùm matern

Pater fit monachus.

benter colloquijs animum intenderet, audiretque vnum eſſe in cælo Deum omnia moderantem, omnia continentem, ſuſpicatus eſt, vtpotè puer inter montes nutritus, cælum montibus incumbere, in quo, & aulam Dei eſſe, eamque per montes adiri. Vndè cùm hac meditatione die noctéque cum voluptate animum paſceret, contigit quadam nocte, vt imaginatione fortiſſima illuſus, putaret ſe ad aulam Dei properare, tranſcenſoque monte, ad conſpectum ipſius ſummi regis venire, à cuius dapifero nitidiſſimum panem accipiebat, eoque coram ipſo reficeretur. Manè igitur facto, reducta ante oculos mentis viſione, puer ſimplex & innocens, veraciter ſe in cælo ex pane Domini refectum credebat, alijſque conſtanter ſe ea nocte apud cælicolas fuiſſe referebat. Mira pueri ſimplicitas.

Intereà creſcente ætate, litterarum ſtudijs à parentibus eſt traditus in quibus mirabiles ſanè progreſſus, breui temporis ſpatio fecit; prorsùs vt anno ætatis ſuæ quintodecimo, ſæculi vanitatem relinquere, contemptisque diuitijs ac honoribus, monaſticæ vitæ ſe tradere cuperet. Sed cũ pro ſua continuò voluntate voto potiri non poſſet, & Abbas, cui ſe in diſciplinam tradere ardebat, deſiderium eius, ne patris animum offendere, differret: cœpit paulatim animi feruor, à religioſo propoſito tepeſcere: & velis tandem remisque, ad mundi vanitatem aſpirare. Nam pia matre defuncta, cuius exemplo in omni officio modeſtiæ ac pietatis continebatur, mox penè in ſeculi fluctus dilapſus eſt. Sed omnipotens Deus, non paſſus eſt animam eius penitus vitiorum fluctibus abſorberi. Nam cum iuuenilis ætas, corporis ſanitas, diuitiarum iactantia-

Deſiderium monachiſmi.

Tepeſcit adoleſcentis animus, dũ arridet mũdus.

aliæque huius mundi proſperitates, longius eu abripuiſſent, continuò infeſtum ei & inteſtinum bellum excitauit, patriſque animum adeò acer bo contra illum odio inflammauit, vt nullis ſtudijs, nullis obſequijs lenire poſſet. Quæ prima illi æternæ ſalutis occaſio fuit.

Pater illi infeſtus.

Nam diuturna patris auſteritate offenſus, ele git paternis rebus, patriæque potius renunciare, quàm patri ſuo vel ſibi, aliquam ex cohabitatione infamiam procreare. Paratis itaq; his, quæ iter neceſſaria erant, vno comitatus miniſtro, re licta patria, Seniſium montem, non ſine maximo corporis & animi labore, ſuperauit, Burgundiam Franciamque petiuit, vbi annis admodum tribus exactis, Normanniam adijt, vt Lantfrancũ quendam, virum inprimis bonum, & præſtanti reli gione ac ſapientia verè nobilem requireret, cu ius fama nobiliſſimos quoſque clericorum, è cunctis mundi partibus attraxerat. Eo igitur ad uento, lætus alacerque eius ſe magiſterio ſub dit, ac die noctuque literarum ſtudijs incubuit, intantùm vt neque vigilijs, neque frigore, neque inedia fatigatus deficeret. Inter hæc, rursùs mo naſticæ vitæ deſiderium, multò vehementius a nimum eius pulſare cœpit: ſed nè parum conſul tò rem adeò arduã aggrederetur, Lãtfrancum in primis fidelem non minùs quàm prudentem v num de mille conſiliarium ſibi elegit; eique a mi ſui propoſitum candidè humiliterque ex poſuit. E tribus enim vitæ ſemitis, quas ſibi pro poſuerat, vnam de eius cõſilio eligere ſtatuit. Nam aut monachus, aut eremi cultor fieri, aut poſtremò ſibi viuens, ex patrimonio, (quod de functo tunc patre ampliſſimum ad eum deuolu tum erat) indigentibus pro poſſe, propter De

Diſcedit è patria.

Tradit ſe Lantfranco in diſcipli nam.

De vitæ ge nere eligen do, pruden ter cogitat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miniſtrare decreuerat. Lanfrancus aũt quamuis conſilio polleret plurimum, non tamen in re tã ardua ſuã proferre ſententiã præſumpſit, ſed eũ ad Maurilium Rothomagenſem antiſtitem deſtinauit, qui ſtatim author ei fuit, vt monaſticam, tutiſſimam ſalutis ſemitam ingrederetur. Nec mora. Anſelmus, qui tunc ſeptimum & vigeſimũ ætatis agebat annum, relicto ſeculo, Beccenſe petit cœnobiũ, cui Herluinus vir ætate probitateq; cõſpicuus, magna cũ laude præerat: ſuoq; patrimonio, domiciliũ hoc caſtitatis pietatiſq; erexerat. Ibi verò Anſelmus toto triennio poſtquã in virtutis ſtudio deſudaſſet, tãtos in omni perfectione progreſſus habuit, vt omniũ iudicio & gratulatione, (venerabili Lanfranco, qui iſtius cœnobij Prior erat in Cadonẽſis regimẽ aſſumpto) vel inuitus ad Prioris officium eueheretur.

Fit monachus.

Herluinus primus Abbas Beccẽſis.

Fit Prior.

Eo honoris titulo decoratus, cœpit omnibus aliarum rerum imaginibus ex mente profligatis, vni ſoliq; Deo intendere, cæleſtibuſq; ſe totum diſciplinis tradere, tam ardenter, vt ante tempus ſuum inſolitas de diuinitate Dei, & noſtra fide quæſtiones perſpiceret, perſpectaſq; luculentis ſanè rationib. enodaret. Nocte quadã inſomnis in lecto recubãs, meditando ſecũ rimari conabatur, quonam modo prophetæ, præterita ſimul & futura, aſſecuti fuiſſent; cumq; mentis ratione eò pertingere nõ poſſet, & intellect⁹ incredibili ardore laboraret, ecce defixis oculorũ ſuorũ radijs vidit per medias oratorij maceries monachos ad diuina ſe præparantes, oculiſq; planè lynceis dẽſiſſimos parietes penetrauit. Qua re vehementi ſtupore detentus, intellexit Deo leuiſſimum eſſe, prophetis in ſpiritu ventura monſtrare, qui illi concesserit, quæ fiebant, per tot obſtacula

Corporeis oculis, parietes penetrat.

cula corporeis oculis videre.

*Magnum animi lumē.*

Hinc perſpicatiori ſapientiæ luce perfuſu
mnis ſexûs & ætatis mores, ita ratione diſcre
nis penetrauit, vt arcana cuique cordis ſui c
ſilia reuelaret. Ipſas quoque virtutum vitior
que omnium origines, admiranda planè pr
tia callebat, luceque clariùs, qua via modo
hæc vel adipiſci, vel deuitari, atque deuinci
ſent edocebat. Ex aſſidua ſummæ beatitu
contemplatione & deſiderio vitæ perennis,
menſos ſæpè lachrymarum effundebat imb
aliorumque peccata haud ſecus quàm pro
deflebat.

*Prudentia & modeſtia eius, in inſtituendis nouitijs.*

Nunc verò, qua prudentia commiſſos ſibi
ditos tractauerit, qua modeſtia ac lenitate a
etatis ſtudium pertraxerit, quis dignè expli
valeat? Erant qui ſtimulis inuidiæ concitati,
cta factaque eius omnia carpebant, ac dente
nino rodebant æmulabanturque: ſed pius p
omnem eorum malitiam fraternæ charitati
ficijs vincebat, animoſque in ſcelere obdura
incredibili manſuetudine leniebat. Erat Os

*Osbernus, per Anſelmū ad modeſtiam ac pietatē adducitur.*

nus quidam adoleſcentulus, ingenio quidem
gaci & indole haudquaquam mala, ſed mor
adeò profligatis, vt Anſelmum, eoſque qui e
ad modeſtiam grauitatemque inuitabant, n
quis quidem oculis aſpicere poſſet. Hunc me
cæca in peſtem animę ſuę ruentem aggreſſus
ſelmus; mira calliditate ad mentem ſanior
reduxit: Videbat puerum, puerilibus irreti
ludis, per præceps in vitiorum gurgites abeu
animumque effrænum, per fas & nefas volup
tes exquirentem. Quid faceret pius paſtor? N
verbis aſperis, vel diſciplinæ rigore, difflue
continuò mores aſtrinxit, ſed primùm pijs bl

dimentis eum deliniuit, puerilia facta benignè tolerauit, plurimaque conceſſit quibus & ætas delectari, & effræna mens ſimul ad manſuetudinem curuari poſſet. Puer autem conceſſis gaudens, non modò à feritate recedebat, ſed Anſelmum etiam diligere incipiebat. Tum verò pius paſtor, animaduertens ſe firmitate & conſtantia eius poſſe confidere perditos mores fortiori diſciplina aſtringere cœpit, omnesq; puériles actus in eo reſecare, & ſi quid reprehenſibile admitteret, id non modò verbis, ſed & verberibus acriter vindicare; effecitq; hoc modo pius pater, vt iuuenis qui tota mẽte in peſtem ruebat, lenitate ac manſuetudine Anſelmi, in v am rediret, ac multis tandem virtutibus inſignis, diem extremum clauderet.

Accidit eo tempore, vt Abbas quidam religionis opinione clarus, ad Anſelmum veniret, eique inter verba, de monaſtico inſtituto vltrò citróq; habita, narraret, ſe quoſdam in clauſtro pueros habere, adeò moribus profligatis, vt nullis verbis vel verberibus, ad diſciplinæ ſtudium adduci poſſent. Non ceſſamus, dicebat, eos verberibus fatigare, ſed ipſi quotidiè deteriores euadunt. Ad quæ miratus Anſelmus: Non ceſſatis, inquit, eos verberibus fatigare? & quales quæſo adulti euadunt? Hebetes, inquit Abbas & beſtiales. At ille: Quam benè nutrimentũ veſtrum expẽditis, qui de hominibus beſtias nutriuiſtis. Et quid, inquit, faceremus, imò quid non facimus? Nocte dieque moribus eorum inuigilamus, modiſque omnibus eos conſtringimus, ne vel latum vnguẽ à diſciplinę ſeueritate recedant, & tamen oleum planè atque operam perdimus. Ad quæ Anſelmus: Conſtringitis, inquit? Dic mihi quæſo Ab-

Colloquiũ eius cũ Abbate quodã, vt pueri ſint in cœnobijs tractandi.

Elegans ſimilitudo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ba, ſi teneram in horto tuo arbuſculam, omni
parte concluderes, patuloſq; ramos diffund
incipientē impedires, & creſcendi libertate
uares, dic mihi, poſt anni circulum, qualis tu
arboris eſſet futura ſpecies? Profectò inutilis
mis incuruis & perplexis, idque non ex arbo
ſed tua culpa proueniret, qui eam immode
concluſiſti. Certè hoc in puerorum inſtitut
agitis, qui cùm per oblationem in horto Eccl
plantati ſint, vos eos terroribus, minis, verb
buſq; vndique coarctatis, vt nulla poſſint p
tùs libertate potiri. Itaque indiſcretè opp
prauas & ſpinarum more perplexas, intra ſ
gitationes congerunt, fouent, nutriunt, tan
eas nutriendo vi ſuffulciunt, vt omnia, qu
rum correctioni poſſint adminiculari, obli
mente ſubterfugiant. Vndè fit, vt quia nihil a
ris, nihil pietatis, nihil beneuolentiæ ſiue d
dinis, ex vobis hauriunt, nec illi vobis fidem
hibent, ſed cuncta ex odio & inuidia cont
procedere credunt. Hinc contingit modo
miſerabili, vt ſicuti corpore creſcunt, ita od
omnis mali ſuſpicione ſimul creſcant; null
que niſi depreſſis ſupercilijs, oculove obl
intueri valeāt. Sed dicito quæſo quid cauſæ
adeò infeſtis animis illos tractetis? Nunquid
mines ſunt eiuſdē vobiſcū naturæ conſortes
letis ne vobis fieri, ꝙ illis facitis, ſi ꝙ illi ſunt
eſſetis? Sed eſto. Diſciplinę ſeueritatē conſer
vultis, ſoloq; rigore iuſtitiæ in officio alios c
nere: & ad optimos mores informare. Vid
vnquàm aurificem, ex lamina auri vel arge
ſolis percuſſionib⁹ imaginē precioſū form
Non puto. Quid tunc? Certè vt aptam ex lam
formam efficiat, nunc eam ſuo inſtrumento
ne

niter premit & percutit, nunc diſcreto leuamine leniùs leuat & format. Sic & vos, ſi cupitis pueros optimis ornatos moribus, neceſſe eſt vt cum ſeueritate diſciplinæ, paternæ pietatis & manſuetudinis leuamen & ſubſidium eis impendatis. Ad hæc Abbas: Quod leuamen, quod ſubſidium? Ad graues & maturos mores eos conſtingere laboramus. Cui ille: Benè quidem. Et panis & quiſque ſolidus cibus, vtilis & bonus eſt eo vti valenti. Verùm ſubtracto lacte, ciba indè lactentem infantem, & videbis eum magis ex hoc ſtrangulari quàm recreari. Quarè hoc tenete: Sicut fragile & forte corpus, pro ſua qualitate, diuerſam exigit alimoniam; ità quælibet anima, non quouis poteſt cibo nutriri. Fortis namque, forti & ſolido delectatur; Gaudet in tribulationibus, odientes diligit, percutienti maxillam vnam, læta præbet alteram, omniaque ſuffert, amore eius, qui acerbiſſima nece delicta noſtra expiare voluit. At ea quæ in Dei ſeruitio fragilis adhuc eſt, tenero lacte indiget aliorum videlicet manſuetudine, benignitate & miſericordia, donec paulatim robuſtior facta, grauiora diſcat certamina ferre. Quare mi Abba, ſi commiſſos tibi tyrones ad Chriſtianæ militiæ certamen probè inſtruere velis, vide nè omnibus vna eademque arma imponas; nam quibus vnus inimicum fortaſſis ſuperare valet, ijs alius quiſpiã turpiter ſuccũberet. Vnde nihil pernicioſiùs, quã diuerſa ingenia, ad vnam eademq; diſciplinæ formã, aſtringere velle. His auditis, Abbas ingemuit, ac ſe peccaſſe agnouit. At verò, Anſelmus his diſciplinis, tantam apud omnes virtutis famam captauit, vt plurimi nobiles pariter atque ignobiles, ſeſe in diſciplinã eius tradere cuperẽt. Vagabatur nominis illius

Non idẽ cibus, forti & imbecillo apponendus.

Multi ad eius cœnobium cõfluũt, eius fama excitati.

celebritas,nõ modò per Nortmanniam,Fra
& Flandriam, ſed totam quoque Angliam i
pleuerat,vt plurimi ex prima nobilitate,mi
ac clerici ad eum confluerent, ſeque ſuaque
nia Dei ſeruitio in eius monaſterio trade
Defuncto autem Abbate Herluino,fuit vno
nium conſenſu atque applauſu in locum
ſuffectus;licet ipſe manibus,quod aiũt, pedi

S. Anſelmus fit Abbas.

que, eam dignitatem atque honoris titulum
pellere niteretur. Sed cùm eam fruſtra à ſe
ueret, inuitus tandem ſubijt, quod magna
ſanctitatis opinione adminiſtrauit.

Eo tempore Lantfrancus ex Abbate Code
ſi,ad Cantuarienſem ſedem,epiſcopali titul

Lantfrãcus Cantuarienſis Archiepiſcopus.

miniſtrandam aſſumptus fuerat. Hunc vt p
ſtituta iam pridem amicitia Anſelmus viſi
tranſmiſſo mari,in Angliam venerat, vbi ab
ni ſexu & ætate tanta cum admiratione exce
fuit,vt quilibet Beccenſi Abbati, gratiam c
uis officij ſe exhibuiſſe gauderet. Rex ipſe G
lielmus, qui armis Angliam inuaſerat, qua

Anſelmi mira apud Anglos æſtimatio.

tyrannide quadam cunctis eſſet formida
Anſelmo tamen erectam inclinabat ceruic
alijſque ad rei nouitatem ſtupentibus, aliu
ab eo qui eſſe ſolebat, declarabat.

Neque ſanè vana erat de Anſelmo conc
ſanctitatis opinio, quam omnipotens D
miraculorum virtute confirmabat. Nam vir q

Miracula eius.

dam in confinio Ponti & Flandriæ, diuitiaru
nobilitatis gloria facilè princeps, lepra pe
ſus, cùm aſſiduo mœrore contabeſce
quòd ſe, contra natalium ſuorum dignitatẽ,
ſpici deſerique à ſuis videret, crebris orati
bus & eleemoſynis opem ab omnipotente D
precabatur. & eccè quadam nocte viſus ſibi

re

re vir quidam grauitate admiranda conſpicuus, qui monuit, ſi priſtinæ vellet ſanitati reſtitui, Beccum iret, & aquam illam potaret, quæ Abbatis Anſelmi manus, poſt Miſſarum ſolennia abluiſſet. Igitur ſalutis auidus, facilè viſioni fidem adhibuit, ac impiger ad Anſelmum tendens, viſionem ei aperuit, humiliterque, vt aquam porrigere dignaretur, rogauit. At vir ſanctus ad verba obſtupeſcens, hominem multis modis ab ea mente reuocare voluit; dixitque falſis rerum imaginibus eum miſerè deludi. Ipſe verò cùm vehementer ac importunè inſtaret, vir ſanctus hominis pietate motus, altero die incruentum pro eius ſalute Deo ſacrificium obtulit, & aquã tam multis expetitam lachrymis porrexit. Qua hauſta, teterrima ſcabie protinus fugata integra ſanitas rediјt: multorumque ora in Dei laudem diſſoluit. Eodem tempore, frater quidam qui ſub eius diſciplina Chriſto militabat, valida corporis infirmitate preſſus, aqua per Anſelmum ſanctificata aſperſus, eueſtigio priſtinas vires ſanitatemque recuperauit.

*Leproſus ſanatur.*

Et quidẽ trãquilla tũc res Angliæ erat, cunctis, tã clero quã ſecularibus, vnius Anſelmi & auctoritate & monitis, in ſolida pietate degẽtibus, cũ repẽtè grauis & periculoſa omnib⁹ calamitas exorta eſt. Defũcto memorato Anglorũ rege Gulielmo, Gulielmus filius eius ad regni gubernacula admotus eſt. Hic, ſublato de hac vita venerabili patre Lanfranco, eccleſias ac monaſteria totius Angliæ grauiſſima ſanè oppreſſione afflixit. Cuius oppreſſiõis anno quarto, Anſelmus à principibus regni, qui eum animarum ſuarum medicum & patronum elegerant, inuitatus, & ab ipſo Ceſtrenſi Comite Hugone adiuratus, ac poſtremo ec-

*Item infirmus alius.*

*Guilielmus Angliæ rex oppreſſor eccleſiæ Anglicanæ.*

mo eccleſiæ ſuæ præcepto, pro cõmuni vtili
coactus Angliam ingreſſus eſt. Vix eum Can
ria receperat, cùm protinùs monachorum &
icorum turba haud exigua, quaſi quodam pr
gio mota, archiepiſcopum eum futurum
clamauit. Indè autem ad regiam tendenti, o
mates quique alacres ei occurrerunt, ac ipſ
nique rex è ſolio exiliens, venientem multis
modò ſummæ cuiuſdam beneuolentiæ ind

Suſcipitur Anſelmus à rege honorificè.

excepit, ſed poſt oſcula & amplexus, per de
ram ad ſuam ipſe ſedem perduxit. Ibi poſt ve
multa vltrò citroque admodum ſuauiter hab
Anſelmus regiam nihil purpuram veritus, in
pidè monita ſalutis regijs auribus inferre co
docens atque obſecrans, nè ſcelere ſuo eccl
pacem perturbaret, & optimè conſtitutam
tatis ac religionis rationem, in apertum di
men cum multarum animarũ periculo infer

Rex quamuis dicendi libertatem in Anſel
valdè miraretur, ab ira tamẽ ſe continuit, di
ſoque cum honore Abbate, paulò poſt in lãg
rem adeò grauem incidit, vt vitam cum mo
commutare putaretur. Erat adhuc Cãtuari
ſtore orbata, cùm principes regni regem de
bentem adeunt, ſuadétque vt matrem totius
ni eccleſiam, à priſtina viduitate & calamit
per inſtitutioné pontificis releuet. Acquieuit
ſilio rex, & Anſelmum ea dignitate fore dign
ſimum pronunciauit. Acclamatur ab omnib
& Anſelmus ad eum honoris gradum aſcend
dum cogitur, rapiturque. Reluctabatur vir ſ
ctus diu multumqu totis viribus, ſed quò acri

Anſelmus fit Archiepiſcopus Cantuarienſis.

repugnabat, eò vis maior à clero populoque
ferebatur: adeò vt victus ſuccumbere, & vole
nolensq; ſacro oneri humeros ſubdere debuer

Vix pontificali infula ſolenni ritu decora

erat, cùm regis animus antè ſatis, vt apparebat beneuolus ira odioq́ue repentè inflammatus, virum ſanctum auerſari cœpit. Nam rex, qui omnia vitæ officia turpi nimis auaritia, & lucri cupiditate metiebatur, cũ pro collato in Anſelmũ honore, denariorum mille libras ſecura mente expectaſſet, & virum ſanctiſſimum ab ea mente planè alienum eſſe comperiſſet, turbatus, nè colloquio quidem ſuo eum amplius dignatus eſt: prorsùs, vt laborantem ac nocte dieq́ue in ſceleribus hominum reſecandis, deſudantem antiſtitem defereret, ſeq́ue iniquitatis potius, quàm pietatis fautorem declaret. Quæ res inprimis acerbiſſimos doloris ſtimulos pectori eius inflixit, adeoq́ue attriuit, vt animus omnem conſolationem reſpuiſſe videretur. Concitatus furor regis, multis ac diuerſis iniuriarum procellis eum fatigabat: & ſubditorum mentes regia auctoritate nixæ per omnia libidinum genera vagabantur. Tapeſcebat vir ſanctus zelo iuſtitiæ, & aſſiduo animi mœrore penè abſorptus, ſuffuſos lachrymis oculos ad cælũ leuabat, cũ cõmiſſum ſibi gregẽ effractis religionis ac pietatis repagulis, per vitiorũ gurgites pręcipitẽ abire cerneret, neq; vllis monitis in viã ſalutis reuocare poterat.

Rex vehementer illi infeſtus.

Neque tamen deerat animus, ad mortẽ vſque pro iuſtitia certandi. Nã cùm regẽ planè iam ſibi infeſtum ſentiret, primùm vt auctoritate Romani Pontificis ſedem ſuam muniret, regem adijt, obnixè petẽs, vt liberã proficiſcendi poteſtatem ſibi faceret, quò à Papa Vrbano (qui id temporis ſummũ illud honoris faſtigiũ tenebat) ſtolam ſui Archiepiſcopatus, de more ab illius manu reciperet. At rex ad nomen Vrbani turbutus cum admiratione reſpondit: ſe ſuo in regno non modò

Guilielmus rex, Papam non vult agnoſcere.

Pa-

Papam non agnoſcere, ſed ne nomen quidem
pſum vllo modo ſuſtinere. Hoc reſponſo An
mus præter opinionem accepto, primum
puit, regiſque furorem tacitus execrari cœpi
Orta deindè graui diſſentione, totius regni
ſcopi Abbates ac principes conuocantur. C
uentum eſt ad caſtrum Rothingeham, anno
minicæ incarnationis milleſimo nonage
tertio, tertia ſeptimana quadrageſimalis ie
cauſaque in medium adducta, ſtatim Anſel
hinc indè diuerſis querelis concuti cœpit. S
dem epiſcoporum plurimi regiæ voluntati

Epiſcopi Angliæ, nolunt ſuo parere primati.

dentes, ſpreto æquitatis iudicio, Vrbanum
gno Anglicano omni pontificia auctoritat
uabant, eumque impium ac in regem rebe
eſſe vno ſtrepitu conclamabant, qui aliam
ter vnius regis Gulielmi, in vtroque iure p
ſtatem agnoſceret. Igitur ad vnius regiæ ind
tionis vocem epiſcopi omnes, vno Roffenſi
pto, in perfidiam lapſi, promiſſam Romano
tifici obedientiam abiurarunt, primatumque
mnem in eccleſia Dei, vno impetu ſuſtuler
Rex etiam ipſe cunctos in ea ſentẽtia anima
atque ni Anſelmus vicarium Petri eadem
ne culcaret, iuramento confirmabat, ſe ho
antiſtitis honore priuaturum, atq; deinceps
lo loco habiturum.

Conſtantia S. Anſelmi, in obedientia Pontifici Summo ſeruanda.

At Anſelmus conſtanter in ſyncera fide ac
tegra erga Deum eiuſque vicarium obedie
perſiſtens, potiùs è cunctis regni finibus ex
re decreuit, quam vel latum vnguem ab obe
tia Summo Pontifici debita deflectere. Sed
gis animum grauiùs ea re offenderet, iteru
que iterum commoda affandi tempora capt
petijtque, vt liberam eundi Romam poteſt

ſibi faciat. Negabat rex, &animo ſanè perturbato mandabat antiſtiti, vt cœpto deſiſteret, vel ſimul cum eo itinere perpetuum exilium ſubiret. Tunc nihil cunctatus Anſelmus, incredibili ardore libertatis eccleſiæ ſuæ firmandæ inflammatus, tanquàm è captiuitate Babylonica indè receſſit, ac peregrinorum ſpecie baculo peraque contentus, clero ac populo cum ingenti fletu ac eiulatu eum proſequuente, in viam ſe dedit. Præſtolabatur in portu Doſras, proſperos ventorum flatus, cùm ecce adeſt miſſus a rege clericus, Guilielmus nomine, qui abeuntis ſarcinam exploraret. Sperabat ſiquidem ingentes ſe theſauros, quibus tota auiditate inhiabat, inuenturum: ſed cùm excuſſis omnibus, nihil in rebus epiſcopi, præter inopiam inueniret, ſpe reperiendæ pecuniæ fraudatus abijt, populo interim, nefarium opus, cum ſumma indignatione, ſpectante & ſpectaculo execrante.

Itaque Anſelmus conſcenſa naui Angliam reliquit, & tanquam in portu placidæ quietis nauigans, quamuis non ſine multis periculis, Lugdunum deuenit, vbi ab Archiepiſcopo ciuitatis illius honorificè exceptus, miſſis Romam nuncijs, Pontificis voluntatem præſtolabatur. Sed Pontifex audito viri ſanctiſſimi aduentu, magno delibutus gaudio, eum ad ſe ſtatim euocauit: quô tanti viri aſpectu & colloquio frui poſſet. Nec mora. Anſelmus contemptis vitæ periculis, ad obediendum alacri ſe animo accinxit, ac ſaluus, Deo protegẽte, & incolumis Romam peruenit. Ibi verò quanto cum honore quantiſque beneuolentiæ indicijs, ab ipſo Vrbano exceptus fuerit, argumenta ſunt ipſa Pontificis verba, in medio principum conceſſu, in laudem ipſius Anſel-

*Diſcedit ex Anglia.*

*Pontifex Vrbanus eum ad ſe vocat.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*In quanti Romanus Pontifex eũ fecerit.*

mi luculenter habitat quibus inter alia cui
eum liberalium artium diſciplinis innutri
pro magiſtro habere fatebatur, & quaſi ſui co
parem, velut alterius orbis virum Apoſtoli
& patriarcham, iure venerandum cenſeba
hæc Anſelmum, tantùm abeſt vt quouis m
extollerent, vt etiam ingenti rubore ſuffuſu
metipſum tacitus accuſaret, quòd longè a
ab hominum opinione ſe inueniret.

Poſt hæc aduentûs ſui cauſam Pontifici a
ruit, eundemq́; , vt collapſis penè fidei ac pi
tatis in Anglia fundamentis, maturè ſubueni
humillimè rogauit. Et quidẽ cùm de via mo
q́ue ſuccurrendi Anglicanæ eccleſiæ rebus P
tifex cum ſuis conſilia agitaret, Anſelmus
nimo magis ſoluto ac libero diuinarum re
commentationi vacaret relicta vrbe, cum ſ
ma Pontificis voluntate, ad cœnobium S. Sa

*Fontem impetrat ſuis precibus.*

toris Teleſſini, ſe recepit, cui Iohannes qu
olim Becci monachus, Abbas præerat, qui il
vt proprium patrem amicè ſuſcepit, & in
lam ſuam, Sclauiã nomine, duxit, vbi Anſel
fontem è duriſſima rupe, monachis aquæ pe
ria laborantibus, precibus ſuis elicuit, qui de
ceps ab eius virtute ac nomine, Cantuarien
piſcopi puteus appellatur: ferturq́ue mira
ſe fugandis febribus ac lãguoribus diuerſis
habere.

Intereà Pontifex Vrbanus, concilium, & E
coporum aliorumque Patrum conuentum,
indixit. Cui dum Anſelmus intereſſe, & Gr

*Cõcilio Barenũ etiam Anſelmus intereſt, & Græcos cõfutat.*

turpi errore, in proceſſione Spiritus ſancti
lio, contaminatos refutare cogitur, tanta ſa
dentiæ opinione effecit, tantisq́ue dicendi lu
nibus quæſtionem illuſtrauit, vt eo die ſum
ta

eruditionis ac ſanctitatis laudem adeptus ſit.

Finito autem Concilio, cùm Romã proſpero rerum ſucceſſu vnà cum Pontifice delatus eſſet, adfuit fortè Guilielmus, clericus ille à rege miſſus, qui in deceſſu res omnes viri ſancti ſcrutatus fuerat, vt ea quæ in cauſam regis eſſent, cõtra Anſelmum, coram Pontifice perorarent. Sed adfuerunt & Angli, qui ſumma veneratione Anſelmũ proſecuti, pedibus eius oſcula figere volebant: quod cum ille nequaquam pateretur; iuſſit Ro. Pontifex, vt nullum benefacere ſponte volentem prohiberet; ſed oẽs tali cauſa aduentantes admitteret. Guilielmo tamen Vrbanus Pontifex pro rege Angliæ deprecanti, vt inducias ad præfinitum quoddam temporis ſpacium cõcederet, quo de totius cauſæ cognitione certior fieret, nõ negauit: Anſelmnm tamen pontificia dignitate firmatum, & multis cumulatum laudibus ad ſedem remiſit: nihil dubitans, quin ſua facilè prudentia ac lenitate, turbatas Angliæ res componeret, & optatam eccleſiæ pacem reſtitueret.

Nota quo in honore Romæ fuerit.

Sed Anſelmus vt, Roma digreſſus, ſuperatis quamplurimis diuina protectione viæ periculis Lugdunum peruenit, ſtatuit, & ſibi commodius & Eccleſiæ vtilius eſſe exiſtimauit, regis potiùs animum per nuncios explorare, quàm effrænatam hominis mentem ſuo conſpectu nouo furore incendere. Lugduni autem, apud Hugonem vrbis illius antiſtitem inprimis venerabilem commorans, nullo modo conſuetæ pietatis benignitatiſque in plebem officia intermiſit: imò tanta apud ipſum Hugonem propter ſanctitatis opinionem auctoritate pollebat, vt præſulis loco eum haberet, & ipſe in propria parochia nõ niſi vicariã operã exercere vellet: ac tãta demũ apud

Lugduni moratur ſummo cũ honore.

Infirmi vi fragmentorum ex eius mēſa ſublatorum ſanātur.

Item vi Miſſæ auditæ.

omnes creuit illius opinio, vt infirmi debil
ex ipſis etiam menſæ illius reliquijs mic
ſanitatem ſibi pollicerentur. Nec fuēre fru
ſua ſpe, qui cum fide Chriſto debita, fragm
perceperunt: quorum duo, milites ambo, c
ſanitatis gratiam conſecuti noſcuntur. Qu
etiam haud ignoti nominis vir, eo ſolo, qu
cræ Miſſæ illius officio cum fide intereſſet,
ui ægritudine liberatus eſt. Nec defuēre
gregia ſanò ſanctitatis illius teſtimonia.
die quodam Cluniacum cum ſuis eunti, i
mulier quædam miſerabili mentis furore
ta, multis cum lachrymis ac precibus obla
lutifero crucis ſigno per eum munita paul
ſanitatem adepta eſt.

Mors Guilielmi regis, magnam viro ſancto viro ſancto triſtitiam affert.

Inter hæc, aliaq́; notæ ſanctitatis indicia,
ex ſanctiſſimi viri diſcipulis Lugdunum ve
regis ipſius Guilielmi mortis nuncij: quæ v
gliæ vniuerſæ haud mediocrem lætitiam,
ro ſancto, præter omnium expectationem
gnem mœſtitiam, cum multis lachrymis c
ctaq; attulit: vſque adeò, vt palam teſtaretu
ſi fieri poſſet, ſua morte vitam illi libenter
giri paratum eſſe. Inter hæc verba, & crebro
mitus, quibus peccatoris animam deplora
hij atq alij nuncij, literis viduę matris Eccle
Hērici regis, qui fratri ſucceſſerat, inſtructi
re; quibus benignè admodùm antiſtitē ſu
dem occupandam inuitabāt, cuncta regni
negocia, ad nutum illius pēdere aſſerentes.
verò Anſelmus, vt laboranti eccleſiæ ſuæ
ferret, ſine mora iter arripuit, ſed Serberi
regem veniens, nequaquam ea beneuol
rege exceptus fuit, qualis eum decebat, qu
que omnes regni proceres deferre cogita

M

Nam cùm nihil viro ſancto antiquius eſſet, quã Patrum decreta, ſacroſque Canones inuiolatos ſeruare, tùm in Concilio Romano (cui etiam Anſelmus interfuerat) Pontifex Vrbanus excommunicationis fulmen, in laicos omnes qui inueſtituras, vt vocant, darent, vel qui eas acciperent, intorſerat. Quam ſententiam Henrico regi vt aperuit, ille eadem animi pertinacia qua frater, eam auerſatus, non modo ad aures ſuas non admittere voluit, ſed ipſum etiam Anſelmum, turbulento à ſe animo repulit. Indè nouis noui regis agitatus perſecutionibus, inuicto animo pro eccleſiæ libertate, contra fraudes ac inſidias omnes pugnauit, prorsùs, vt neque mortis quidem periculum, paratus pro eccleſiæ libertate ſanguinem fundere formidaret. Hac tanta animi cõſtantia cognita, rex, nè tanti lucri quod ex inueſtituris ad eum ampliſſimum manabat, iacturam faceret, ipſe Anſelmum adijt, monens ſuadenſque, vt Romam adiens, latam ab Vrbano ſententiam ſua auctoritate ac gratia reſcindi curaret: aliàs ſe pro Eccleſiarum donationibus, quæ ex more antiquo ſibi competerent, ad extremum vitæ ſpiritum, cum regni etiam totius periculo decertaturum. Hac tam ſeuera denunciatione nihil motus Anſelmus, reſpondit ſe, quod in detrimentum Eccleſiæ cederet, facturum nihil, licèt omnibus excarnificandus ſupplicijs, mortem acerbiſſimam ſubire deberet.

*Concilium Romanum.*

*Hẽricus rex frater Guilielmi & ſucceſſor, Anſelmo infeſtus.*

*Egregia ſane viri ſancti conſtantia.*

Veruntamen nè regis auctoritatem aſpernari videretur, ſimulque, vt quæ ad Eccleſiæ Anglicanæ vtilitatem faciunt, cum Pontifice tractaret, Romam abijt, vbi & ab ipſo pontifice Paſchali, qui Vrbano ſucceſſerat, & à prima vrbis nobilitate, ſummo cum honore exceptus fuit. Peractis

*Secũdò Romam venit*

ijs quæ tam in rem eccleſiæ Anglicanæ, qu[...]
quæ ad aliarum vtilitatem cedebant, Anſelm[...]
iter arripuit. Sed vt primum per multa pericu[...]
Lugdunum appulit, mòx Guilielmus comi[...]

*Hẽricus rex Angliam ei interdicit.*

tum eius deſerere volens, regis ipſius m[...]
dato, Angliam illi interdixit, niſi omnes & p[...]
tris & fratris ipſius conſuetudines, poſtpoſit[...]
dis Apoſtolicæ auctoritate ac obedientia, ſe[...]
das ſuſciperet. Anſelmus ne hac quidẽ cõmi[...]
tione à conſtantia dimotus, Lugduni ſedem e[...]
git, ibidemque Dei miſericordiam pro ſal[...]
eccleſiæ ſuæ implorare conſtituit.

*Spoliat cum bonis.*

Rex autem Henricus, vt comperit Pontif[...]
in ſua ſententia perſtare, Archiepiſcopatũ C[...]
tuariẽſem in ſuum dominiũ redegit, & Anſe[...]
omnibus bonis ſpoliauit. Sed paulò pòſt, v[...]
tis conſcientiæ ſtimulis compunctus, ab e[...]

*Reuocat Anſelmum.*

eum reuocauit, multisque honoribus ac m[...]
ribus cumulatum, in amicitiam recepit: pr[...]
que conſuetudines, contra eccleſiæ libertat[...]
introductas, libenter deleri paſſus eſt. Hinc[...]
nibus, quæ inter clerũ regiosq; miniſtros ia[...]
viguerãt, diſcordijs ac ſeditionibus ſedatis tr[...]
quillitas Eccleſiæ reſtituta eſt: & Anſelmus[...]
ris vacuus, multò quàm antè vigilantius, a[...]
ad docendum ſcribẽdumque appulit. Nam c[...]
antè, inter maximas exilij moleſtias ac diffi[...]
tates, præclara admodum multa ſcribendo p[...]
ſtiterat, tum poſtremò, libello illo, quem de c[...]
cordia præſcientiæ, & prædeſtinationis, gr[...]
que Dei cum libero arbitrio edidit, tantam[...]
cem in diſſenſionis errorum tenebris, mult[...]
tulit, quantam alius nemo. Quo in opere d[...]
verſaretur, aliaque ingenij ſui monumenta p[...]
turiret, infirmitate graui corripitur, quæ i[...]

dime[...]

dimento fuit quò minùs quæſtionem de animæ origine, ad optatum finem perduceret.

Aderat Roffenſis antiſtes Rodulphus, cùm mortis ferè doloribus oppreſſus, Anglicanæ Eccleſiæ pacem precaretur, ac regi reginæque vltimam benedictionem, ſublata, magna cum pietate, dextera impartiretur. Corpus deſtitutis planè viribus languebat, dubiaque minimè mortis ſigna edebat, cùm ſpiritus incredibili gaudio exultans, inter charos ſuorum amplexus, ſolutis mortalitatis vinculis, ad creatorem ſuum euolauit. Moritur vir ſanctus.

Pontificiam dignitatem, ſumma cum auctoritate ac eximia ſanctitatis laude, contra regum duorum vim ac potentiam, annis tredecim adminiſtrauit. Præclarum ſanè poſteris conſtantiæ ac fortitudinis exemplum relinquens, nè pro pro eccleſiæ libertate tuenda, vllis laboribus frangerentur, vllaſue perſecutiones, minas, vel ſupplicia formidarent.

MARTYRIVM S. EPIPODII, QVO *coronatus eſt Lugduni Anno incarna. verbi 179. Soteris verò Romæ: Pontif: 5. ex eo quod exſtat apud Surium.* C. Baron: Annal: to: 2.

PRincipis* Antonini Veri, decimoſeptimo imperij anno, cùm per multas prouincias gentilium furor deſæuiret tum in Lugdunenſi præcipuè vrbe debacchatus eſt: in qua pro ſui magnitudine quanto maiores degebant populi, tanto etiam gentilium copioſior rabies æſtuabat. Iudices, officiales, tribuni, milites, vulgus certatim, indiſcreto etiam ſexu, Christianos

* Marci Aurelij, 22. Aprilis.

Perſecutio tẽpore Antonini Veri, Lugduni.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

multiplici crudelitate laniabant. Quorum
rimi diſtinctis paſſionibus atque nominibus
ſuccedentes memorias peruenerunt. Innu
verò vel carceris ſqualore extincti, vel ſ
perſecutorum rabie deleti, humana quidem
moria ſepulti ſunt, ſed cum ſumma ac ſemp
na gloria in libro vitæ cæleſtis inſcripti. N
poſt vaſtiſſimam martyrum ſtragem, & ſequ
paſſionum crudelitatem, (de qua etiam Chr
famuli quos tunc illuſtriſſimæ vrbes Vien
Lugdunum tenebant, ad Eccleſias Aſiæ & P
giæ ſcripta miſerunt) cùm penè ad interne
nem Chriſti nomen à gentilibus crederetur
tinctum, Epipodius & Alexãder, occultè C
lico cultui operam dare. Præſidi per prod
nunciantur: quos ille indagine ſolicita, reli
nis reliquias in illis extinguere cupiens, p
pit inquiri.

*Epiſtola Vienenſes & Lugdunenſis Eccleſiæ, ad Aſianos.*

*Epipodius & Alexander occultè Chriſto deſeruiunt.*

Et quidem Alexander natione Græcus, Epi
dius verò Lugdunenſis ciuitatis indigena, a
iuuentutis flore conſpicui, ſimul à teneris
literis egregiam pietatem imbiberant. Erant
riſſimis orti parentibus, ad omnem religion
ac modeſtiam inſtituti, parentumque Chri
norum exemplo, mutuis cohortationibus
mnium virtutum incremẽta ſeſe excitabant.
u ente aũt perſecutione ad aliã atq; aliã
declinauerant, ac per latebras tyranni per
tionem euaſerant. Tandem ſepta murorum
cultè egreſſi, cuiuſdam religioſæ ac fidelis
tugurium introierunt. Cumque ibi aliquam
tecti fide mulierculæ & loci humilitate, la
ſent, tandem ſagax illos inquiſitor inuenit,
que per anguſtum cellulæ aditum fugientes
nus infeſta corripuit: qui ita trepidis inſili

*Epipodij patria.*

*Virtutes.*

*De hoc calceamento*

irruperant, vt S. Epipodius calciamento pedis vnius, dum pauidus proſiliret, priuaretur: quod poſteà fidelis mulier, tanquàm theſauros ſibi repertos occuluit.

martyris ſcribit Gregor. Turon. de gloria Cōfeſſ. c. 64.

Captus Epipodi⁹ in carcerem mittitur.

Itaque captos etiam ante diſcuſſionem carcer recepit, quia manifeſti putabatur criminis eſſe, ipſa appellatio Chriſtiana. Deindè poſt triduū, vinctis poſt tergum manibus, ante Præſidis ſtatuuntur tribunal: quos ſæuiſſimus iudex, aſtante & imprimente gentilium multitudine, de nomine & profeſſione interrogauit. Illi verò & vocabu-ſua ediderunt, & Chriſtianos ſe eſſe perſpicuè teſtati ſunt. Accenditur ergo iudex; & popularis clamor attollitur, & in innocentes omnium ſimul inſania incurrit. Poteſtas eos increpat, & furorem ſuum huiuſmodi clamore teſtatur: Etiam nunc aduerſus deos immortales, humana temeritas perſeuerat? Etiam nunc conuelluntur principum ſanctiones, & vno eodemque maieſtatis crimine Imperator impugnatur & numina? Vbi ſunt tormenta quæ intulimus? Vbi cruces? vbi gladij? vbi beſtiæ? vbi ignitæ laminæ; vbi diſtricto etiam vltra mortis terminos procurata? extincti ſunt homines, ſepulchra uon extant, & tamen Chriſti memoria perſeuerat? O puniendi, quo auſu in religione vetita perdurâſtis? Iam nunc pro veſtræ præſumptionis temeritate pœnas dabitis: ac ne ſe inuicem exhortentur, aut muniant ſermone vel nutibns, eiecto Alexandro qui eſt ætate firmior, Epipodius applicetur. Quē ſcilicet ſingulariter deſtitutum, dum pro coniectura ætatis teneriorem animo iudicabat, ſerpētis antiqui vſus calliditate, venenata blandimētorum arte ſolicitat. Video enim te, ait, iuuenem; & nefas eſt, vt in intentione praui propoſiti

Minæ iudicis.

Blāditur iudex Epipodio.

perſeueres & pereas. Nos immortales deos [illegible] mus, quos vniuerſitas populorum, quos [illegible] nominibus proprijs ſacratiſſimi principes [illegible] rantur. Nos deos colimus lætitia, conuiuijs [illegible] tionibus, laudibus, commeſſatione & la[illegible] vos verò hominem in crucem actum, cui [illegible] voluptates diſplicent, qui ieiunijs corpor[illegible] afflictionibus delectatur: & qui poſtremò cultoribus præmia nulla conferre poteſt [illegible]

Blaſphemiæ iudicis in Chriſtum.

qui ſe à viliſſimorum hominum inſectatio[illegible] eri non potuit, alijs quid quæſo beneficij [illegible] feret.

Epipodij cōſtantia virilis, & oratio ſapientiſſima.

Ad hæc beatus Epipodius: Non ita me C[illegible] ac Catholicæ fidei armauit affectus, vt [illegible] meum blanda miſericordiæ tuæ figmen[illegible] moueant. Pietas enim iſta crudelitas eſt: & [illegible] cum viuere mors æterna. Cæterum à vobis [illegible] re, glorioſum. Sempiternum verò domin[illegible] ſtrum Ieſum Chriſtum, quem tu mihi cruci[illegible] commemoras, quid, an reſurrexiſſe ignora[illegible] ineffabili myſterio homo pariter & Deus, [illegible] lis ſuis tramitem immortalitatis inſtitui[illegible] cæleſtia regna perducit. Sed omiſſis, quæ ca[illegible] tuum excedunt, adeonè demens es, vt neſcia[illegible] minem ex animæ & corporis duplici con[illegible] ſubſtantia? Animę imperio, corporis ſeruit[illegible] gis vtimur. Turpitudines, quibus dæmone[illegible] ſtros colitis, oblectant membra corporis, [illegible] ges interimunt. Quæ autem illa vita eſt, [illegible] tis potioris detrimenta capiuntur? Nos p[illegible] ma, aduerſus corpus bella ſuſcipimus: no[illegible] anima, aduerſus vitia dimicamus. Vobis D[illegible] venter eſt, & in morem pecudum, poſt ing[illegible] em prodigam, finem vitæ præſentis, mor[illegible] dicatis occaſum. Ceterum nos, quic[illegible]

vobis perſequentibus interimus, dum tempora amittimus, vitam ingredimur æternitatis.

Iudex verò reſponſi huius liuore & admiratione defixus, iracundiaque ſtimulante commotus, admirabile eloquentiæ domicilium, id eſt, os martyris elidi pugnorum ictibus iubet. Ac deinceps S. Epipodius illato dolore conſtantior, mixtis cruore dẽtibus, hæc verba profudit: Chriſtum cum Patre ac Spiritu ſancto Deum eſſe cõfiteor, dignúmque eſt, vt illi animam meam refundam, qui mihi & creator eſt & redemptor. Ita enim mihi vita non tollitur, ſed mutatur in melius. Nec intereſt, infirmitas corporea quo fine ſoluatur, dummodò anima cælis inuecta, ad ſuum reuertatur auctorem.

Cæditur pugnis os martyris, & ille fit conſtantior.

Cùm hęc beatus Epipodius conſtanti aſſertione loqueretur, imperio truculenti iudicis, eculeo ſuſpenditur, circumſtantibus hinc indè lictoribus, vt latera eius impreſſis vnguibus ſulcarentur. Tunc ſubitò populi terribilis clamor factus eſt, petentis, vt vel obrueretur imbre ſaxorum, aut membratim diuiſus, ſæuiẽtium inſania carperetur. Sed de furore omnium tarda erat crudelitas iudicantis. Metuens autem Præſes, nè magis vim perferret, & per ſeditionem, poteſtatis ac iudicij reuerentia turbaretur, ad ſedandũ, circumfuſæ multitudinis, præcipitem & inſanũ furorem, cauſamque commotionis extinguendam, eductum extra tribunal, gladio raptim feriri iubet. Itaq; quanto infeſtior fuit inimicorum tumultus, tanto citius, diſpoſitione diuina, conſummatio accelerata eſt martyrij: vt puerum ſuũ de paſſione ac perſecutoribus triumphantem, velociùs Chriſtus remuneraret, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Gladio S. Epipodius feritur.

QVAE

Quæ hoc loco ſequuntur de Alexandro ſoci Epipodij lector inueniet infra 24. Aprilis.

C.Barō: Tō: 8. Annali:

CERTAMEN SS. & GLORIOSO *Martyrum Acepſimæ, Ioſeph, & Aeithalæ, q virili conſtantia compleuêre, Anno ſalutis, Iulij Papæ ac Conſtantij & Conſtantis Imp. Anno ſecundo perſecutionis, in Chriſtianos ſas, Sapore Perſarum Rege, excitatæ. ex ſunt apud Metaphraſten.*

22. Aprilis.

Acepſimæ virtutes.

QVo tempore Saporius Perſarum rex Chriſtianum nomen acerrimè perſequeba Acepſimas ætate ac prudétia venera Chriſtianam religionem acriùs defendend cepit. Erat enim non ſolùm ætate & caniti uis, ſed morum etiam grauitate omnibus conſpicuus, vt cuncti ſolo eius intuitu, ad quandam modeſtiam pietatemque vocarent Quibus ſanè virtutibus, cunctam aduerſario aciem, tanquàm aduerſus fortiſſimum antago ſtam in ſe euocauit. Nã vt de reliquis ipſius tutibus nihil dicamus, certè fuit rerum huma rum & præterlabentium contemptor adeò mius, vt adhuc in terris conſtitutus, verus incola mente crederetur. Cùm iniectis Saporis regis vinculis captiuus per dom ſuam traheretur, & quidam ex eius famili bus eum hortaretur, vt aliquid de domo diſponeret: ille manu eam oſtendens, Hæc, quit, domus mea ampliùs non eſt. Ego enim ad ſupernam illam commigro. Cùm autem Magorum principem (is erat Adrachus) pro ctus eſſet, rogatuſque an ſpreto regis iuſſu patrijs, vnum Deum prædicaret, reſpondit

Cōtemptus rerum terrenarum in Acepſima eximius.

illa ſenectus, nullo timore affecta: Vnum ego Deum prædico, vnum, inquam: & quantum in me eſt omnibus conſulo, hortor atque admoneo, vt huic ſe dogmati, quòd veram ęternamq́ue ſalutem adfert, ſubijciant. Magus autem: Audiuimus ſæpiùs iſtam tuam canitiem, rara quadam prudentia adornatam eſſe, ſed nunc demùm falſum eum rumorem eſſe comperio: cùm videam te planè ſtolidum atque inſipientem, quare niſi protinus mutata ſententia te regis iuſſui obedientem præbueris, ne ipſa quidem ſenectus neque is, quem colis, Deus crucifixus, à grauiſſimis, quæ vobis conſtituta ſunt, eripiet ſupplicijs. Cui diuinus ſenex: Si putas me tuis minis, ab huius dogmatis, quod hanc meam exornat canitiem, profeſſione, auellere, planè deliras. Nam licèt neque ſenectus neque ipſe Deus meus quem colo, à veſtris manibus me liberat, non tamen ideò ab hac fide vllo modo deſciſcam. Quid enim paucos admodum dies viuere mea intereſt, cum hoc naturæ debitum paulò pòſt ſit exoluẽdum? Non adorabo Solem, non colam ignem. Nemo meam irridebit ſenectutem: nemo vitio mihi dabit, quòd vitæ ſim cupidus, vt qui pauculos hos morituræ carnis dies beatæ immortalitati prætulerim.

*Magus ad Acepſimam.*

*Præclarũ reſponſũ martyris.*

Hac martyris cõſtantia, grauiter irritatus ſceleſtus, iuſſit ſanctiſſimam illam ſenectutem grauibus adeo flagris cædi, vt nulla corporis pars illæſa permaneret, ſolumq́ue purpureo tinctum cruore, crudele alijs ſpectaculum exhiberet. Deindè à plagis relaxatum, rurſus vinctum catenis, ſuo iuſſit tribunali ſiſti, dixitq́; vbi nunc eſt Deus tuus quem colis ô Acepſima? Veniat, & te è meis eripiat manibus. Cui martyr, animo æquè inuicto:

*Dirisſimè flagellatur.*

*S. Senis conſtantia.*

ɛ̃to: Deus, inquit, ô ſceleratiſſime, qui cælu
ráque implet, potens eſt me tuis è manibu
rare. Tu autem cùm terra ſis & puluis, in
audes ſuperbire? Tu quidem furibundus
lere tuo ad tempus exultas, ſed aderit
quo traderis igni inextinguibili, vt quem
eum tunc impietatis tuæ vltorem ſentias.

*Ioſeph presbyter comprehẽditur.*

*Item AEithalas.*

His maiore ira incenſo Mago, grauiores
næ ſancto iniectæ. Die autem ſequenti, fu
comprehenſus Ioſeph quidam, ex pago Be
buca oriundus, vir cùm presbyterij honore
ſplendore virtutum omnium illuſtris, v
Diacono AEithala Bethnoadara, viro inſi
gni Eliæ ad arguendum & docendum pro
& maxima dicendi libertate prædito. Hi
to oblati Mago, Chriſtianæ fidei puritatem
factis tum dictis tanta virtute ſpirabant,
gus in rabiem quandam conuerſus, ipſos
nè toruo nimis, cuncta ſupplicia mortem
naretur: ac tandem præ furore in vocem
pens. ô genus, inquit, perditiſſimum, vilea
ctiq; homines, vt quid vos falſis doctrinis
ciores in fraudẽ perniciemque trahitis
rum oculos præſtigijs perſtringentes de

*Reſponſum Sacerdotis Chriſti.*

Cui beatus Ioſeph: Nos, inquit, neque pr
vtimur, neque quempiã in fraudem impell
ſed cunctas cęcis errorum tenebris inuolu
veritatis cognitionem, & in veram ſemp
que libertatem, è duriſſima dæmoniorum
tute vindicamus. Viles autem & abiecti no
te noſtra ſumus, vtpotè qui omnibus fac
bus in pauperes Chriſti diſtributis, æterna
ri diuitias expectamus. Hanc orationẽ ma
interpellans Magus: Miſſas, inquit, facito
iſtas, & maximo Deo Soli ſacrifica. Illo

præciſè & conſtanter renuente, Magus ira, accenſus virgas expedire, extenſumque ſtatim verberari iuſſit. Lacerabant ſpinoſi mali Punicæ rami ſacras carnes, ſed venerandus Sacerdos, oculis inter ſupplicia ad cælum ſublatis, Ago tibi gratias, dicebat, ô Domine IESV, quòd dignatus ſis me meo ſanguine tinctum, à ſordibus peccatorum abluere. Lictores, hæc cum gaudio dicentem, & ſpiritu exultantem duabus circundatum catenis, carceribus apud Acepſimam incluſerunt.

S. Ioſeph virgis aſperrimis cæditur.

Illo autem hoc modo abducto, iudex ad AEithalam conuerſus: Tu verò, inquit quid dicis? Implebiſnè iuſſum regis? an etiam ſimili ſtultitia, & mentis furore ad ſupplicia rues? Reſpondit Chriſti martyr: Nunquam ego, mihi crede, eò furoris, impietatiſque prorumpam, vt in contemptum Creatoris, mei Solem hunc adorem. Neq; tuas quicquam minas, ſuppliciaque timeo: ſed eum timeo, qui potẽs eſt, ſimul cum ipſo corpore animam in tartareas flammas præcipitare. Tunc Magus, fera quauis truculentior, iubet ſacras martyris manus poplitibus alligari atq; oblongum, in medio vtriuſque, tranſadigi lignum: deinde ſex admodum viros robuſtis viribus extremitates ligni conſcendere, vt factis de induſtria ſaltibus, fortiter premerent corpus, oſſaque confringerent. Nec his contentis ſupplicijs, virgas mali Perſicæ addi, ſperans fortiſſimum CHRISTI athletam ijs frangẽdum: qui tamen inter ipſa ſupplicia, tantum abeſt vt animum demitteret, vt etiam tyrannum ipſum hac voce compellaret: Vt video magnam tu, canum coruorumque inſtar, in deuorandis humanis corporibus voluptatem hauris: nullaque te

AEithalæ conſtans reſponſum.

Immane ſupplicium.

ſatie-

**Fortiſſimus Aeithalę animus.**

ſatietas capit; quarè agè noua iterum ſupplicia
excogita: nam, me quod attinet, præſentia
ſanè nihil facio. Hac dicendi libertate vehemen-
ter irritatus Magus, lictores verbis ſuis tanquam
ſtimulis quibuſdam, ad multiplicanda ſupli-
cia hortatus eſt. Illi verò ne molles fragiles
viderentur, tanta crudelitate ſæuierunt, vt ſo-
lutis membrorum compagibus, oſſiſque con-
ctis, ſacras martyris carnes diſcerperent: ac
dè laniatum tanquam onus aliquod in te-
carcerem proijcerent.

**Fœdè laceratur Martyr ſanctus.**

Quinque iam dies in carcere exegerant,
rurſus Magus ſcelere & furore horribilis
tyres educi iuſſit: quæſiuitque an mutato
lio Soli ſupplices fieri vellent. Sancti autem
ore: Notũ tibi ſit, inquiũt, ô iudex, nos neque
neq; tormentis, neq; donis neq; vllo denique
do ſanum mutare conſilium. Sed vnum
ſempiternumque Deum colimus ac veneramur
proque eius gloria, vitam in ſupplicijs ab-
parati ſtamus. His auditis, Magus in rapiens
ſus corpora eorum triplici vinculo, axillas
licet, lumbos & tibias conſtringi, iniectis
vinculis ligno torqueri vehementer iuſſit
rendum ſanè & mitibus oculis lacrymabile
ctaculum. Erat enim tam grauis preſſura,
gor oſſium, ad remotas etiam aures pertinge-
Et quidem tribus horis continuis ſuppli-
hoc productum fuit, tanta martyrum con-
vt etiam tyrannum de ſcelere ac impietate
Deum arguerent.

**Vox egregia martyrum.**

**Noui eis adhibētur cruciatus.**

Defeſſus itaque iudex, ſublatos à lictori-
terùm carceris condemnauit; vltimo ipſis
tibus propoſito ſupplicio, ſi cibo potuve
creare præſumerent. Et quidem Chriſti

**Tiſtolo in**

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

annis admodùm tribus, carceris illius ſqualores cibo potuque deſtituti, pertulerunt, niſi quod à ſimul vinctis, parum quid alimenti, idque furtim interdum acciperent.

*Triennio in carcere dirè affliguntur.*

Deindè poſt acerbam diuturnamque carceris afflictionem, Sapores, (is dicebatur Bihmada) è cuſtodia eductos, ad ſupplicia protrahi iuſſit. Prodibant martyres, horrenda confecti macie, vmbræ ſimiles. Et quidem Ardalabor Magorum princeps, pro tribunali ſedens, viſos tali ſpecie martyres ſic affatus eſt: Videtis in quantam calamitatum abyſſum deueneritis adeò vt tabe omninò exhauſti ſitis: quamobrem vobis conſuluerim, vt mihi optimè vobis volenti dicto audientes ſitis, finemque his miſerijs imponatis. Sin minus, reſtat vt rurſus cum acrioribus mortis ſupplicijs decerteris. Ad hæc Acepſimas: Non me latet hoc tibi propoſitum eſſe, vt quauis ratione, ſiue minis, ſiue blanditijs, nos in eãdem peſtem, quæ te miſerum opprimit, impellas: ſed mihi crede, quæuis potiùs ſubire ſupplicia parati ſumus, quam per ſummum ſcelus, aliqua nos perfidia contaminare. Tùm tyrannus: Video, inquit, quid ſit, vos ex celeri morte ſempiternam vobis quietẽ proponitis, ſed ego non vno ſuppliciorũ genere vos conſumam. Cui ſanctus, & iam, audiſti, & ſi vis, iterum audire licet, nos nullam tormentorum tuorum rationem ducimus. Nos eius virtute, cui ſeruimus, confiſi, tormenta ſuſtinemus, ac minimè dubitam de tua tyrannide victoriam conſequemur.

*Martyres iterum producuntur.*

*Acepſimæ præclarum, & conſtans reſponſum.*

Non tulit diutiùs tantam virtutem ira iudicis, ſed protinùs crudis neruis Acepſimam concidi iuſſit, tanta crudelitate, vt auulſa planè ab oſſibus carne martyr concideret, ſublatuſque in

*Flagellatur horrendè.*

*Reddit ſpiritum.*

cælum oculis, impollutũ Deo ſpiritum tra

Eo conſumpto, addactus fuit Ioſeph par

Itē Ioſeph cæditur.

ſtantia ac fortitudine vir, qui ſimiliter ex ijſdem neruis fatigatus fuit præcone clam Saluus eris, ſi regis parueris voluntati. Il tem, Vnus eſt Deus, exclamabat, cui ſpreto regis iuſſu, paremus. Itaque multis horis liter verberatus, cùm iam morti ſuccubuiſ taretur in forum cadaueris inſtar proiectu ſed mox hauſtis ſpiritûs quibuſdã reliqui ceri mancipatus eſt.

Poſt eum indroductus AEithalas, inſign entia vir. Cui iudex: Vita, inquit, & morte culos tuos propoſitis, gloriaque & igno liberum eſt, alterum eorum eligere. Veru te hortor atque oro, ne eodem mentis f quo cæteri, in peſtem atque perniciem tu as. Quid enim dementiùs, quàm nullo ope

Inſignis profecto Æithalæ fortitudo.

tio iucundiſſima ſe luce priuare: & cæca ad ſupplicia ruere? cui diuinus AEithala tò ſanè me puderet cæli terræque, ſi cùm mihi arctiſſimo amicitiæ ac religionis v coniuncti, ætate prouecti, fortiſſimè dece rint, ego qui ſum ætate vegetiore, torme extimeſcerem. Non per Chriſti mei mort deò ero fluxæ & interituræ huius vitæ cu Non pro ijs, quæ ſub adſpectum cadunt, non pro rebus aſperis, pietatem prodam tanto dedecore, Chriſtianæ religionis d tem vnquam afficiam.

His vehementius ira iudicis inflamma

Cæditur Æithalas.

gella expediri iuſſit. Sed ijs nihil motus inuicto cuncta animo excepit, prorſus v obſtupeſceret, atque ad blanditias conue grè admodùm tãtam virtutem deleri pat

At martyr vulneribus toto corpore cõciſus, cùm nudatis oſſibus carnes ſuas cum ſanguine copioſo in terram defluentes cerneret: ô ſordide, inquit, & ignaue canis, putaſnè hiſce me ſupplicijs frangendum? Profectò his ipſis, mentis tuæ imbecillitatem ſatis ſuperque declaraſti, qui terriculamentis abiectarum animarum, fortiſſimorum Chriſti militum robur infringere te poſſe ſperabas. Iudex auditis his obſtupuit planè, & accerſito quodam è prima nobilitate, cui Adeſche nomen erat, oriundus ex ciuitate Arbel, Hos, inquit, tu accipe, Chriſtianorum manibus lapidibus obruendos. Neque enim gladio in eos animaduertere volui, vt tu in eis cruciãdis aliquam ſolertiæ tuæ laudem conſequereris.

Vide admitandum ſpectaculum.

Tunc Adeſche, martyres iumentis impoſitos Arbel tranſuexit, vbi primùm omnes in teterrimum ſanè carcerem compegit. Erant omni ſolatio humano deſtituti, adeoque fœdè lacerati atque confracti, vt putrefactis ſanie vulneribus, nè ſuarum quidem manuum beneficio ſuccurrere poſſent. Neque interim alijs opem ferre enixè cupientibus acceſſus dabatur. Hæc vt ad aures piæ cuiuſdam mulieris peruenerunt, illa intempeſtæ noctis ſilentio ad carcerem venit: & delinitis ingenti pecuniæ vi cuſtodibus, martyres domum ſuam, ſeruorum manibus portari iuſſit. Ibi verè ſaniem abſtergere, lenibus medicamentis doloris vehementiam ſedare, linteolis vulnera alligare, vnguentis precioſis vngere, membra ſumma cum reuerentia exoſculari, diſtillantẽ ex ijs ſaniem excipere, eaq; ſeipſam inungere, lachrymas fundere, omnibusque modis pietatis ſuæ indicia declarare.

Egregium facinus piæ mulieris.

Tandem vbi Ioſeph his fotus medicamentis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad ſe rediјſſet: O te beatam, inquit, mulierem
in nos miſericordia & Deo, & nobis, qui pro
ius nomine decertamus, eſt quidem gratiſſi
ſed immodico lacrymarum imbre nos proſeq
multùm eſt à vera & certa Chriſtianorũ fide
motum. Cui pia matrona: Eſt quidem mihi a
mus incredibili gaudio repletus, quòd vide
vos cæleſti virtute munitos, tantam dolo
acerbitatem magno animo ferre: ſed quis
chrymas tenere valeat, niſi planè omnẽ huma
tatem abiecerit? Tum Ioſeph: Non oportet te
lore affici propter nos, cùm certò ſcias has a
ctiones æternam nobis lætitiam pariturasl
hæc, aliaque, illuceſcente die, rursùs latente
ceri martyres reſtituti ſunt.

Zereth iudex Adeſche ſuccedit.

Sex admodum menſes euoluti erant, &
deſche in ordinem redacto, Zereth quidam
te longè crudelior, in dignitate ei ſucceſſit
die quodam, Ignem in fano ſuo adoraturus, m

Verba ei ad martyres.

tyres adduci iuſſit, eosque hunc ferè in mod
allocutus eſt: Cùm rex Sapores, potenti virt
ſua munitas ſæpè vrbes ſtrauerit, & innume
biles hoſtium acies ſuperauerit, & in fugã c
uerterit, gentesque plurimas in ſeruitutem
degerit, ecquid eſt quòd vos tanta animi pert
cia iuſſa eius deſpicitis? Ad hæc Ioſeph: Si tyra

Ioſeph reſpondet.

nidem, inquit, vel rebellionem aliquam adu
ſus Regem veſtrum nouiſſemus, oporteret om
nò ipſum illatis armis & coacto exercitu, vind
ctam de nobis expetere: nunc verò cùm nulla
ſceleris conuincamur quid eſt quòd tanta in n
crudelitate deſæuiat? Sed ſi victoriam ſibi de
bis aliquam pollicetur, tunc alios in nos mina
nam te quod attinet, videris potiùs cum fœm
nis in thalamis degentibus, quàm cum viris
certa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

certare poſſe.

Hac contumelia vehementer irritatus Præſes: Itàne inquit, ſtudes me contumelijs, ad celerem tibi mortem inferendam prouocare? at ego non ità, ſed multis varijsque tormentis, longo te tempore excarnificatum conſumam. Et ſtatim, vt aliqua vindicta exulceratum contumelia animum ſanaret, iuſſit vinctum è ſummis pedibus, exiccatis boum neruis cædi, tanta immanitate, vt populus ad lachrymas prouocatus, ſublato clamore iudicem tyrannidis incuſaret. Intereà quidam ex Magis, ſecretò ad martyrem accedentes, in aurem ſuſurrabant, vt ſimulato ad tempus ſacrificio, Præſidis iram ſopiret, ſeq; ab iſtis ſupplicijs eriperet. At martyr alta voce: Diſcedite, inquit, à me qui operamini iniquitatẽ, quoniam exaudiuit Dominus deprecationem meam.

Iterum crudeliſſime cæditur Ioſeph.

O diaboli fallacias.

Pſal. 6.

Deindè, poſtquàm horis tribus, egregia fortitudine, ſupplicia ſuperaſſet, iubet eum iudex laxatis vinculis ſuo tribunali ſiſti. Ibi rurſus poſt blanditias & minas fruſtrà prolatas, carceri eum mancipauit. Intereà cùm ſatis ſuperque admirandam viri conſtantiam mirari non poſſet, & oculos in beatum AEithalam conijceret, nouo furore percitus: Et tu, inquit, adhuc in eadem dementia perſeueras? Reſpondit veritatis præco: Viuit Dominus Ieſus Chriſtus, ſpes mea vnica, cui à iuuentute deſeruio, nunquam adeò demens ero, vt dijs veſtris, rebus ab ipſo creatis, honorem tribuam. Hoc reſponſo exagitatus Præſes iuſſit ſanctum talîs in ligno ſuſpenſis, flagris concidi: ſed eo magna animi libertate Chriſtum prædicante, & impijs ſcelerati iudicis conatibus inſultante, Zeroth ingemuit, ac nè maiori cum nominis ſui ignominia dedecoreque, contra mar-

Æithalas denuo flagellatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tyrem diutiùs certaret, eũ laxari imperauit. Erat quidam Manichæorum ſectæ cultor ſtrenuus, & prauæ hæreſeos defenſor peruerſus, vinculis ſimul cum ſanctis conſtrictus. Hunc iudex minis pariter ac blanditijs aggreſſus coegit, vt præſente martyre, nefariæ religionis ſuperſtitionem abiuraret: ille verò primùm acriter reſtitit, ac plagas quidem recuſauit. Sed cùm violentius verbera intentarent, victus à doloribus, ſuccubuit, prauumque Manetis dogma abiecit: allatamque ſtatim formicam, cõtra Manetis leges interfecit. Tunc AEithalas propemodum in riſum ſolutus: Grauia paſſus, inquit, defecit adorator Manetis, & cædem feciſſe eſt conuictus; vt qui Deum ſuum interemerit. Ego autem meipſum beatum exiſtimo, vt Paulus, quod Chriſti virtute apertè corroboratus (qui dixit: Ego vici mundum) conſeruo ſpiritum & animum inuictum. Vnde maiori furore repletus iudex, ſpinoſis mali Perſicæ virgis Sanctum laniari iuſſit, totoque corpore ſaucium carceribus includi.

Manichæus hæreticus deficit in tormẽtis à ſuo Manete.

Eo tempore venit in vicum illum, Saboris Præſes primarius, qui facilem ſibi de Sanctorum conſtantia victoriam pollicebatur. Itaque post blanditias fruſtra allatas, flagris eos concidi iuſſit, tanta ſæuitia, vt cuncti, qui aſtabant, eorum miſererẽtur. Sancti verò in ſupplicijs exultantes Præſidem prouocabant, vt cito proferret mortis ſententiam. Intereà iudicibus de mortis genere conſultantibus, & ingentem Chriſtianorũ multitudinem, qui lapidum imbre eos obruerent, congregantibus, ſanctus Ioſeph, qui in Prætorio conſiſtebat, annuit iudici tanquàm ſecretum aliquod dicturus. Illo autem propiùs accedente, martyr, ô inquit, hominum omnium quos

Rurſus cæduntur Sancti.

Vide S. Ioſeph, in impium iudicẽ facinus.

videt impudentiſſime, quouſque in communem hanc naturam deſæuies? Non te tuæ crudelitatis aliquando pudebit? Iterumnè corpus hoc, tot mortis ſupplicijs affectum, quæſtionibus ſubijcere paras? Hæc dicens, ſaliuam in execrandum eius vultum coniecit, Ille autem, quamuis incredibili vindictæ cupiditate flagaret, ab alijs tamẽ propter inſitam crudelitatem ea contumelia dignus habitus, ſimulque mirandum in modum irriſus, ac probris affectus conticuit, ſuamque ad cathedram pudore affectus redijt.

Poſt hæc, Sanctum manibus poſt terga reuinctum, pube tenus arenis defodiunt, coguntque circunſtantes Chriſtianos, virum inclytum lapidibus obruere. Aderat inter alios Iſdandul, inſigni pietate ac religione fœmina, quæ ad nefarium facinus patrandum adacta, viriliter reſtitit, ac libera voce exclamauit, ſe potiùs mille mortis genera ſubire paratam, quàm cæde ſanctorum fœmineas manus cruentare. Itaque carnifices eiaculato in martyrem lapidum imbre, Chriſtum inuocantem, & ad patriam cæleſtem votis precibusque ſpirantem obruerunt.

S. Iſdandul fœmina virilis & egregiè pia.

S. Ioſeph lapidibus obrutus, abit è vita.

Corpus capito tenus lapidũ congerie tectũ, adhibitis cuſtodib⁹, ſeruabatur, cũ eccè poſt triduũ, cuſtodib⁹ in vigilia perſeuerãtibus, terribilis repẽtè terræmot⁹ exoritur: indè horrẽda cũ crebris fulgetris tonitrua, cũctos in fugã conuerterũt, ac tandẽ ignis de cælo miſſus fugiẽtes pauidè cuſtodes corripuit, ac in cineres redegit. Neq; tamẽ eo miraculo tyrannis extincta: ſed, tẽpeſtate ſedata, venerandus Æithalas animos furore ebrios, ſua inſuper morte explere debuit. Adduct⁹ igitur in vicũ, qui Paerias dicitur, eodẽ ſupplicij genere, præclarã martyrij coronã mẽſe Iunio adeptus eſt

Vltio diuina in impios.

Item S. Æithalas.

Corpu fuit à monachis, locum illum incole
tibus, ſummo cum honore, ſed magno cum pe
culo in ſepulcrum illatum. Locus autem, in q
vltimum certamen martyr confecit, multis
miraculis, Chriſti potẽtia & martyris gloria
gnis, illuſtratus: Illic enim enata quædam
planta, omnia morborum genera depulit:
poſtquam annis quinque martyris gloriam
rabiliter illuſtraſſet, inuidia tandem inimico
ſublata eſt, nè falſa eorum numina, quaſi om
virtutis expertia, in contemptum abirent.

*Nota rem miram.*

Per id temporis, Milles vir militari gloria
pud Perſas inprimis inſignis, martyrio o
buit. Hic relicta militia, cùm vitæ genus p
Apoſtolicum excolere cœpiſſet, ad epiſcopal
cathedram in Perſide euectus fuit: vbi pro
noſtræ defenſione, multos ſæpenumero cru
tus, verbera etiam ac membrorum diſtractio
perpeſſus eſt. Cumꝗue in qua ciuitate mune
piſcopali fungebatur, neminem ad Chriſti fi
conuertere poſſet, ea per iuſtam indignation
relicta abijt. Nec impunè duræ ceruicis hom
nes, ſalutaria viri iuſti monita cõtempsêre. Na
non longo poſt tempore, Rex delictis prim
riorum quorundam prouocatus, ingentem
vrbem exercitum trecentis cum elephantis
mouit, eamꝗue in cineres redactam, agrorum
ſtar agricolis excolendam reliquit.

*De S. Mille Epiſcopo, quem Latina Martyrologia Mileſum vocāt.*

Milles verò miſſo in peram ſolo codice Euan
gelico, Hieroſolymam religionis ergò ſe con
lit, indeꝗue in AEgyptum, ſanctorum monach
rum habitatione celebrem conceſſit. Quæ autem
quamque admirabilia, & quàm diuina ab
Mille edita fuerint facinora, teſtes ſunt Syri,
eius res geſtas & vitam literis prodiderunt. Q
autem

*Milles abit Hieroſolymam.*

autem genere cruciamẽtorum martyrio defunctus ſit, incertum eſt, quod ſanè nequaquam mirum videri debet; quippè cùm tã varij (vt inquit Sozomenus è quo hæc deſumpſimus) cruciandi modi, à Perſis tanto cum ſtudio, ad crudelitatem inuenti fuerint. Verùm vt ſummatim dicam, fertur, viros ac mulieres, quorum nomina recenſebantur martyrium id temporis pertuliſſe ad numerum ſedecim millium: at multitudinem eorum, qui præter hos trucidati ſunt, ne numero quidem comprehendi poſſe; & proptereà perdifficile viſum eſſe Perſis, Syris & incolis Edeſſæ, qui multum de hac re laborabant, illorum nomina percenſere.

Lib. 2. ca. 10

n numeri martyres, ſub Sapore rege Perſarum.

*VITA S. THEODORI, SICAEORVM Archimandritæ, miraculis clari, ex ea quæ eſt ſinceriſſimè à Georgio presbytero, eius diſcipulo cõſcripta. Migrauit ex hac vita anno Domini 613. Heraclij Imperatoris, anno tertio abſoluto, & quarto inchoato.*

C. Baron. to. 8. Annal.

EST oppidum in Galatarum regione, quod Siceon appellatur, Anaſtaſiopoli primi Ancyrenſium principatùs ſubiectum. In huius oppidi medio, eſt publica regij curſûs via, inſigni diuerſorio celebris, vbi puella, Maria nomine, forma admodûm liberali, cum matre Elpidia, & ſorore Deſpenia, quæſtum faciebat. Accidit autem, vt, imperãte Iuſtiniano, Coſmas quidam, equeſtri gloria clarus, cùm ad eas partes iudex mitteretur, & in illud diuerſorium deflecteret, perſpecta Mariæ pulchritudine amore illius caperetur adeò vehementi, vt niſi amplexibus eius potiretur, ab ea auelli non poſſet. Itaque Ma-

22. Aprilis. Siceon oppidum.

Parentes S. Theodori.

Somniũ matris S. Theodori.

ria ex eo grauida facta, vidit nocte ſecu
quietem, ſtellam mirabili fulgore ſplende
ſuum è cælo in vterum deſcendentem. Vnd
perrecta ingenti timore perfuſa, Coſmæ
narrauit: qui rei nouitate ſecum diligenter
ſa, mulierem hortatus eſt, vt ſe ſeruaret, &
gentem ſui curam haberet haud dubie p
giens, eam eximiæ ſanctitatis fructum c
piſſe.

Naſcitur Theodorus.

Expleto igitur partûs tempore, puerum
ganti forma enixus eſt, cui in ſacro fonte T
doro nomen impoſuit. Cùm autem ſextum
tis ageret annum mater, vt in regia ciui
militiã educaretur multùm laborauit, pue
q́ue precioſis ornatum veſtibus & aurea
more aulico, præcinctum, alijsq́ue rebus a
um & ſuperbiam diligenter inſtructum a
am deducere cogitabat. Verùm qua nocte

Apparet matri eius, S. Georgius.

am ſe dare ſtatuerat, egregius Chriſti mart
orgius apparuit, eamq́ue ab ea mente re
dicens: Quodnam eſt hoc tuum de puero
lium? Miſſam fac inanem iſtam gloriæ ſo
dinem. Rex enim, qui cælo terræq́ue domi
ipſum ſibi puerum requirit. Hoc ſomno m
turbata, ſe luctui lachrymisq́ue dedit, c
puerum breui ex hac vita à Deo euocandum

Traditur literis.

Hærebat itaque animo inter ſpem & me
annis admodum duobus, cui potiſſimum v
neri filium tradere vellet. Tandem perſpe
genij felicitate ac indole optima, literis e
giſtro cuidam imbuendum tradidit: in q
tam admirabiles progreſſus fecit, vt cunc
ætaneos multis paraſangis ſuperaret. Erat
bus maternis Stephanus quidam, inſigni p
ac caſtitate vir, qui principes viros hoſpi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cipiebat;& in ſummo ciborum apparatu ac vitæ licentia, Quadrageſimę diebus ſolo pane & aqua vitam ſuſtentabat; cuncta verò laboris & induſtriæ ſuæ præmia, eccleſijs impendebat, optimáque temporis partem, precibus alijsque pijs operibus tribuebat. Puer autem viſa viri huius eximia virtute, diuino inflammat⁹ amore, vitam eius æmulari, ac ſumma contentione veſtigijs eius inſiſtere cœpit. Itaque ad veſperam vſque, in ludo literario ieiunus perſiſtebat: veſperi verò, cum Stephano ad preces Deo nuncupandas Eccleſias frequentabat. Nec poterat vllis minis vel verberibus, pium filium ab hac conſuetudine mater reuocare; prorsùs vt initam abſtinentiæ rationem mordicùs ſeruaret, potiusque verbera quam carnis delicias adamaret.

Eccè quomodo puer adhuc, imitatur virtutes ſenioris.

Erat in môre ſcholis vicino, mons aſper egregio tēplo D. Georgio ſacro viſendus. Hunc puer orationis gratia frequentare ſolitus erat. Mater aūt cū ęgrè id ferret, præcipuè quòd antelucanas horas præueniret, clanculūq; ſe è lectulo matris eriperet, puerū minacibus primū verbis ab eo facto prohibuit, deindè verberibus etiā coegit, ac poſtremò verbera pariter ac verba, Chriſti amore ſpernentē, vinculis ad lecticæ calcē alligauit. Sed nocte illa S. martyr Georgius, cuius limina pius puer frequētare cupiebat, ſtricto gladio minabūdus matri apparuit: mortē ni ſolueret puerū, ſe illaturū affirmans. Vndè à ſomno excitata mater puerū ſoluit & quò vellet liberū abire permiſit. Puero aūt ad templū magno cū gaudio & alacritate tendēti infeſtus frequēter dęmō occurrebat, qui multis dolis ac terriculamētis à pio opere piū puerū reuocare nitebatur. Aliquàdò n. luporū aliarumq; ferarū aſſumpta ſpecie tanquā

Iterum S. Georgius apparet matri S. Theodorī.

deuo-

deuoraturus inuadebat, quem Chriſti m
protinus in fugam vertebat: ſeque pio pue
*S Georgius tutelaris S. Theodori.* tineris deindè comitem præbebat. Quæ re
to animum eius gaudio perfundebat, vte
bundus multa de comitis ſui benignitate, c
tia ac humanitate narraret.

Iamque duodecimũ ætatis annum attig
cùm die quodam martyris Gemelli templ
mui ſuæ propinquum ingreſſus, in vota pre
*Viſio.* incumbere cœpit: tanto animi ardore, vt to
in eo noctem exigeret. Eccè autem viſus ſibi,
gi maxima militum cincto caterua aſtare, h
modi ab eo vocem audiuit: Strenuè pugna Th
dore, vt perfectã in cęleſti militia coronam
ſequaris. His auditis ſomno ſolutus, multò
pit ardentiùs omnibus pietatis operibus in
bere, adeò vt relicta humana conſuetudine
*Nota pueri ſolitudinẽ, & orationis inſtantiam.* mo Epiphaniæ die, ad eam vſque, quæ Chr
Domino palmarum ramis ſacra eſt, in ang
cellula Deo vacaret, eiuſque gratiam mult
catis precibus enixè expoſceret. Duabus v
Quadrageſimæ hebdomadibus, prima nimi
& media, nemini prorſus ſui facultatẽ faci

Cæterùm pius puer, vt hymnis & canticis
laudes in Eccleſia cum cæteris celebrare p
ſumma contentione Dauidicos pſalmos ed
re inſtitit. Cumque nullo modo quod cupi
aſſequeretur, humi proſtratus, multis prec
ac lachrymis diuinam inſtanter opem impl
uit, faciliq; memoria paucis admodũ diebus
*Totum Pſalterium ediſcit.* tum Pſalterium complexus eſt. Hinc nouo
Deum amore inflammatus, eccleſias viſitare,
vbicunque ſanctorum memoria celebraba
eò ſe promptè conferre, noctes dieſque in p
bus exigere, diuina myſteria cum incred
gau

gaudio percipere, pauperibus benignam manũ porrigere, ac poſtremò cultum diuinum cũ verbo tum exemplo promouere.

Erat ijs temporibus inſigni pietate vir Glycerius nomine, in loco qui Trapezas dicitur, ad quẽ Theodorus puer, audita fama ſanctitatis eius, commeauit, vt benedictionis gratia potiretur. Hunc vir ſanctus conſpicatus, cùm protinùs florentem in ipſo diuinitùs virtutem agnoſceret, hilari eum vultu ſuſcepit. Erat ingens eodẽ tempore terræ ſterilitas, ita vt humus nimia ſiccitate laborans, cunctis mortalibus diram famem minitaretur. Itaque Glycerius aſſumpto ſecum puero, ad fores templi D. Ioanni Baptiſtæ ſacri abijt, puerumq́ue monuit, vt flexis ſecum in terra genibus, ſalutiferũ precibus ſuis imbrem à Deo impetraret. Paruit continuò puer, & peractis cũ inſita pietate precibus, cælum nubibus repentè obductum, ingentem pluuiæ vim in terram effudit, ac imminentem calamitatem, magno ſenis gaudio pariter atque admiratione depulit.

*Precibus Imbrem à Deo impetrat.*

Iam verò ætatis ſuæ anno quartodecimo, relicta cognatione, ſpretis opibus ac diuitijs, abijt ad locum quendam octo paſſuum millibus à domo ſua diſtantem, qui Dianæ multiſque dæmonibus ſacer erat, adeoq́ue hominibus infeſtus, vt nemo niſi certo cum mortis periculo eò accedere poſſet. Hunc locum, (Aream eum appellabát) puer ingreſſus, cum Dei auxilio nihil aduerſi reperiret, ad oratorium ſuum redijt: vbi ſub altaris gradu ſpecum ſibi defodit; quam die, quo Chriſti ortus celebratur ingreſſus, vſque ad Dominicam Palmarum ibidem conquieuit. Aliquando verò gelidum flumen ingreſſus tamdiu in eo ſtetit, quoad pedes luto ac glacie compactos, vix exrahe-

*Stat diu in aqua gelida.*

extraheret adeo vt cuncti, qui hæc conſpic
ſublatis in cælũ manibus admirandam p
tutem prædicarent, ipſeque Theodoſius
ſiopolis antiſtes dignis eum laudibus ex

Hinc cùm iam in ore omnium fama
tis eius vagaretur, homo quidam vnicum
filium dæmonio obſeſſum ad eum detuli
humiliter curandum tradidit. At puer
rerum adhuc rudis ſe excuſabat, & ab h
quidnam fieri vellet, quæſiuit. Cui pater,
protinùs flagello dixit: Percute immund
ritum, minitansque filio, impera vt mali
um deſerat. Theodorus puerili ductus
tate fecit vt edoctus erat, ſed toto biduo m
do & flagellãdo profecit nihil: niſi quod
dus cachinnos ederet puerumque ſub
Tertio autem die inſtante & vrgente Th
commotus dæmon vociferari cœpit: Ex
exeo, nec ampliùs reſiſto. Da mihi horã
tem ad altare aſcendente, & precibus ar
etate fuſis diuinam opem implorante, d
horribiles cum miſerando eiulatu clam
didit: O magna vis Nazaræi qui ſuo in ter
uentu homines tanta in nos virtute arma
nunc ſcorti filio eijciendi nos poteſtatem
lit. Hei mihi miſero, à quo puero expell
que enim gratiam cælitùs illi conceſſam
poſſum. Magna naturæ noſtræ ab hoc me
filio calamitas imminet. Execranda dies
genitus es. Hæc aliaque multa illo dicent
Expellit dæmonẽ oleo & crucis ſigno. Theodorus obſeſſi caput oleo inunxit, ſig
crucis adhibito clamãtem eiulantemque
nem eiecit: magnamque nominis celeb
eo facto acquiſiuit.

At puer diuino excitatus ſpiritu, p
pla

plauſum declinauit, fugaq; in deſertũ ad exemplũ præcurſoris ſalutem quæſiuit. Cõſcenſo itaque excelſo admodùm monte, petrã ad ſe tegendũ idoneã intuitus, amplã ſibi ſpeluncã ſuffodit, obſtructoq; aditu, biennio in ea latitauit, matre ac cæteris cognatis acerbè eum tamquã mortuũ lugentibus. Credebant enim vel à militibus occiſum aut certè à feris laniatũ:nã ſolo quodã diacono conſcio id vitę genus elegerat, qui ex pacto paululum cibi ex oleribus, & aquæ puſillũ ſubminiſtrabat. Cùm aũt exacto iam biennio mulieres propinquæ Diaconum frequentiùs ad montem cõmeantem cernerent, ſuſpicatæ id, quod erat eum cum iureiurando obteſtatę ſunt, vt quidquid de puero ſciret, panderet. Ille verò cùm iureiurando coactus, tũ multò magis aſpero pueri vitæ inſtituto commotus, rem totam in apertũ protulit: locumq;, vbi morabatur, indicauit. Tũc ingenti lætitia perfuſæ eo conuolant, puerumq; macie ac ſqualore confectum, fœtore etiam ac vermibus ſcatentem reperiunt. Credebant ſe alterum Iob in ſterquilinio ſedentem videre. Nec mora, inuitum planè ac reluctantem domum primùm, indè quaſi iam iam moriturũ ad S. Georgij oratorium abripiunt. Plorabat ſanè acerbè mater, cæteræque mulieres calamitatem eius deflebant, cùm Theodoſius Anaſtaſiopoli[s] epiſcopus egregia pietate ac religione aduenit, qui cõſpecto capitis eius vlcere, contremuit, ac protinus data benignè admodùm ſalutatione, lectorem declarauit. Intereà magno cum labore ablutis ſordibus, lineis vlcera eius pannis abſterſerunt: & comam capitis totonderunt. Poſtridiè verò antiſtes Theodoſius eum ſubdiaconum, Diaconum & Presbyterum inſtituit: ac ſacra benedictione munitum à ſe dimiſit.

*Latitat in ſpelunca biennio.*

*Tandem innoteſcit vbinam ſit.*

*Initiatur ſacris.*

Agebat

**Raro exemplo, nec temere imitãdo, fuit presbyter annos natus 18.**

Agebat tunc Chriſti ſeruus annum octau decimum, quo contra Canones ſolo ſanctita ſuæ teſtimonio, ad presbyterij gradum euecti fuit; quem tamen ita conſcendit, vt planè de virtute diffiſus, totus ex gratia Dei penderet umque perpetuò ex ſacra Euangelij lectione piraret. Hinc incredibili cupiditate ſacra l viſendi incenſus, Hieroſolymam adijt, vbi in gulis locis, maxima animi pietate votiſque pr buſque ſolutis, tandem ad Dei genitricis te

**It Hieroſolymam.**

plum, quod Churoba vocatur Iordani prop quum peruenit: ibi ſalutato Archimandrita Patribus cum eo degentibus, monaſticæ reli

**Accepit habitum monaſticum.**

nis habitum ſuſcepit, expletaque animæ cel tatis lætitia, è monaſterio in Galatiam adp am ſuam reuerſus eſt: ſanctique Georgij ora rium repetijt, in quo vigilijs precibus acie die noctuque dignam Deo ſeruitutem ex bat.

**Suſcipit diſcipulos.**

Intereà fama virtutum & ſanctitatis eius, q dam ex Panniorum oppido oriundus, in ſtudi pietatis acriter accenſus, ad eum acceſſit, ſupp cans vt ſe in contubernium ſuum reciperet benignè acceptus, ac monaſtico habitu dona tanta breui virtute claruit, vt etiam dæmon magiſtri ſui exemplo, ab obſeſſis corporibus garet. Prætereà mulier periculo vteri labora cum Theodori precibus liberata eſſet, filium um, egregia probitate adoleſcentem, ei v iuſdem inſtitutis erudiendum obtulit. Theo

**Ferrea lorica domat corpus.**

rus verò, conſtructa ſibi ad corporis quan tem cellula, duris pœnitentiæ laboribus corp culum frangebat, ac ferrea quadam, decem octo librarum lorica domabat, omneſque cup ditates, quæ ſolito vehementius ſimul cum a

tecr

te creſcebant, conſtanter elidebat. Geſtabat, monitoris loco, aſperum quoddam vinculum, aliaque duo ſuis ipſe pedibus iniecerat, quæ ad tumulum vſque retinere conſtituit. Tanta verò erat parcimonia victûs, vt à diebus Chriſti natalitijs ſacris, ad Ramorum feſtiuitatem, ſolis pomis & oleribus, nullo pane, idque ſabbatho ſolùm & die Dominica victitaret. *Mira victûs parcimonia.*

Porrò labores, aliasque corporis afflictiones, quas hyemali potiſſimùm tempore ſuſtinebat, quis non admiretur? Indixerat ſibi legem, vt à galli cantu ad veſperam vſque, in rerum diuinarum contemplatione immobilis perſiſteret, neque vllo modo, quauis aëris iniuria, vel corporis afflictione fatigatus, hanc legem violare volebat. *Nota vitæ duritiem.* Hinc ſæuiente frigore, maximaque niuis vi, in domicilium (tecto namque carebat) decidente, tanto interdùm corpus rigore contractum fuit, vt pedes glacie concretos, non niſi tepida perfuſa, loco, cui affixi hęrebant, mouere potuerit. Hæc autem ab ipſo non ambitione geri ſed animo ſimpliciſſimo, ac ſinceræ pietatis ſtudioſiſſimo, multis modis compertum eſt. Nam homines nō modo varijs calamitatibus oppreſſi ad eum conuolabant, & optatam per eum ſalutē recuperabant; ſed feræ etiam incredibili manſuetudine cum ipſo verſabantur. *Ferę ei familiares.* Inter quas Vrſa quædam, toto triennio eius beneficio victitās, omnibus ſe manſuetam exhibebat.

Acceſſit quandoque vir quidam, horrenda toto corpore lepra deformatus, ſupplicibus ab eo precibus ſanitatem poſtulans. Vir ſanctus nihil moratus, eum veſtibus exutum ante ſe conſiſtere iuſſit; *Leproſum ſanat.* adhibitaque certa precationis formula, aqua benedicta corpus tinxit, ſignatumque Cru-

cis figura, ſanum planè & incolumem à ſe dimi-
ſit. Eodem morbo oppreſſus presbyter qui-
Colluras nomine tunicæ illius beneficio qu-
induerat, ſanatus eſt. Alia inſuper egregia ſan-
tatis ſuæ beneficia, varijs ad eum confluenti-
largiebatur: ac præcipuè infenſos infeſtis
hominibus dæmones magna virtute conter-
Solo namque verbo, aut morbos & langu-
curabat, aut immundos ſpiritus ex corpo-
humanis expellebat.

Dæmones ſolo verbo pellit, ac infirmos ſanat

Quibus multi commoti miraculis, mona-
vitæ inſtitutum arripiebāt, eiuſque diſcipli-
magno cum gaudio amplectebantur. Hinc
uum monaſterium ædificari cœptum, non
nùs maximarum virtutum ſplendore, quā
colarum multitudine celeberrimum. Quo
pere verſantibus ſedulo monachis non pa-
vir ſanctus miracula edidit. Et quidem inter
cùm miræ magnitudinis ſaxum nullis virib-
co ſuo moueri poſſet, vir diuinus ſolo verbo
commouit, vt ad illius imperium quocum-
vellet ſe transferret. Currus aliquot vinaci
onuſti, cùm in medio itinere, ingentem im-
vim non ſine manifeſto incendij periculo ē c
decidentem expectarent, & aurigæ pauidi vir
ſanctum ad opem maturè ferendam compel-
rent, cuperentq; iumenta à plauſtris remoue-
ne ſimul ab ignis ſæuitia, quòd futurum me-
bant, cum plauſtris abſumerentur, vir ſanctus
fieri prohibens, ſublatis in cælū manibus, ſta-
nubes ità duas in partes diſcidit, vt imbribus m-
gnis vtrinq; defluentibus, ne gutta quidem in c-
rus decideret.

Nouum exſtruit monaſterium.

Miracula eius duo præcipua

Vix templi ædificatio ad iuſtam altitudine-
peruenerat, cùm defuncto Timotheo Anaſta-
po-

Inuitus plane rapitur ad epiſcopatum.

poliſepiſcopo, ad id honoris culmẽ inuitus planè & reluctans euectus eſt. Nam ciues pariter & clerici ciuitatis, pia quadam vi illata, è monaſterio protractum, in lecticam cõiecerunt, ac ſummo cum honore nec minori gaudio in ſede collocarunt: quam tot tantiſque virtutibus adornauit, vt nouus quidam pietatis ac iuſtitiæ ſol exortus videretur.

*It tertiò Hieroſolymã.*

Stimulabat vehementer eius animum cupiditas, tertiò iam loca ſacra viſendi; quò vt peruenit incredibili amore ſolitudinis captus, ſtatuit relicta cathedra, diuinis ibidem rebus, ab omni humano conſortio ſegregatus, ſedulò vacare: ſed nocturna viſione à Georgio martyre increpitus patriam, ad ſacri muneris functionem, remeare coactus eſt. ibi tum miracula, quæ eius abſentia conſenuiſſe videbantur, protinùs renouata ſunt.

*Redire nolens ád ſuos increpatur à S. Georgio martyre.*

Vndecimum iam annum, in ea dignitate, eximia cùm laude exegerat, cùm rurſus ſolitariæ vitæ deſiderio inflammatus, importunè opportuneq; epiſcopales à ſe honores remouere conatus eſt: ac tandem voti compos factus, rursùs ſe totum in humili fratrũ obſequio, diuinis laudibꝰ nocte dieque celebrandis conſecrauit. Ibi vero tot tantiſque virtutibus indies magis magiſque clareſcere cœpit, vt etiam prioris vitæ ſanctitati, quãuis eximiæ, obſcuritatem quandam adferre videretur. Vnde ſanè nec pauca quidem ex multis, attingere cõſtitui, nam omnia in illo ſumma ſunt: vnumque ita cum altero, virtute ac præſtantia certat, vt haud obſcurè virum eum planè diuinum fuiſſe teſtentur: dignumque, qui ſempiterna ab omnibus memoria celebretur, atque inter primæ notæ Sanctos collocetur, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius

*Abdicat ſe Epiſcopatu.*

gratia tot antiſque virtutibus decoratus, ...
Heraclij Imperatoris anno, ſolutis mortal...
vinculis, lætus regna cælorum conſcendit.

Vide C. Bar. in not. Mart: Rom: vbi & de dubijs quibuſdã, acta huius præclari martyris cõcernentibus lucidè diſſerit.

## *VITA & MARTYRIVM S. GEOR... Magni martyris, ex ijs quæ apud Metaph... extant, & quæ Paſicrates eius ſeruus de... pſit. Coronatus eſt anno Domini 290.*

23. Aprilis

Diocletian⁹ ad diuinos honores aſpirat.

Diocletianus Romanorum Imperator
primùm indignè ſceptris potitus, cu...
ſibi ex animi ſentẽtia fluere vidit, ...
eam in rem ſtudio incubuit, vt diuinos ...
nores per ſummum ſcelus compararet, ...
que in omni ſeculorum æternitate, ea opi...
clarum conſeruaret. Hinc magos vndiq; ...
præmijs exquirere, dijs ſuis & inprimis Ap...
ni tanquam futurarum rerũ peritiſſimo, ...
fica aſſiduaque ſacrificia facere non deſti...
qua potiſſimùm via modoq; eò pertingere ...
ſet, ediceret. Cumque die quodam falſum ...
vehementius fatigaret, nullumque omnin...
ſponſum daret, profani ſacerdotes iſtius ...
cauſam, in viros iuſtos ac pietatis ſtudioſ...
torſerunt; conſtanter aſſerentes, omnia trip...
vaticinia falſa deprehendi, quòd viri iuſti, ...
lini Deo vim inferrent, qua præpeditus co...
veritatis oracula reddere non poſſet. Hinc ...
monis errore deceptus miſer, ſopitum ...

Crudelitas immanis Diocletiani.

aduerſus Chriſtianos bellum, magno ſanè ...
re excitauit: & in omnes prouincias, edicta ...
delitatis plena confeſtim miſit. Videre tunc ...
bat carceres adulteris, ſicarijs, flagitioſiſque ...
minibus vacuos, eorum qui Chriſtum Salua...
rem fatebantur, plenos: Videre licebat, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veteribuſque cruciatuum generibus, tanquàm leuioribus repudiatis, grauiora quædam excogitari, quibus Chriſtiani ad ſupplicia & necem exquirebantur.

*Georgii patria & natales.*

Erat ijs temporibus, Romano in exercitu ad mirabili pietate ac fortitudine vir Georgius, in Cappadocia, claris natalibus, è Chriſtianis parentibus ortus. Hic ante pubertatis annos, amiſſo egregio in pietatis certamine patre, è Cappadocia cum matre vidua in Palæſtinam, vndè erat oriunda, commigrarat: vbi cùm propter generis nobilitatem, tum propter corporis pulchritudinem, viriumque præſtantiam, ætate iam ad militiam maturus, militum Tribunus declaratus
*Fit tribunus militū.*
eſt. Quo quidem in munere, cùm ſe per omnia in bellicis certaminibus inuictum ſtrenuumq; exhibuiſſet, Comitis titulum à Diocletiano adipiſci meruit. Eo tempore cùm mater è vita diſceſſiſſet, maioris cupidus dignitatis, ad ipſum Imperatorem profectus eſt.
*Fit Comes.*

Agebat tunc annum ætatis vigeſimum, cùm viſa in Chriſtianum nomen immani tyrannide, tēpus ad ſalutē opportunum ſedulò arripuit, opibuſque ac diuitijs, quibus valdè etiam clarus erat, in pauperes diſtributis, ſeruisque libertate donatis, ſe tota mente ad certamen pro Chriſti gloria ſubeundum comparauit. Tertius indicti ab ipſo Diocletiano Cooncilij dies agebatur, quo Senatus decretum aduerſus Chriſtianæ fidei cultores, aut comprobandum aut refellandū erat; cùm eccè Georgius hilari facie, ac mente tranquilla, in medium Principum conſeſſum ſe dedit & ad hunc ferè modū orationem inſtituit:
*Diſtribuit omnes opes in pauperes.*

*Oratio S. Georgij ad Diocletianum*

Quouſque tandem ô Imperator, & Patres conſcripti & Quirites, bonis vti legib⁹ ſoliti, leges aduer-

aduerſum Chriſtianos iniquas ſancietis, & ho-
mines ſummæ pietatis ac innocentiæ perſequi-
mini? & ad inſanæ religionis ſuperſtitionem im-
piè colendam compelletis? Hæc idola non ſunt
dij, non ſunt, inquam, dij. Nolite dæmonum frau-
de decipi, Chriſtus ſolus Deus eſt, idemque ſolus
Dominus in gloria patris. Per ipſum facta ſunt
omnia, & Spiritu eius ſancto omnia reguntur
conſeruanturque. Aut igitur vos veram agnoſci-
te religionem, aut certè illos, qui eam colũt, no-
lite dementia veſtra perturbare.

Imperatorẽ & Senatum pro Chriſtianis.

His verbis attoniti, & inopinata dicẽdi liber-
tate perculſi, oculos ad Imperatorem oẽs cõuer-
terunt, audituri quidnã is ad ea reſponderet. Im-
perator aũt, tanquam perſtrictis tonitru auribus
ſtupenti ſimilis conticuit, repreſſoq; iracundiæ
impetu, Magnentio cuidam ex confidentibus a-
mico, qui ſecundas poſt Imperatorem tenebat,
nutu, Georgio vt reſponderet, annuit. Is verò ac-
cerſito ad ſe Georgio: Ecquis, inquit, tibi tantæ
audaciæ & magnæ in loquendo libertatis eſt au-
ctor? Veritas, inquit, Georgius. Tum Conſul ſub-
iecit: Quis eſt veritas? Reſpõdit Georgius: Chri-
ſtus ipſe, quem vos perſequimini. Ergo tu quoq;,
inquit Magnẽtius, Chriſtianus es? Ego ſeruus ſum
Chriſti mei, reſpondit Georgius: eoq; conſiſtens in
medio veſtrũ vltrò cõſtiti, vt veritati teſtimoniũ
exhiberẽ. His verbis populo concitato, & aliis a-
lia dicentibus, incertus quidam rumor, in tanta
multitudine excitari ſolitus, exaudiebatur.

Magnentius Conſul ad Georgium.

Tunc Diocletianus ſilentio per præconem in-
dicto, cùm defixis in ſanctum iuuenem oculis
ſæui draconis inſtar, eum agnouiſſet, ſic alloqu-
tus eſt: Et olim nobilitatem tuam admiratus, vir-
temq; honore dignam exiſtimans, ad maiorem
dig-

Imperator alloquitur Georgium.

dignitatis gradus prouexi: & nunc quamuis ad perniciem dicendi facultate abutaris, tamẽ quia prudentiã ac fortitudinẽ tuam diligo, tanquam benignus pater cõſulo, hortorque, ne ſpreta militari gloria, floridã ætatẽ cruciatibus ſubijcias, ſed maiora potiùs dijs per ſacrificia placatis, à nobis præmia expectes. Ad hæc S. Georgius reſpondit: Vtinam tu potiùs, ô Imperator, verum Deum vero ſacrificio placare ſtuderes, atque immortalem gloriam appeteres. Siquidem qua nũc potiris fluxa eſt atque caduca, nullamq; vtilitatẽ eam ſectantibus conferre poteſt. Quamobrem me quod attinet, ſpreta quauis mundi gloria ad eam aſpiro, quæ nunquam excidit, neque vllius iniuria aut vi eripi poteſt, eamq; propter, nullũ cruciatuũ gen⁹ reformido. Hęc aliaq; viro ſancto loquẽte, Imperator totus ira percitus, ſermonẽ eius interrupit, ac ſatellitibus mãdauit, vt haſtis è Concilio expulſum, in carcerem conijcerent.

*Georgius reſpondit imperatori.*

*Detruditur in carcerem Georgius.*

Imperata dicto citiùs peracta. Martyrem igitur in carcerem deductum, humiq; proſtratum, compedibus vinciunt, ac lapidem magnum ſacro eius pectori imponunt. Quæ vir ſanctus, ſine fine Deo gratias agens, tulit patientiſſimè. Inſequenti luce, rurſus eum imperator ad quæſtionẽ euocauit, iuſſitq; rotam aſpectu ſanè terribilem, mucronibus vndique præfixam adduci, eaque alligatũ martyrem dilaniari. In eam iniectus machinã martyr, primùm ardẽtibus votis precibusque conſtantiã à Chriſto precatus eſt, moxque vi rotæ, corpus dilaniebatur, & ſcorpij more contortum diſſecabatur. At martyr hoc ſupplicij genus ſtrenuè perferens; tanquam dormiens, bonum temporis ſpatium conquieſcebat; ita vt Imperator eum mortuum exiſtimans quaſi

*Lapis pectori eius impoſitus.*

*Horribilis machina.*

*Diſcerpitur corpus martyris.*

præclara de martyre victoria potitus,exulta
lætuſque ad Appollinis templum ſacrificatu
abiret. Vix pedem è loco certaminis extule
cùm repentè cęli horrendo fragore excitato,
ad aures martyris delata eſt;Eſto fortis Geo
nam tua confeſſione alij ſimiliter ad fidem
candi ſunt.Paulò autem pòſt reſtituta tempe
viſus aſtare rotæ,immenſo ſplendore corul
Dei angelus, qui extenta manu,integræ eum
nitati reſtituit, animumque ad alia ſubeund
certamina addidit.

*Angelus Dei ſanat martyrem.*

Intereà carnifices ingenti pauore correp
martyrem, præter expectationem, incolu
conſpexêre.extemplò rem ad Imperatorem
farijs ſacrificijs intentum detulêre.Qui vi
orgio obſtupeſcens,vix oculis proprijs fidem
hibebat;tacituſque ſecùm admirans obmu
bat.Aſtabant viri duo prætoria dignitate in
quorum vnus Anatolius,alter Protoleo,con
ćta rei nouitate ac planè mirabili,ſtatim in
confeſſionis voces eruperũt:Vnus eſt Deus m
nus & verus Chriſtianorum.Hos confeſtim I
perator ira percitus,capitis ſententiam,ind
cauſa ſubire iuſſit. Sed & ipſa Imperatrix A
xãdra,veritatis lumine Dei beneficio illuſt
intrepidè Chriſtum confeſſa eſt, quam co
ſtatim abduxit,& ne ad aures Imperatoris
feſſio eius manaret,domum ſecum abripuit.
ocletianus autẽ maxima rabie agitatus, vin
Chriſti martyrem,in foueam calcariam pr
pitem dari iuſsit, ibidemque in diem tert
omni auxilio deſtitutum aſſeruari. Expleto
tem die tertio,Imperator, ne quid reliqua
ab eo extaret, rurſus mandat ſuis, vt oſſa,
ſupereſſent, ( nam certo certiùs martyrem

*Duo prætores palam Chriſtum confitẽtur.*

*Item Alexandra imperatrix credit.*

tinctum credebat) calci profundiùs defoderent, ſempiternaque obliuione cuncta ſepelirent. Abierunt ad imperium, famuli, magna populi ſequente caterua, eumque, quem planè calcis virtute conſumptum credebant, mirabili ſplendore fulgentem, viuum ac incolumem repererunt. Quo ſpectaculo, tantus animorum motus in plebe exortus eſt, vt ſublato clamore, vnum ac omnipotentem Chriſtianorum Deum collaudarent. *In calce manet incolumis.*

Intereà militibus moras nectentibus, rumor ad Diocletianum peruenit, qui ſtupore attonitus, Dei virtutem, magicis artib⁹, ſcelerata mente aſſcribere non eſt veritus. Hinc cùm animum in omnem cogitationem verſaret, & martyrem, qua virtute, quibùſve artibus res adeò admirandas faceret, interrogaret, ac martyr, Chriſti potentiam illi prædicaret, ille, præſtigijs tuis, præſtigijs inquam, nos omnes ad ſtuporem adducis, exclamabat. Sed efficiam, dicebat, vt experiundo tandem diſcas, nihil aduerſus potētiam noſtram præſtigias valere. His dictis, ferreas iubet afferri crepidas, easque copioſo igne candentes, in pedes ipſius indui. Tùm verò inſtantibus à tergo lictoribus, ad carcerem propelli martyrem fecit. Martyr autem quanquàm acerbiſſimis cruciatibus fatigaretur, gradumque difficulter admodùm inferre poſſet, ſecum tamen ipſe exultans, vno Chriſti nomine inſtanter inuocato, ſupplicij acerbitatem ferebat, animumque his verbis ſibi ipſe addebat: Curre Georgi, vt apprehendas: Sic enim curris, vt non incaſsùm. *Ardētes ferreæ crepidę, pedibus eius adhibētur.* *1 Corint. 9.*

Tandem in carcerem retruſus, die illo ac nocte in gratiarum actione alacri mente perſtitit, Deique ſtupendo beneficio, iterum priſtinam

**Retruditur in carcerem & ſanatur diuinitus.** ſanitatem recepit. Poſtridie Imperatoris ma dato, totiuſque Senatûs auctoritate accitus, a nus non modò, ſed maiore etiam quàm ante poris animique pulchritudine decorus ve ità vt imperator ſtupore oppreſſus vix fari p ſet. Tandem cum admiratione in vocem pro pens ait: Georgi, ſi tibi tuæque ſaluti rectè co ſultum velis, omiſſis præſtigijs magicisque a bus dijs ſacrifica: alioquin multis cruciati affectus, dulci hac vita ſpoliaberis. Cui mar Quanta, inquit, eſt iſta veſtra dementia, qui D mei potentiæ, præſtigiarum nomen impiè ponitis, eiusque præſidia magicis artib' com rantes, ludricas dæmonum, qui à vobis colun fallacias tam impudenter iactatis. Acri voce, a ciq; aſpectu, Diocletianus martyris orationem **Os eius cæditur.** interpellãs, adſtantibus imperauit, vt os eius derent: Sic, inquiens, doceatur. Imperatores no **Vapulat neruis bubulis** eſſe contumelijs afficiẽdos. Deinde iuſſit, vt ne uis bubulis tamdiù vapularet, quoad nudis vndique oſſibus, animo viribusque deficeret.

Fuit continuò ad Imperatoris imperium fla gellis in corpus martyris ſæuitum: ſed Christus Dominus qui vires animumque ad aſpera quæ que fortiter ferenda ſuppeditabat, illum conc dere non modò non eſt paſſus, ſed etiam nè ſere nitatem quidem vultûs, aliqua triſtitiæ nube, ob ſcurari: prorsùs vt Imperator admiratione ple nus cogitatione deficeret: nec vlterius, quod ferre vellet, inueniret. Tum Magnétius pari cum Imperatore admiratione detentus, conuerſus ad martyrem ait: Tu ſi neque præſtigijs, neque ma- cis artibus, ſed ſola Chriſti Dei tui, vt aſſeris, vir- tute, res adeò admirandas, & planè ſtupẽdas ge ris, exhibe nobis clarius aliquid illius potentiæ ſignum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſignum, vnumque, ex his mortuis in tumulo reconditis, ad vitam reuoca, vt ſic demùm Chriſto tuo ſoli, veram diuinitatis gloriam tribuamus. Ad hæc S. Georgius: Quanquàm certò ſciam, vos, qui vinculis diaboli conſtricti, ad ipſius voluntatem captiui detinemini, neque hoc quidem facto ad Chriſtum Deum viuentem acceſſuros, tamen propter eam, quæ hîc præſens eſt, populi multitudinem, Dei mei benignitate cõfiſus, ante omnium veſtrum oculos Deum ipſum inuocabo, & orabo vt ſignum hoc oſtendat. His dictis, vtrumque in terra genu cum intima pietate fixit, fuſiſque ritè ad Deum precibus: mortuum, non ſine ingenti terræmotu, ex terræ viſceribus ad vitam reuocauit. Hoc miraculo, dum cunctos ſtupor inuaderet, maxima populi multitudo, iteratis ingenti cum clamore vocibus, Chriſti gloriam collaudauit. Imperator verò, amentia & furore magis repletus, execrabiles in Chriſti ac Georgij nomen blaſphemias euomebat, iterumque tetro eum carcere concluſit. Interea cùm alij atque alij, cuſtodibus pecuniarum vi facilè corruptis, ad eum ventitarent plurimi à veteribus delictis per eum expiati, Chriſto nomina dederunt: ac diuinis eius ſermonibus miraculiſque in fidei conſtantia confirmati, nulla pro Chriſti gloria certamina recuſarunt.

*Mortuum ſuſcitat martyr, ſanctus.*

*Recluditur iterũ in carcerem.*

*Multi ad Chriſti fidẽ conuertũtur*

Inter quos Glycerius quidam homo cùm arte tum ingenio quidem ruſtico, ſed fidei ac pietatis virtute adeò eximia, vt ſpretis tyrãni minis ſupplicijſque, ſanguinem pro Chriſti nomine fundere non dubitauerit. Hic enim cùm rem ruſticam exerceret, atque, vt fieri interdum ſolet, alter ex bobus nimijs laboribus fatigatus humi laberetur, & iamiam expirare videretur,

Glyce-

Glycerius tanta calamitate ſanè perturbat', cũ
multa de admiranda Georgij ſanctitate audiſ
ſet, ad carcerem contendit, ſupplexque à ma
tyre, malo ſuo remedium poſtulauit. At ma
tyr viſo illo ſubridens, hoc tantum effatus e
Vade Chriſtus Dominus meus, bouem tuum
vitam reuocauit. Ille autem verbis eius credi
abijt, inuẽtoque boue ſano & incolumi, cõti
non potuit, quin in has voces laudis & confeſ
onis erumperet: Magnus eſt De⁹ Chriſtianoru
Comprehenſus igitur iuſſus eſt capitalem ſu
re ſententiam quam lætus gaudensque extra
bem excepit.

*Glycerius credit & gladio cæditur.*

At Imperator qui noctẽ interim dieq; vari
in animo ſuo fraudes, ſuppliciaq; verſabat, q
bus ſanctum martyrem à Chriſti confeſſione
uelleret, cùm altera luce iterum ad quæſtion
eum euocare ſtatuiſſet, fertur Chriſtus ipſe ma
tyri in carcere votis precibusque intento app
ruiſſe, animumque ad reliqua certamina ſub
unda addidiſſe, coronamque capiti impoſuiſ
hortans vt etiam atque etiam videret, ne qua
timiditate eadem ſe indignum redderet. Q
munere incredibili perfuſus gaudio martyr,
ſequenti luce ad certamen euocatus prodijt.
quidem Imperator, poſt multas, quibus mar
ris animum mira calliditate ac fraude pertent
bat blanditias, tandẽ ait: Si velles mihi tanqua
patri amantiſſimo obſequi, omnes iſtos, qu
pertuliſti, cruciatus, maximis honoribus com
penſarem. Tum Georgius: ſi libet, ô Imperat
templum, deos viſuri, ingrediamur. Hoc di
Imperator gaudio exultans, tanquam victoria d
martyris conſtantia potiturus, cum vniuerſo S
natu, populoque templũ intrauit. Omnibus
te

*Chriſtus S. Georgio apparet, & eũ confirmat.*

*Vide fallaciã dæmonis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem ingreſſis, indicto ſilentio, & ſacrificio iam parato, martyr extenſa manu ad Apollinis ſtatuam: Ecquid, inquit à me ſacrificium poſtulas? Num diuinos, vni ſolique Deo debitos, expectas honores? Hæc dicens. edito crucis ſigno, dæmonem inhabitantem in voces verbaque huiuſmodi compulit: Non ego nec mei ſimilium quiſquã Deus eſt. Vnus eſt Deus, quem tu prædicas. Nos autem in barathrum damnationis ſempiternæ à Deo præcipitati, inuidiæ ſtimulis concitati, eandem in calamitatem miſeriamq; homines pertrahere nitimur. Tum Sanctus: Quo pacto igitur hîc manere, me veri Dei cultore præſente, audetis? Hoc dicto, ingenti cũ ſonitu fremituq; ſtatuę ad vnã omnes humi prolapſę ſunt. Tunc quidam immani furore in Sanctũ concitati, conſtrictum repentè vinculis, multis plagis affecerunt.

Egregiè ſeipſum dæmon pudefacit.

Corruũt ſimulachra.

Sedato autem populi tumultu, & Georgio coram Diocletiano adducto, eccè Imperatrix in medium procedens, magna cum humilitate ac reuerentia pedibus ſe martyris proſtrauit, Tyranni dementiam conſpuens, deos maledictis lacerans, eorumque cultores deteſtans. Imperator autem ad eam: Quid tibi, inquit, accidit. ô Alexandra quòd huic Mago, & incantatori impudenter adhærens, à dijs receſſeris? Illa verò in Chriſti confeſſione Deique laudibus exultans, ne reſponſione quidem dignum eum reputauit.

Imperatrix palàm ſuam fidẽ teſtatur.

Igitur Diocletianus nimio furore ebrius, vtrumque & Georgium & nobiliſſimam Imperatricem capitis damnauit. Nec mora, ij, quib[9] hoc mandatum erat, conſtrictum vtrumque vinculis, non ſine multis varijsque ludibrijs extra portas protraxerunt. Illi vero alacri animo ad certamẽ properantes, vitæ tædium pijs precibus alleuabant.

Sententia in S. Georgiũ & Alexandram.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bant. Vt verò ad locum quendam ventum fu
Imperatrix, vt conſiſterent petiuit. Illis autem
cilè annuentibus, Alexandra ſuper veſtem re
dit, & capite in genua reclinato, impollutũ
ſpiritum tradidit. Huius rei cauſa, martyr Chr
maiori lætitia exultans, diuinam bonitatem
cibus & hymnis & canticis celebrabat, donec
locum, in quo coronandus erat, perueniſſet.
verò fixis in terram genibus, oculiſque cum
ta pietate ad cælum ſublatis, intrepidè ceruic
feriendam præbuit, & repromiſſam à Deo iu
tiæ coronam recepit.

*Imperatrix reddit ſpiritum.*

*S. Georgius decollatur.*

De reliquijs verò eiuſdem, atque miracul
ditis, ſcribit Greg. Turonen de gloria Mart. c

Et quidem, in Galatia celebris fuit eiuſdẽ
cti memoria, de cuius miraculis ibidem ſæp
iteratis, multa narrantur, in vita S. Theodori
cçorum Archimandritę quã ſupra deſcripſimu

*Claruit eximijs miraculis poſt obitum.*

Fuit & Romæ, quæ adhuc perſeuerat, illuſtr
huius Martyris memoria, ad velum aureum,
& Caput eius venerandum ſeruatur.

*Caput eius Romæ.*

S. Germanus porrò, Pariſiorum Epiſcopus,
Hieroſolymam peregrinatus eſſet, rediẽs, diue
tit Conſtantinopolim, vbi à Iuſtiniano Imp
ter alias nobiles reliquias, donatus eſt Brach
eiuſdem martyris, quod condidit Pariſijs, in B
ſilica S. Vincentij.

*Vnum Brachium Pariſijs.*

Brachium verò aliud huius S. Coloniã Agrip
pinam delatum, ac multis miraculis illuſtratum
declarant acta S. Annonis, Epiſcopi Colonienſi

*Aliud Brachium Coloniæ.*

Non tantum ſiquidem in Oriente, vbi paſſu
eſt, ſed & in occiduis oris fuit clariſſimus.

Exſtat Epigramma Venantij Fortunati de Baſ
lica eiuſdem nomine erecta, in Gallijs, in quo
verſus de eius Martyrio leguntur.

Ca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Carcere, cæde, ſiti, vinclis, fame, frigore flammis,*
*Confeſſus Chriſtum: duxit ad aſtra caput.*
*Qui virtute potens, Orientis in arce ſepultus:*
*Ecce ſub occiduo cardine, præbet opem.*

*VITA & MARTYRIVM S. ADALBERTI ſecundi Pragenſis Epiſcopi. ex ea quæ fide optimè apud Surium inuenitur. Occubuit martyrio anno Domini 997.*

C. Baron. in not. Martyr. Rom.

ADalbertus in Boëmia claris admodum ortus natalibus, & dignitate inter ſuos ac gloria pręcipuis, diuino proculdubio numine in lucem editus, ad magnam eccleſiæ vtilitatem ab ipſo ortu deſtinatus eſt. Nam cùm in morbum periculoſum, & planè mortiferum incidiſſet, & parentes multis lachrymis morientis filij exitum proſequerentur, fuit repentè à mortis ipſius faucibus, præter omnē ſpem, votis precibusque parentum, ad vitam reuocatus. Decurſis autem rudis infantiæ balbutientibus annis, traditus eſt Magdeburgi literarum diſciplinis imbuendus, quas cùm annis admodùm nouem, magno cum tædio ac labore imbibiſſet, onuſtus dulcis ſapientiæ liquoribus, ad patriam remeauit. At verò quanquam magnam ſuis ipſe parentibus, expectato diu reditu voluptatem adferret, tantam tamen deprauatis moribus, ac nimia viuendi libertate moleſtiam intulit, vt breui hauſtam ex eius conſpectu lætitiam, grauiore mœſtitia obſcuraret, luctuque ac lachrymis parentes deformaret. Incumbebat iocis puerilibus, laſciuiam intemperáter exercebat, & cibo potuique, pecudis inſtar deditus, diuinas leges per ſummum ſcelus conculcabat.

23. Aprilis.

Patria eius.

Traditur literis.

In iuuenili ætate fuit valdè laſciuus, & diſcolus.

Intereà

Intereà Boëmiæ prouinciæ antiſtes mo
corripitur: accedit Adalbertus, adſtat morb
do, contemplatur humanæ vitæ miſeriam, fr
lemq́; mundi huius gloriam. Tandem audit
ribundum antiſtitem, deſperata voce omne
lutis ſpem abijcientem, clamantemque ab i
mundis ſpiritibus ſe ad tartareum chaos de
tari. Ingenti ſanè horrore corripitur, ac ſal
diuini iudicij timore perculſus, fræna poni
mis, totaq́ue mente ad certum ſalutis iter m
vitamq́ue componit, ac poſtremò tam excel
ti virtutum omnium ſplendore, priſtinæ vit
nebras diſpellit, populumq́ue illuſtrat, vt c
muni omnium ſententia, demortui dignita
gniſſimus iudicaretur.

*Epiſcopi Pragenſis horrenda mors.*

*Redit ad ſanam mentē Adalbertus. Creatur Pragæ Epiſcopus.*

Igitur electus epiſcopus, & ſummo cum
nore ac gloria in ſede inuitus collocatus, a
ſe longè ab eo, qui antè fuerat, exhibuit. O
lis quantuſq́ue mutatus ab illo, qui paulò a
poſt diuitias huius mundi gloriamq́ue, ra
curſu tendebat, totaq́ue mente terrenis in
bus ſepultus, ſola quę carni grata erant, aui
petebat. Nunc verò mutato curſu, ſola cæl
ſuſpirabat, prorſus vt ambabus, quod aiunt,
nibus theſauros exhauriret, quibus paupe
inopiæ miro ſtudio conſulebat. Erat illi ſum
voluptati, dies cum noctibus, in precibus a
chrymis inſumere, quibus veteris vitæ de
exurebat; Contra noxias voluptates, & lab
ſurgentium vitiorum, omni arte, omni ſ
virtutum occurrebat, donec deſideriorũ ſ
euelleret, terrenasq́ue delectationes vince
multa interim paſſus, proficuum, ingente
ſudorem, pro multorum ſalute ad finem p
ceret. Mirabantur feruorem eius omnes, &

*Benignitas eius in pauperes.*

latus illi proximè claudebant amatores carnales, rigidum vitæ genus odio habebant, & apud terræ primates, fictis criminibus atq; calumnijs in inuidiam trahebant. Populus interim duræ ceruicis, ſeruus libidinum factus, per omnia ſcelerum genera vagabatur, & monentem ac obſecrantem nequicquam antiſtitem repellebant, ſubſannabantque.

Ridetur ac repellitur à populo vitia eorum corrigere cupiens.

Tunc Adelbertus, cùm populum tanto mentis furore, in omnium vitiorum ſcelerumque licentiam ruentem, ad ſalutis viã nullis monitis, precibuſque reuocare, poſſe ſe cerneret, relicta ciuitate, excuſſoq; in eam pedum puluere, ſacroſancta loca, in quibus Chriſtus Dominus humani generis ſalutem operatus eſt, inuiſere ſtatuit. Iter igitur ingreſſus, cùm Romæ tũ Hieroſolymis, ſacra loca venerabundus obiuit, ac tandem maiore cæleſtis vitæ deſiderio inflammatus Romæ ſe totum monaſticæ vitę diſciplinis, ad S. Bonifacium dedicauit. Ibi ſuſcepto habitu, tanta virtutum ac ſanctitatis integritate Chriſto militauit, vt ab omnibus mira charitate amplecteretur, & tanquã cæli quidam incola ſuſpiceretur.

It Hieroſolymam.

Fit monachus.

Poſteà terræ populus, ſuorum ſcelerum fœditate offenſus, & in via iniquitatis iam laſſatus, epiſcopum ſuum, pluribus quàm antè, & pietatis & eloquentiæ luminibus fulgentem reuocauit: ac ſpem vitæ melioris oſtendens, tandẽ diu multùmque reluctantem, ad ſedem reduxit. Et quidẽ venientem paſtorem, magno cum gaudio excepit, compreſſaq; priſtina viuendi conſuetudine inſitas libidines nonnihil repreſſit: ſed mox pondere peccatorum, quod nondũ planè abiecerat, oppreſſus, in voraginem ſcelerum ſuorum decidit: atq; adiutrices epiſcopi manus, quibus eos

Reuocatus à ſuis.

extrahere nitebatur, pertinaciter recuſauit, p
tiuſq; in ſceleribus ſuis præfocari, q̃ ſacri an
tis ſalutifera monita ad aures admittere mal

S. Adalbert' ſubditorum ſuorũ offenſus peccatis, iterum Romam abit.

Tùm diuinus heros, conſcenſo equo dulci
mam reuiſit, & quaſi poſt pericula maris qu
nauis, optatum portũ occupauit. Sic ſecretos
naſterij ſinus, charã requiem intrans, pulch
Rachel amplexabatur, ſacriſque delicijs ei
tem animã, nocte dieque ſedulus paſcebat. N
multò pòſt, Romæ congregata eſt Synodus
qua Moguntinus Archiepiſcopus, epiſcopu
ctum à monaſterij quiete, ad relictos grege

Synodus Romana cõpellit eum redire ad ſuos.

mittendum eſſe voluit. Cui Papa Gregorius
nominis quintus, conſentiens, ſuſceptum ſe
gregem non poſſe impunè eum dimittere, m
tis ſcripturæ ſententijs aſſeuerauit; poſtre
ſedentes epiſcopi, volentem nolentemque A
bertum, ni pareat, vinculis anathematis c
ſtringendum definiunt. At ille ad Papam:

Oratio S. Adalberti, ad Gregorium papam V.

pater, inquit, ſanctiſſime, eòne me redire co
pellis, vbi animarum fructum faciam nullu
detrimenta verò ſalutis mea capiam maxi
Quæſo te mitiga ærumnam meam, triſtique
ceſſui vel vnicum tribue ſolatium. Si oues m
verba vitæ ſpernere pergunt, liceat mihi vel
exteras & incultas gentes tranſire. Acquieuit
bens voluntati hominis Dei, Papa Gregorius
quanquam non ſine animi dolore, propter inte
ruptam quietem, abeuntem, exultantem tam
propter martyrij ſpem, cuius longo deſiderio
debat, à ſe dimiſit.

Petit Ducem Polonorũ.

Ergò quẽ ſuo labori adiutorẽ Deus præpar
uerat. Ducem Polonorũ Boleſlaum rerũ dub
petijt, cuius auxilio, ad populum ſibi cõmiſſum
& multoties cõtradicentẽ, nuncios ſuos deſtina
uit.

nit. Sed illi præter plenã contumelijs legationẽ attulerũt nihil. Ille, accepto libello repudij, iſtis contumelijs nõ aliter exhilaratus fuit, quã hoẽs, oblatis præter ſpẽ honoribus ac diuitijs, lætari ſolent. Igitur ſolutis vinculis ſacer antiſtes, tota mẽtis auiditate martyrij deſideriũ arripuit, iunctiſq; duob⁹ ſocijs, quos ſacro bello portandoq; euãgelio aptiores iudicabat, itineris ſibi comites delegit. Nec mora. Eſt in parte regni Boëmiæ ciuitas magna, quã Gneſnam vocant (vbi ſacrũ eius corpus, multis admodùm miraculis clarum ſepulchro iacet) ibi dum precibus & ſacrificijs pro populi illius ſalute die noctuq; diuinã implorat miſericordiã, multos Chriſto lucrifacit, multos natu grandes, & fœdis peccatorum ſordibus inueteratos, puriſſimo regenerationis lauacro mundat, mundatoſque in Chriſti ouile introducit. Inde nullas nectens moras, nauim conſcendit, ac varijs maris ſuperatis periculis, tandem Pruſſorum terræ clanculum appulit. Erat gens planè barbara, adeòque moribus efferata, vt ſilicis inſtar, ſalutaria dogmata repelleret, ac neminem prorſus ſalutem adferentem admitteret. Vndè trepidi ſanè nautæ, ſanctum Antiſtitem feſtinàter expoſuêre, nocturnoq; remeantes auxilio, ſecurã fugã capeſſuerunt. At Chriſti miles, incredibili pereuntiũ animarũ zelo flagrãs, duobus cũ ſocijs, paruũ quendã locum, inſula, forma & ſitu haud abſimilem, intrauit. Ibi aliquot dum hæret diebus, fama nouorũ hoſpitũ ad aures paganorũ deuenit: eſſe nimirũ hoẽs, ignoto habitu, ac cultu prorsùs inaudito. Aduolant ex improuiſo, parua naue pauci, frendentq; ira fumãtes barbarũ neſcio quid, ac hoſpites quærũt. Tandẽ vnus ex eis peiorũ peſſimus, ꝓpiùs accedẽs, ſublato vi

Sui eum nõ admittunt.

Gneſna ciuitas in Boemia.

Multos adducit ad Chriſtum.

Venit in Pruſſiam.

**Percutitur immaniter ſacer Antiſtes.**

maxima conto, quo nauem impulerat, ca meditantem epiſcopum fortiſſimè percu non abitis, inquit, citius capite plectemin certè duris vexati ſupplicijs, ingratam mo ſubibitis. At verò ſacer Antiſtes, humi ſtra mente pariter ac corpore toto extentus: Be ctus, inquit, Deus: Si plus non accipiam pr cifixo meo, vnum ſaltem precioſum ictu beo.

Quid verò indè ſecutum? Foras eiecti unt in mercatum, vbi ſubitò cælicolam ci ſtant longo agmine omnis generis ac ſex mines, pandunt cruentos rictus, ac luporu ſtar, ſanguinem ſitientes minātur mortem ad eos apportaret vitam. Loquentem ho deridentque, & cæleſtia verba, magna cu tiitate ac modeſtia inculcantem, dedign Inſtabat nihilominus vir ſanctus, feritatem rum lenire: ſed illi horrendis clamoribu implentes, baculiſque terram percutien rorem dictabant, mortemque protinus ſeil ros ni terra excederet, iurabant. Tum verò a ta Chriſti oleum ſe & operam perdere cer triſtitia magna affectus varios caſto in pe verſabat æſtus, nec tamen ſalutis gentis barb vel certè optatæ mortis ſpem abijciebat. Ha itaq; cum ſocijs conſilio, placuit abiecto v horrore, nitidiorem paulò corporis aſſu habitum, ac alia quæuis offenſionis pericul dibus paganorum animis adimere. Interea hac arte ac fraude deludere eos cogitat, ad cium Luiticorum ſurda idola, totis viribus dicationis fulmine deijcienda, conuerti Chriſto nouum aliquem populum acquir aut longis deſiderijs finem imponeret. Sed

**Barbari verba vitæ audire recuſāt & mortem minantur.**

**Luitici ſunt qui alias Vilſi dicuntur.**

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

his cogitationibus implexus hæret, breui itinere cõſecutus eſt, quod multo tempore quæſierat.

Eccè enim dum læto in gramine Miſſarum ſolennijs ritè celebratis, & viribus corporis cibo vtcunque reparatis, ſomno indulgent, adeſt ingenti cum armorum ſtrepitu, barbarus quidam, cuius frater non ita pridem à Polonis occiſus fuerat. Is acri vindictæ cupiditate incenſus animum ſuum ſanctiſſimorum virorum nece ſanare cupiebat. Itaq; rapido curſu eos aſſecutus, vinculis primum conſtrinxit, impoſitiſq́; plagis, ad montem quendam compulit: in cuius ſupercilio præclaram martyrij palmam diu deſideratam, fœlix pater, fœlici agone adeptus eſt. Ibi ſeptem lanceis (quemadmodũ referunt qui agoni interfuerunt) confoſſus occubuit. Primum dux ipſe, & nefariæ cohortis magiſter, ſtimulante furore, cordis eius penetralia perforauit, indè cæteri, pari furore ac malitia elati, ſcelus peregerunt. Vt autem oſtenderet diuina clementia, quàm nihil huius vitæ mors ſit formidanda, quàmq́ue eadem precioſa in conſpectu Dei ſit, eccè ligatæ martyris manûs vltrò ſolutæ, amicam mortem amplexarunt: ac crucis in modũ extentæ, anima ad ſuum creatorem abeunte, permanſerunt.

Capitur S. Adalbertus, & vinculis conſtringitur.

Septem lanceis confoditur.

Miraculum.

Impij verò, illata viro ſanctiſſimo tam crudeli morte, nequaquam contenti, abſciſſum à corpore caput, fida ſub cuſtodia vtrumque aſſeruârunt, vt finitimo Boleſlao Duci, ingenti pecuniæ vi illud redimendum offerrent. Duos autem fratres, martyris comites fideles, ſecum miſerandã in captiuitatem abripuerunt, eodem martyrij ac gloriæ certamine à cæleſti Patre coronandos.

Duos eius ſocios, captiuos abducunt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *VITA F. AEGIDII VIRI SANCTIſ-ſimi, qui fuit è primis ſocijs beatiſsimi Franci Aßiſinatis. ex ea quæ extat apud Surium. Ni reperitur ſanctorum Catalogo adſcriptus.*

23. Aprilis.

Duo primi ſocij S. Franciſci.

QVo tempore beatus Franciſcus calc mundi vanitate, pietatis ſtudio incredi li flagrabat, erat Aſſiſij vir quidam m ſimplicitatis, ac amoris in Deum ardentiſſi AEgidius nomine; qui vt primùm ſuis è ciuib intellexit, Bernardum eius vrbis virum prim rium, & dominum Petrum ſummæ ædis ibide Canonicum, rebus ſuis in pauperes erogatis ſa cti Franciſci institutũ amplexatos, octiduò p diuino inſtinctu permotus, ad eos quoque ſe ag gregauit.

Porrò Franciſcus nouo milite gauiſus, cũ vt eum donaret habitu, ad comparandum pan abiret, atque mulierem, ſtipem infirmis precib mendicantem, obuiam haberent, ait ad AEgidi

Eleemoſyna hominẽ lætificat.

Quin tu, optime frater, huic pauperculæ palli quo indutus es, largiris? AEgidius autẽ promp alacrique animo mulieri id obiecit, ſimulque e ea eleemoſyna tanto eſt cumulatus gaudio, vt q los ſibi plane apertos exiſtimaret. Hinc toto de

Pauperum amator & benefactor Ægidius.

indè vitæ ſuæ tempore, nihil vno charitatis off cio antiquiùs habuit, nihil maiore cum alacri tate ac gaudio perfecit, quàm inopum ac paupe rum neceſſitatibus conſulere: cunctiſq; cùm co poris tùm multò magis animæ cibos ſubmini ſtrare.

Cùm aliquando ad loca ſacra peregrinand pauperem extrema nuditate laborantem obui haberet, nihilque, quo hominis miſeriam ſubl uare poſſet, inueniret, auulſum protinùs de ſu

cucull

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cucullo caputium ei obtulit: ac nudo capite diebus viginti inambulauit. Quanquam autem & ipſe pauper, libenter pauperibus aliquid tribuebat nunquam tamen gratis oblatum panem ſumere voluit: ſed manuum ſuarum labore victitabat, neque tamen præter victum in diem ad mittebat aliquid. Ocium verò, tanquam animæ peſtem contagioſiſſimam, cane peius & angue oderat & manibus, quod aiunt, pedibuſque euitabat. Huius autem propoſiti adeò erat tenax, vt nec latū quidem vnguem ab eo recederet. Cùm quandoque à Cardinale Tuſculano benignè ad menſam eius vocaretur, ille nè tanti principis auctoritatem negligere videretur, adfuit quidē; ſed duobus onuſtus panibus, quos iuſtis antè laboribus acquiſierat: aſſerens nequaquam ſibi licitum eſſe, alienis veſci ſudoribus: quin potiùs beatum eſſe eum, illique benè fore, qui manuum ſuarum labores manducaret. Hinc B. Franciſcus, viſa viri ſancti innocentia, & optima vitæ diſciplina, liberam ei, vbicunque vellet, commorandi facultatem concedebat. Degit aliquando in eremo quadā Peruſiæ vicina, vbi lagenas arculaſque vitreis poculis aptas cōtexebat, quas deindè nudis pedibus in oppidū, non quidem pecunia ſed nudo victu venales inferabat. Eo in loco annis non paucis cum magna ſanctitatis laude exactis, aliquandò reuocatis ad memoriam priſtinę vitæ delictis, tantum ex eorum recordatione dolorem concepit, vt abiens in ſyluam, ſe habitu ſacro nudauerit, accitoq; quodā fratre, eidē præceperit, vt iniecto collo eius fune ad alios eū pertraheret, & tanquā grauiſſimorū criminū reū vapulandū offerret. Ipſe verò voce cum lachrymis, & miſerando eiulatu ſublata miſericordiā

Nō vult veſci panibus, niſi labore ſuo quęſitis.

Ocium deteſtatur.

Degit ſolitarius ad Peruſiam.

Dolor eximius de peccatis olim commiſſis.

clamabat. Fratres autem eo viſo, præ commi- ratione & pietate, vna cum illo fleuerunt. Tã- dem illis rogantibus atque monẽtibus, vt ſe in- indueret habitu reſpondit vir ſanctus: Ego in- eo planè indignus ſum; vos autem ſi eleemo- næ loco eum mihi conceditis, miſer illum- cipiam.

**Mittitur ad Saracenos.**

Beatus autem Franciſcus viſo eius feruore incredibili martyrij cupiditate, cũ alijs qui- dam ad Saracenos eum deſtinauit. Sed Tunet- veniens, fuit à Chriſtianis illic degentibus ſa- lutaribus monitis barbaris fundendis prohi- t⁹; nè ſecùm omnes pariter in mortis pericu- adduceret. Vnus ex fratribus, grauiſſima qu- doque carnis tentatione afflictus, remedium- eo poſtulauit. Cui AEgidius: Dic mihi, inqu- quid faceres cani te mordere volenti? Ego- pondit ille, verberibus eum abigerem. Et AE- dius: Idem facito huic tentationi, & tandem li- raberis; nam nemo ſine certamine, de minimi- etiam hoſtibus victoriam obtinere poteſt.

**Parcimonia victûs.**

Ipſe verò fuit corporis domitor inprimis e- mius. Semel in die, eumq́ue ſanè exiguum ad v- peram ſumebat cibum. Et quanquàm alij in- corporis caſtitatem mirarentur, eamq́ue fa- rent plurimi, ille tamen multò magis ad men- puritatem attendebat, inq́ue eo laborabat - maximè, vt ſuam cum diuina ſociaret arctiſſi- nihilq́ue admitteret, quòd vel tenui nubecu- ſplẽdorem illum obſcuraret. Cùm multa fra- quidam de caſtitate eum prædicantem, cunctis- virtutibus præferentem audiret; quærebat: An- potior eſſet charitas? Cui AEgidius ſubridẽs re- pondit: Ecquid nam eſt charitate caſtius & pu- us? Quid nos Deo magis commendat, quàm

**Puritas mẽtis.**

cha-

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

charos ei reddit, niſi illa mentis caſtitas quæ ſenſus omnes diuinæ gratiæ cuſtodit, & amoris vinculo indiſſolubili ei coniungit? Cumque præterea in caſtitate laudanda & prædicanda multus eſſet, quidam matrimoniali vinculo conſtrictus, illa audiens ait; Ego vxore mea contentus, à fœminis omnibus abſtineo. Cui AEgidius: Putas, inquit, nõ poſſe hominem è ſuo vino ebrium fieri.

Etſi autem literis nullis inſtructus erat, attamen diuinæ ſapientiæ ſplendoribus adeò fuit illuſtratus, vt etiã eruditiſſimos quosque excellęret. Nec prophetiæ dono caruiſſe putandus eſt: nam cùm rex Francorum Ludouicus, peregrino habitu ſacra loca aliquandò inuiſere ſtatuiſſet, in via tactus amore ſancti AEgidij de cuius virtutibus iam antè audiuerat multa, Peruſiæ ad monaſterij portam venit. Ianitor autem vt primum AEgidio nunciauit, peregrinum quendam cum paucis familiaribus præ foribus ſtare, eiusque colloquium expetere, ille actutùm in ſpiritu eũ Franciæ regem eſſe cognouit, celeriterq; accurrens, eius in amplexus amore ebrius ruens, magno cumulatum gaudio à ſe dimiſit.

*Donum prophetiæ.*

Iam verò quàm ei fuerint familiares mentis in Deum exceſſus quis credat? Poſt ſextum à ſuſceptó vitæ ſanctioris inſtituto omnium quadam nocte pijs intentus precibus, adeò diuini ſpiritûs ſuauitate abſorptus eſt, vt putaret animam planè à corporis coniunctione diuellendam eſſe. Nec multò poſt, raptus in ſpiritu ad cæleſtia arcana contemplanda tanta eſt affectus lætitia, tantaque repletus dulcedine, vt deinceps quoties vel ipſius Dei, vel gloriæ cæleſtis, vel paradiſi fieret mẽtio, toties oppreſſis sẽſibus humi caderet, ſpirituq; exultãs, cæleſtia regna perageret: Hinc pu-

*Mentis exceſſus ei familiaris.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eri & opiliones ab alijs docti, eo viſo, clama-
Paradiſus, paradiſus. Quo audito, protinus c-
pore deficiens labebatur, & interim cum ina-
dibili mētis gaudio, de cæleſti gloria cogita-

Triduò antè Chriſti natalem in Tuſcia e-
co quem Sethonam vocant, poſtquàm di-
quadraginta continuis (vulgò id S. Martini ie-
nium appellant) in ieiunijs precibusq́ue pe-

**Chriſtus ei apparet.**

uerаſſet, nocte Chriſtus Dominus ei appar-
fertur. Ex cuius conſpectu, tantam hauſit an-
voluptatē ac ſpiritûs dulcedinē, vt deinceps o-
ni hominū familiari conſortio repudiato, v-
vitæ ſuæ ſolatium ſolitudinem appeteret, ac n-

**Ægidius ſēper iucūdus & hilaris fuit.**

cte dieq́ue ſola cæleſtium rerum meditatio-
animum paſceret. Fuit autem in omni vita p-
quàm iucundus & hilaris. Præcepta Eccleſiæ
ius Pontificum magna cūprimis reuerentia p-

**Eccè quanti faciēda prę. cepta Eccle. ſiæ & quam ſalutaria.**

ſequebatur, eaq́ue alijs commendare non d-
nebat, dicebatq́ue: Nos ſanctę matris Eccleſiæ b-
nitatem minimè agnoſcere, quæ non interm-
tit viam ſalutis nos docere, mirabiliq́ue ratio-
ad ſempiternam gloriam dirigere. Venerūt q-
doque ad eum Cardinales duo, vt ſapientię ei-
quæ miro præconio celebrabatur, experime-
aliquod caperent. A familiari autem colloqu-
in diſceſſu ſeſe precibus eius commendārū-
Quibus ille: Quin potiùs, inquit, vos me pre-
bus veſtris commendatum habetote, qui mai-
fide ac ſpe prędìti eſtis. Illis autem ſciſcitantib-
quinam id fieri poſſet, AEgidius reſpondit: Vo-
diuitijs, honoribus, omnibuſq́ue mundi proſp-
ritatibus affluentes, haud dubiam vobis ſalute-
promittitis: cùm ego miſer in extrema mendic-
tate, & rebus duris atque aſperis, damnatione-
inſuper vehementer formidem.

Sub

Sub vitæ finem, cùm iam annis quinquaginta admodùm duobus in ſacro Ordine, cum egregia fortitudinis laude, contra omnes dæmonum inſidias atque fraudes inuictus perſiſteret, tantas repentè Satanæ moleſtias & infeſtationes perpeſſus eſt, vt in magnas redactus anguſtias, fratrum ſuorum opem vehemẽter imploraret. Nec deſtitit infeſtus hoſtis, inuidiæ ſuæ iacula ad extremum vſque ſpiritum in eum torquere, modiſque omnibus conari, quò in deſperationis barathrum eum pertrahere poſſet. Sed vir ſanctus in Chriſti meritis conquieſcens, mente placidiſſima, cuncta inimici iaculo firmiſſimo fidei clypeo excepit, ſpiritumque lætus in manus Creatoris efflauit, eodem die quo in ſacro Ordine ſacræ militiæ arma ſuſceperat, ipſis nimirùm S. Georgij martyris natalitijs.

Dæmon eſt ſub finem vitæ valdè infeſtus.

Obit ſanctiſſime.

Fuit ſanè hic vir, quanquam literarum prorſùs rudis, inſigni virtute atque prudentia: adeò vt populus eum loquentem, & de rebus diuinis differentem attentiſſimè audiret, eiuſque ab ore cum ingenti admiratione penderet.

Prudentia eius inſignis.

Sciſcitanti aliquandò cuidã qua ratione puras & charitatis igne inflãmatus, Deo poſſet offerre preces, cũ cor ſuũ nimio torpore oppreſſum ſentiret, reſpondit Ægidius: Si rex aliquis duos miniſtros, alterũ armis egregiè tectum, alterum inermem ad prælium mitteret, certè armatus imperterritus ad certamẽ ibit: inermis verò ſubſiſtet, neque ita intrepidè vt alter, pedem in hoſtem inferret. Verumenimuerò ſi is, ſolo regis amore, omni contempto periculo, in medios hoſtes graderetur, eoſq; omni contentione, quamuis multis ſaucius vulneribus, repelleret, nunquid meritò is alteri præferendus, maiorique

Fructus orationis ãplior eſt, cum mente conſtãti licet arida prolatę quam cum ſumma ſpiritûs dulcedine.

laude ac præmio dignus haberetur? Ità etiam
is, qui ad certamen orandi abſq; deuotionis gu-
ſtu fidenter accedit, & cum mentis ariditate, ſo-
lo Chriſti amore, aduerſus animarum noſtra-
hoſtes luctatur, non modò ſuo fructu ac præmi-
non fruſtrabitur, ſed maiore etiam gloria, in c
leſti regno coronabitur, quàm is, qui in hac v
plenus ſpiritûs delicijs nullo aut paruo cum c
tamine impugnantem hoſtem fugat, ac perpe
mentis tranquillitate fruitur.

*Monaſtica vita quanti facienda.*

Quodam illum cõſulente, nùm relicta m
di vanitate, in monaſterio ſe Deo conſecrare
beret: ſic reſpondit; Si quis extrema rerum
nium inopia laborans, reconditum in agro
ſaurum ſciret, putaſnè quæſiturum illum ab
quo, an eum theſaurum effodere deberet? Qu
to ergò magis omnibus nobis properandum
vt æternæ vitæ theſaurum reperiamus.

*Hæc vir ſanctus modeſtiæ cauſa dicit, non contra inuocationẽ SS.*

Rogauit aliquandò AEgidium frater quid
vt pro ipſo Dominum deprecaretur. Cui AEg
dius: Tu verò, inquit, oro pro te ipſo. Quid en
alium pro te mittis, & tu interim deſides, c
poſſis ipſe iter facere? Illo dicente ſe peccat
eſſe: AEgidium verò Dei amicum, atque ea c
poſſe, Dominum & ſibi & alijs propitium r
dere, AEgidius reſpondit: Frater mi, ſi omne
mnium platearum anguli, auro argentoque
dundarent, ac proclamatum eſſet, licere cuilib
pro voto illud auferre, aliumnè pro te nunci
ablegaturus eſſes, qui tuo id nomine tolleret
to equidem teipſum iturum, nec ſatis ſiſurum
teri. Ità nimirum cùm Deus omnes ad ſe inuit
theſauroſque nullo vnquam tempore deficie
tes, liberaliter promittat, neminemque ad ſe v
nientem ſpernat, quid eſt quod alium pro te m

ta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

taſ? quin potiùs ipſum adito, cauſamq́ue tuam ei exponito, ac multò facilius per te, quam per aliū quod deſideras obtinebis.

Alia ſunt huius ſancti viri dicta ſanè eximia, & raram quandam prudentiam ſpirantia, quæ nos breuitatis ſtudioſi, omittere cogimur.

*MARTYRIVM S. ALEXANDRI LVG-dunenſis martyris, ſocij Epipodij. ex eo quod inuenitur apud Surium, quod inuicto animo exegit anno ab orbe redempto 179. Soteris verò Romani Pontif. 5. Marci autem Aurelij Imper. 17.* C. Baron. Ann. tom. 2.

INterempto Epipodio, cuius ſuprà martyrij certamen deſcripſimus, perſecutor recenti adhuc cruore aſperſus, beati Alexandri ſanguinem ſitiebat. Quem receptum ex carcere, cōperendinato examine, die interpoſito, furori ſuo præcepit offerri, vt eius ſupplicio, non modò rabiem ſuam, verùm etiam ſæuientis populi inſaniam temperaret. Quem tamen etiam hac percunctatione tentauit: Adhuc in poteſtate tua eſt, vt euadas prædeceſſorum exempla, videaſq́; quæ teneas. Ita enim perſecuti Chriſticolas ſumus, vt pœniteat te ſolum arbitrum reſediſſe. Nā præter alias cæſorum cateruas, etiam ſtultitiæ tuæ collega ſuccubuit. Atq; ideò, ſi tibi conſulis, immortales deos thuris accenſione venerare. Beatus Alexander dixit: Gratias ago Domino, quòd dum glorioſos martyrum reuoluis triumphos; & illata tormenta commemoras; ad deuotionē me quoque confirmas exemplis. Putaſnè ergò extinctas animas, quas fudiſtis? Illæ quidem cælum poſſident: perſecutores verò viceuerſa in illo agone potiùs perierunt. Fallit enim te opi-

24. Aprilis.

Alexander ſiſtitur Præſidi.

B. Alexādeſ egregiè reſpondet Præſidi.

nio

nio tua; extingui non poteſt nomẽ Chriſtia quod ita Deo fundante firmatum eſt, vt ipſa am mortibus propagetur. Nunc igitur qui trem mihi chariſſimum in ſummo gaudio catum ſcio, ſecurior eandem viam ingredi go namque Chriſtianus ſum; tu verò exerce pus, quod pro imbecilitate terrena ſuſtibu di videtur addictũ; cæterùm animas noſtra ſtodiat & recipiat ille, qui condidit. Ad hæc ſes mixto pudore & furore deſæuiens, ſanc Alexandrum diuaricatum ternis cædentibu berari præcepit: qui nulla humili reſpon inter tormenta deiectus; Dei ſemper præſi flagitauit.

*Verberatur martyr acerbe.*

Cumque longiſſimo ſpatio, cadentium diua viciſſitudine non frageretur, præſes rogat, vtrùm etiam in hac confeſſione du Cuius percunctationi inconcuſſa auctori reſpondit: deos gentilium dæmonia eſſe no mina. Deum verò omnipotentem, inuiſibile ſempiternum, ſui propoſiti eſſe cuſtodem. index: Ad hanc, inquit, inſaniam Chriſtiani ruperunt, vt prolixitate pœnarum gloriam exiſtiment comparari, & perſecutores ſuos ciſſe ſe iudicent, quos oportet celeri fine co mi. Quia ergò eos in pertinacia ſua & audir fas eſt, & videri, idcircò Alexander fixus cruci nimam, ſicut meretur, effundat. Hac prolata tentia, carnifices beatum Alexandrum vinc conſtrinxerunt: ſed ijs tormẽtis, quæ magna c delitate exprompſerant, minimè afficere tuerunt. Nam cùm antè multis laniatus verbe bus fuiſſet, adeò vt crate coſtarum ſoluta, ani ſocreta panderentur, beatum ſpiritum, ſupre vocibus Chriſtum inuocans, antè efflauit, qu

*Fertur in eũ ſentẽtia crucis.*

*Abit è vita ſanctus martyr.*

no

noua torm̃eta accederent: atque hoc modo, quos tormenta diuiſerant, tandem ſepultura coniunxit, dum à Chriſtianis educta occultè extra vrbem corpora abſconſa conduntur.

Erat enim in colle ſuperpoſito ciuitati, concretus denſatis vepribus locus, ibiq; in modum ſpeluncæ, concluſa frutetis ac ſentibus vallis latebat, cuius in deceſſu, venerabilia corpora, magna Chriſtianorum deuotione condita ſunt. Qui locus, multis magniſque ſanctorum virtutibus clarus, & admodùm celebris effectus eſt. Nã cùm inſequenti tempore, Lugdunenſis populus morbo ſæuiente paſſim corrueret, adoleſcens quidam claris natalibus ortus, vi febrium valdè ſuccenſus, viſione admirabili commonitus eſt, vt remedium à muliere, apud quam martyris Epipodij calceam̃etum ſeruabatur, expeteret. Paruit ille, ac mulierem adiens, per quaſdam martyris exuuias ibidem relictas, febrium ardorem extinxit, ac integræ ſanitati ſine mora redditus eſt. Quæ virtus fidei atque ſanctorum, per vniuerſam deindè ciuitatem ſperſa, plurimis & animæ corporis ſanitatem attulit, ac fuſis fugatiſque dæmonibus, ſolida pietatis fideique fundamenta collocauit.

Miracula ad ſanctorũ martyrũ ſepulcrum.

Exſtat de præclaro hoc martyre, & eius ſocio Epipodio Sermo S. Eucherij Lugdun̄eſis, falſo aſſcriptus Euſebio Emiſſeno. Diuerſus planè inſuper eſt hic ſanctus, ab illo Alexandro medico & martyre, qui cum Attalo, poſt diuerſa pænarum genera, gladio cæſus occubuit; cuius & cineres, in Rhodani fluenta merſi fuerunt, vt conſtat ex Epiſtola Eccleſiæ Lugdunenſis, quam recitat Euſebius hiſt: lib: 5. c. 1.

C. Baron: In Not: Marty. Romani.

VITA

C.Baron: Annal: Tõ: 1. & in Not: Martyr: Romani.

*VITA & MARTYRIVM GLORIOſ*
*B. Marci Euangeliſtæ, primi Alexandrinæ E-*
*ſiæ Epiſcopi, quo occubuit anno Ieſu Chri-*
*Petri Apoſt. & Pont. 20. Neronis verò Im-*
*Ex ijs quæ extant apud Metaph. Habuit An-*
*virum tum Deo propter pietatem charum,*
*in omnibus rebus admirabilem, ſucceſſorem.*

25. Aprilis.

QVo tempore Apoſtoli per totum t-
rum orbem ſeminādi euangelij cauſ-
perſi erāt, Marcus Apoſtoli Petri in E-

S. Marcus S. Petri diſcipulus.

gelio filius & ſocius, egregius diuinorum m-
riorum nuncius, AEgypti regionem euange-
ce illuſtrandam ſuſcepit. Poſtquàm enim
principem Apoſtolorum cuius doctrinam a-
tis auribus ſedulus diſcipulus hauriebat, Ch-
genitus eſſet, geſtaque Saluatoris ex magiſ-
doctoris ſui ore excepiſſet, rogatusque a fr-
bus, eadem literis optima fide mandaſſet, ſu-
aſſumpto Euangelio à ſe cōſcripto, perrexit
gyptum, ac primus Alexandriæ, Chriſtum a-
cians, conſtituit eccleſiam tanta doctrina & v-
continentia, vt omnes ſectatores Chriſti, a-
xemplum ſui cogeret.

S. Marcus ſcripſit Euangelium. Conſtituit eccleſiam Alexandriæ.

Venit Cyrenem.

Et quidem, vt primùm in Cyrenem Pentapo-
vrbem venit, cæleſteque Chriſti regnum, mag-
virtute prædicauit, protinùs ingentia ibidem m-
racula, ad populi perfidiam expugnādam pat-
uit, plurimosque ſtupendis rerum factis, a te-
bris ad lucem adduxit: ac poſtremò ab omnib-
delictis per fontem ſalutarem expiatos, in Ch-
ſti Eccleſiam introduxit. Ibi verò quàquam
ctus minimè pœnitendos faceret, indieſque
inimico præclaram victoriam obtineret à di-
nō tamen ſpiritu Alexandriam abire iuſſus e-

Multos cōuertit.

Abit Alexādriam.

Ne-

Nec mora. Generoſus & fortis athleta, prompto alacrique animo ad ſtadium, deducentibus eum ad nauim fratribus properauit.

Cumque inſequenti luce, ſecundo admodum vento Alexandriam appuliſſet, factaque deſcēſione, vrbis portā, ad locum qui Mendion vocatur, ingreſſus eſſet, ſoluto ibidem pedis eius calceamento, ſubſiſtere nonnihil coactus fuit: viſoque veterum calceamentorum ſutore, ei ſuum reficiendū tradidit. Ille verò, diuino proculdubiò nutu, magis quam caſu, ſiniſtram ſubula perforauit, exclamauitque: Vnus eſt Deus. Quo audito beatus Marcus, re optimè intellecta in humum deſpuit, factoque ex ſputo illo luto, manū illius illiniens: In nomine, inquit, Ieſu Chriſti viuētis in ſecula, eſto ſanus; dictoque citiùs, manus ſanitatem conſecuta eſt. Quo beneficio, pariterque potentia, confeſtim permotus ſutor, Marcum Apoſtolum, ſummis infimiſque precibus ad ſuas ædes inuitare, ac obnixè rogare, vt communi ſecum menſa frui dignaretur. Apoſtolus, ea ſutoris beneuolentia, ac animi candore gauiſus Dominus, inquit, dabit tibi panem vitæ cæleſtis. Sanat manū ſutoris.

Intereà ſutor, tacitus ſecum multò magis orationis efficaciam, habitumque virtutis in beato Marco admirari, atque ſuſcipere cœpit. Cumque fuſis primùm in ipſo domūs ingreſſu ad Deum precibus accumberent, mutuiſque ſermonibus ſeſe recrearent, Anianus, hoc namque ſutori nomen erat, Pater, inquit, obſecro quiſnam es tu? Et vndè tanta tibi orationis efficacia, vt ſolo verbo repentè mihi ſanitatem impetrares? Cui diuinus Apoſtolus: Ego, inquit, ſeruus ſum Domini IESV CHRISTI filij Dei. Vellem, inquit ille, Deum videre.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tum ſanctus Marcus: Illum ipſum tibi oſtẽdo
Cœpitque illi magna cum auctoritate ac g
Chriſti generationem, & oracula per Prop
multo antè tempore prolata explicare:
cum animi eius delectatione, vt ingenti cum
miratione ac gaudio, nunquam ſe eiuſmo
diuiſſe teſtaretur: ſed Iliadem & Odyſſeam
plurimùm ab ijs diſcreparent, ſedulò vol
ijsque animum oblectaſſe. Marcus verò, lo
ri orationis ſerie Chriſti Euangelium conte
tanto amore animos omnium inflammau
ipſe non modò Anianus, eiusq; familia, ſed
na quoq; regionis illius multitudo ad Chri
accederet, auideque cæleſtem diſciplinam
co allatam arriperet.

*Sutor credit in Chriſtum cum multis alijs.*

Cùm verò ciuitatis illius optimates, de
Apoſtoli aduentu certiores facti eſſẽt, cerne
q; calcato deorũ cultu, ac neglectis ſacrifici
lum Chriſti nomẽ celebrari, hominesq; p
gatis antea moribus & infinitis ſceleribus p
tos, mutatis repẽtè animis, honeſtatis ac vir
ſtudiũ ſectari; conſiliũ ab inſita inuidia cœpe
quò ſanctum virum per inſidias opprimere
mulq; cum eo conſtitutã cæleſtis vitæ diſcip
extinguerẽt. Quo cognito, Marcus, ne ſuo c
cõmunem Chriſtianorũ rem in apertũ diſc
adduceret, fuga ſalutari, nõ tã ſibi quàm eccl
cõſulere ſtuduit. Igitur Anianũ Chriſtiana di
plina optimè iã tũc inſtructũ, & multis mag
virtutibus ornatum, epiſcopũ ordinauit. Ma
um verò, Sabinũ & Cerdonem presbyteros
ditisque diaconis ſeptem, & alijs vndecim,
eccleſiaſtica miniſteria ritè obirent, Alexa
am fidei & pietatis operibus florentem reli
rurſusque Pentapolim repetijt.

*Alexãdrini cogitant ei necem inferre.*

*S. Marcus ordinauit Alexãdriæ, Epiſcopũ, presbyteros & diaconos,*

Ibi annis admodùm duobus exactis, & epiſcopis clericisque per regionem illam conſtitutis, rursùs Alexandriam venit: vbi aucto mirabiliter credentium numero Chriſti Eccleſiam cunctis virtutibus mirificè efflorentem, & egregio templo in Bubulci loco, viſendo triumphantem inuenit: adeò vt protritis idolis, palàm iam Græcorum inſaniam ſubſannarent; ac Chriſti trophæa in conſpectu omnium erigerent. Marcus verò ea re plurimùm gauiſus, alios item atque alios ſcelerum ſuorum tabe adhuc infectos ac perfidia contaminatos virtutibus atque miraculis ad ſanitatem reuocare pergebat. AEgrotos enim ſanabat, leproſos mundabat ac cæcis incredibili multitudine viſum præſtabat. Hæc autem, vt Chriſti fidelibus, ſummam animi lætitiam ac voluptatem; ità perfidis idolorum cultoribus, inſignemque inuidiam côciliabant. Hinc rabie quadam atque furore agitati, diuinum Apoſtolum ad necem inquirere cœperunt. Itaque die illo, qui Chriſti reſurrectioni, ingenti fidelium lætitia, ſacer eſt; quo die nefarij cultores, Serapidis Dei ſui nefaria feſta celebrabant, Apoſtolus ſacris intentus myſterijs comprehenditur, iniectoque in eius collum fune, cum diſſonis clamoribus huc illucque trahitur: tanto furore & crudelitate, vt copioſo ſanguinis imbre humum tingeret ſtratosque lapides, coloraret. Cumque animos hoc furore ad veſperam vſque inebriaſſent, tetrum eum in carcerem compegerunt: donec quo mortis genere de medio tollendus eſſet, decernerent.

Operatur miracula.

S. Marcus Miſſam celebrãs, comprehẽditur.

Cõijcitur in carcerem.

Eccè autem, nocte concubia, ingens terræmotus excubantium animos ſubito terrore concuſſit, tantaque formidine compleuit, vt neque fu-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Angelus ei in carcere apparet.

giendi neque conſiſtendi mentem haberent. An-
gelus aũt domini immẽſo coruſcãs lumine c
ſis carceris ianuis, ꝓbeato athletæ aſtitit, anim
hiſce ferè verbis mirificè recreauit: Serue D
en cælestis vitæ liber, nomen tuum conſign
tenet, neque vlla vnquã obliuione hominum
lebitur. Cõſors namque regni cæleſtis eris, &
lictæ in terris reliquiæ non peribunt. Hac vi
ne mirificè exhilaratus Apoſtolus, ſublatis in
lum manibus, gratias quantas potuit maxim
Chriſto egit, illiuſq́ue numen laudibus & hy

Item Chriſtus.

nis celebrare nõ deſtitit. Cumq́ue incredibili
libutus gaudio, in diuinæ bonitatis conſidera
ne diutiùs exultaret, eccè Chriſtus Domin⁹, fi
ra illa, qua in terris cum Apoſtolis verſatus
illi apparuit, dixitq́ue: Pax tibi Marce. Marcu
rò intercluſa præ gaudio voce, Domine, inq
mi Ieſu Chriſte: ſimulq́ue diſparuit.

Mane autem facto, gentiliũ multitudo eod
adhuc furore ebria è carcere eum rapuit, ru
q́ue iniecto in collum fune eum protrahens c
mabat: Trahamus bubalum in bubulci ſtabu

Migrat è vita.

At Marcus ea contumelia ſupplicioq́; nihil m
tus, maiores Deo ſine fine gratias agebat, ex
mansq́ue: In manus tuas, Domine, commen
ſpiritum meum: impollutam inter carnific
manus, Deo animam tradidit. Gens autem ind
mita & effrænis, collectis vndiq́ue ſarmentis, r
ptim pyram ingentem excitauit, vt ſacrum co
pus flãmis illis abſumeret. Sed diuina prouide
tia repentè excitatus turbo, cum horrendis to
truis ac crebris fulgetris, omnem multitudin
in effuſam fugam compulit, immiſſiſq́ue de c
lo imbribus, ſublatas in altum flammas extinx
Tunc Chriſtiani, ſecretas à cineribus, viri ſanct
reli-

reliquias, magno cum honore ac gaudio collegerunt, collectaſque cum precibus ac hymnis in monumentum è lapidibus exciſum intulerunt.

Fuit autem B. Marcus primus omnium, qui in Ægypti Alexandria, Chriſti Eccleſiam ſuo ſanguine conſignauit: Vir canis aſperſus, oblongo naſo, ſubducto ſupercilio, pulcher oculis, recaluaſter, prolixa barba, velox inceſſu, habitudinis optimæ, ætatis mediæ affectione continens, ac gratia Dei repletus mirificè. Forma S. Marci.

*MARTYRIVM S. BASILEI EPISCOpi Amaſeæ quod conſummauit anno Domini 316. Nicomediæ, ſub Licinio Imperatore, in Oriente regnante: ex eo quod eſt per Iohannem, Presbyterum Nicomediæ, ſcriptum, Extat in Metaphr. Interfuit Concilijs Ancyrano & Neocæſarienſi, celebratis circa annos human. redemp. 314. Eundem & S. Athanaſius Orat. contra Arian. inter celeberrimos, inſigniore ſq; fama Catholicos, Sāctiſſimoſq; Antiſtites enumerat.* C. Baron. tō. 3. Annal.

CVm deuicto Maximino, impio Chriſtianorum hoſte, Licinius totum ſub ſe Orientem ſubiugaſſet, pacemque, tyrānorum armis ac perſecutionibus fugatam, diuina virtute quaſi poſtliminio reuocaſſet, accidit vt protinus, vel proſperis rerum ſucceſſibus elatus, vel dæmonis ſtimulis, qui Chriſtianam Rempub. pace & otio conſtituto florentem per ſuos ſatellites oppugnabat, concitat⁹, nouo furore ac ſcelere perturbaret. Nam cùm ad eam vſque diem animū ſuū ſceleris & perfidiæ plenum, ſimulata quadā fidei āc religiōis ſpecie occultaſſet, tū impietatem adeò impudenti ac nefario auſu ex- 26. Aprilis. Licinij ſimulata religio.

promere

promere cœpit, vt impio deorum ſacrifici[o] ſuoſque omnes polluere non contentus, [e]t nefanda libidine, per ſummum ſcelus, ſumma que virginum ac matronarum iniuriam co[n]minaret. Rapiebat ſceleſtus, violenta manu, [ho]natorias mulieres, virgineſque. Dei homin[um] fidem obteſtantes, eiſque in omnium cóſp[ectu] ad ſuam libidinem abutebatur. Ad hæc, in[nu]- calamitatibus alijs, miſeram gentem oppri[mere] non deſiſtebat.

*Effrænis libido.*

Quæ cùm pia Licinij coniunx, magni Co[nstan]tini germana ſoror videret audiretque, mi[ſeræ] gentis calamitates miſerata, clanculum [Im]peratorem per literas monuit, vt Licinium omnia libidinum genera vagantem compr[ime]ret, multoſque mortales ab eius furore [libe]ret. Erat ea tempeſtate virgo quædam, Regin[æ de]putata obſequijs, moribus ac vitæ integritate eo eximia, vt nihil in ea deſiderari poſſet. [Hanc] Licinius propter formæ elegantiam cùm de[ſide]raret, ad nefarium coitum, per Benignum cu[bi]culi ſui præfectum inuitabat. Illa verò virgini[ta]tis amantiſſima, tota mente ſcelus deteſtaba[tur] ac viam omnem modumque exquirebat, qu[o Li]cinij congreſſum ſubterfugeret. Tandem e[t Re]ginæ ipſius conſilio, ſumpta virili veſte, in Ar[me]niæ regionem aufugit, inque vrbem Amaſ[iam] peruenit: vbi à Quintio, vrbis illius viro cu[m pri]mis illuſtri, hoſpitio excepta fuit. Erat eo[dem] tempore apud eundem Quintium Baſileus lo[ci] illius antiſtes ſanè eximius, & virtutibus ad[mi]randus. Is cū templum inſigni opere conſtrue[ret], magnaque pecuniæ inopia laboraret, Glaphy[ra] (hoc namq; virgini nomen erat) ingentem a[uri] & argenti vim, qua donata à Regina abier[at,] in

*Licinij coniunx, accuſat maritum apud Imp. Conſtantinum.*

*Glaphyra virgo, fugit impium Licinium.*

*Venit ad Baſileum, & ſuas ei offert facultates.*

in ædificationem obtulit, omneſque ferè facultates, ad Baſilei voluntatem liberaliter expendit.

Temporis deindè interuallo, Licinius intellecta Glaphyræ fuga, facibus furoris inflammatus, miſit ad prouinciæ Præſidem, edictum, quo virginem vnà cum Baſileo Antiſtite ferreis constrictam vinculis ad ſe mitti mandabat. Sed diuina factum eſt prouidentia, vt antè vitam hanc miſeram & caducam cum meliore permutaret, quàm tyranni vultum ſubiret. Itaque Præſes ab omni humanitate & miſericordia alienus accepto edicto ſanctum Epiſcopum comprehenſum, vinculiſq; adſtrictum, ad Regem miſit. Fuit vir ſanctus, multis in via onuſtus contumelijs, ad regiã vrbem Nicomediam deductus tetrumque in carcerem cõiectus. Aſſumpſerat ſibi diaconos duos itineris & laborum ſuorum comites, Partheniũ & Theotimum, inſigni pietate ac eruditione viros, quos ad futurum certamen, verbis planè diuinis virili fortique animo ſubeundum hortatus eſt.

Glaphyra feliciter obit.

Baſileus vinctus mittitur ad Licinium.

Iacebat vir ſanctus humi proſtratus, totaque in cælum mente intentus, cùm ſubitò irrumpentes in carcerem carnifices, dimiſſis iam antè diaconis, epiſcopum corripiunt, vinctumque ad regem deducunt. Ibi poſt crimina falsò obiecta ea quę diluta, dijs à rege ſacrificare iuſſus eſt. Si faceret magno decoratus honore abiret; ſin minùs diris excarnificatus ſupplicijs, vitam cum morte mutaret. Baſileus verò, qui mente ac cogitatione in cæleſtibus habitabat, calcatis huius mundi iã antè honoribus ac diuitijs, reſpondit: Se nunquã eò dementiæ proruputurum, vt viles ac perituros honores, ſempiternæ cæleſtis regni gloriæ, pro-

Vinctus ad regis tribunal trahitur.

Baſilei reſponſum ad regem.

ponere velit. His auditis rex. mandauit Tribu-
vt capite truncatum, in maris fluctus demer-
ret. Fuit continuò crudele regis mandatum ſa-
cro Antiſtiti expoſitum: qui incredibili cũ gau-
dio illud excipiens, dixit: nihil ſibi potius in vo-
tis eſſe quàm capite non modò truncari, ſed in-
nitos pro Chriſti nomine cruciatus ſuſtinere.

*Flagellis cæſus capite plectitur.*

Hanc animi conſtantiam Tribunus cùm in-
lexiſſet, iuſſit mediocriter flagellis cæſum, ca-
te plecti, ac truncum corpus maris fluctibus
mergi. At epiſcopus ea ſententia exultans, ce-
men intrepido animo præſtolatus eſt. Itaque
xis in terram genibus, preces inſigni ſancti-
pietate ad Deum, cum pro ſe, tum pro commi-
ſibi grege fudit, extentamque animo mam
ceruicem, feriendam carnifici præbuit: vna
percuſſus plaga, præclaram martyrij palma
adeptus eſt. Corpus fuit in mare piſcibus de-
randum, vnà cum capite obiectum: ſed ô imme-
ſam Dei bonitatem, qua ipſa etiam cadauera e-
rum, qui pro nominis eius gloria decertant pr-
ſequitur. Eccè enim Parthenius & Theoti-

*Corpus eius capiti diuinitus iunctũ ex aquis extrahitur.*

nocturna viſione à Deo admoniti, vt precioſa-
las reliquias ad dextrum vrbis ſinum piſcare-
tur, miſſo in mare reti, corpus ità capiti coniu-
ctum extraxerunt, vt ſola ſectionis vibex, in ſa-
cro illo collo inueniretur: nec tantùm ab om-
corruptione liberum, ſed tanta inſuper odo-
ſuauitate refertum, vt incredibilem omnium na-
ribus voluptatem, iucundiſſimumq́; oculis ſpe-
ctaculum præberet.

*Claret miraculis poſt cõſummationem.*

Funus multis fuit lachrymis præ gaudio fu-
curatum & Amaſeam, in templum nuper ab ip-
antiſtite conſtructum, illatum: vbi inter alia ſa-
ctorum martyrum corpora, admirandis ope-
bu

bus clarum, maximum loci illius incolis ſolatiũ in rebus aſperis præſtat.

*VITA BEATISSIMI RICHARII PRESbyteri & Confeſſoris, ex ea quã Albinus Flaccus, ad Carolum Mag. Imperatorem ſcripſit. Claruit circa annum Domini ſexcenteſimum quadrageſimum.* C. Baron: Annal: Tõ: 8.

TEmporibus Dagoberti, Francorum regis glorioſiſſimi Richarius quidam in villa Centula, prouinciæ Pontinæ, non tam natalium ſplendore, quàm morum honeſtate ac omni probitate illuſtris, velut quidam lucifer inter vmbras oriens emicuit. Contigit autem illo tempore duos ſacerdotes, quorum prior Caidocus vocabatur, virtutum omnium meritis ac præcipua ſanctitate florentes de Hyberniæ partibus ad Pontinas peruenire regiones, vt optimam diuini verbi ſemẽtem, in terram ſterilem, prorſusque incultam iacerent. Sed cùm à loci illius ruſticis, propter morum inſolentiam, non modò non admitterentur, ſed quamplurimis etiam affecti iniurijs, à finibus illis expellerentur, Richarius impijs eorum conatibus obſiſtens, Chriſti ſeruos de manibus impiorum ereptos, domum ſuam deduxit: ac ſingulari quadã benignitate fouit. Intereà cum quotidiè de rebus diuinis mirabili eloquentiæ ſuauitate diſſererent, Richariũ adeò diuini amoris igne inflammarunt, vt ad lacrymas conuerſus, confeſſionem ſuorum faceret peccatorum, ſummaq; contentione ad ſummam vitæ innocentiam, ac mẽtis puritatem aſpiraret. Itaq; mox tam dira caſtigatione corpus conſtrinxit, vt poſt longa & diuturna ieiunia, pane hordeaceo cinere mixto, & aqua lachrymis

26. Aprilis.

Richarij patria.

Eius conuerſio.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Abſtinentia eius admiranda.

temperata, feſſum ieiunijs corpuſculum refo[illegible] laret: deuotuſque Chriſti athleta, contra ini[illegible] ci inſultus, vigilijs & orationibus tanta inſta[illegible] militabat, vt plurimos ſuo exemplo, à prau[illegible] vitæ, ad omne honeſtatis ſtudium inuitaret [illegible] sùs, vt dignis ſucceſſibus ad ſacerdotalem ho[illegible] rem proueheretur, quo liberius maioreque c[illegible] auctoritate ac gratia, diuinis ſuis ſermoni[illegible] quibus pollebat plurimum, profligatos hom[illegible] mores reformaret, & extinctam vbique piet[illegible] lucem, nouo ſplendore excitaret.

Fit Presbyter.

Quod ſanè quanta cum dexteritate ac fr[illegible] præſtiterit, nulla vis orationis explicare p[illegible] Nam populus, qui effrenata priùs mente [illegible] lerum omnium licentiā ruebat, & obſtinat[illegible] te verba vitæ repellebat, adeò eius prædicat[illegible] repentè immutatus eſt, vt præclara quædam [illegible] incrementa ſuſceperit, atque egregijs pieta[illegible] peribus, conceptam fidei vim declarauerit. [illegible] charius autem, vt omnibus virtutum orna[illegible] tis populum exornaret, admirabili ſanctitatis [illegible] xemplo laborabat. Quicquid in ſtipendia præ[illegible] cationis, populus ſpontè obtuliſſet, mox pau[illegible] ribus, quorum patrocinium inſigni alacrit[illegible] gerebat, diſtribuebat, indignum planè repu[illegible] eū de craſtino præſentis vitæ cogitare, qui æter[illegible] vitæ diuitias anhelat accipere. Hinc vndiq; ad[illegible] infirmi confluebant: quos læto hilariq; ſuſcip[illegible] animo, ſuauiſſimis primū conſolationibus fo[illegible] bat, deindè neceſſatibus eorū larga manu ſucc[illegible] rebat, ſauciaq; eorū corpora tanto charitatis [illegible] dio tractabat: vt nec leproſorū quidē deform[illegible] fœtidaq; mēbra horreret. Egenos vagoſq; ad d[illegible] mū ſuā euocabat, & opē benignitatis ſuæ vi[illegible] offerebat, eoſq; pecunijs ac veſtimētis inſtruc[illegible]

Fructus concionū eius.

Benignitas eius in pauperes.

ita à ſe dimittebat, vt etiam magno ſe ab eis beneficio affectum exiſtimaret. Vndè tantus ei honor accreuit, vt popul⁹ inter ſe beneficijs ac muneribus in eum cóferendis certaret, & tanquam cælicolam quendam in terris coleret.

Et quidem vir ſanctus, oblata quælibet, eo animo acceptabat, vt eadem in pauperum ſolatia distribueret. Nec carnali duntaxat refectione veniẽtes ad ſe fouebat; ſed etiã ſpiritali ſanctæ prędicationis ſolatio eos reficere non ceſſabat. Et ſicut miſerorum idoneus erat conſolator, ita ſuperborũ durus non timebat eſſe caſtigator. Cumque alios occultis diabolica fraude peccatorum vinculis obligatos, per ſedula prædicationis hortaméta ſolueret; tũ alios ſeculari captiuitate oppreſſos, pecuniæ largitione redimebat, carnaliq; ſeruitute liberatos, ad ſuauiſſimã iucundiſſimãque Chriſti ſeruitutem conuertebat. Neq; ſolùm in his regionibus nocturnas ſuo exortu diſcuſſit vmbras, ſed in vltramarinis etiam Britanniæ partibus, cæcas ignorantiæ tenebras ſuo aduentu expulit, tantoque lumine illuſtrauit, vt cuncti eius ſe beneficijs diuites factos gauderent, eiuſq. benignitatem ac ſanitatem, miris laudibus ac præconijs celebrarent.

Captiuos redemit.

Exacto autem prædicationis in Britannia officio cum multiplici verbi Dei fructu in patriã reuerſus eſt; vbi tanto ſe ardentiùs ſeruituti Dei ſubegit, quanto ſibi viciniorem remunerationis diem eſſe cognouit. Cumque magnos ſibi, cùm à Rege Dagoberto, tum à cæteris nobilibus, ac plebe denique vniuerſa, honores deferri cerneret, voluit ſalutari ad eremum fuga, eos declinare, ne perpetuos atq; cæleſtes vel amitteret, vel certè manifeſtum in periculum adduceret. Itaque

Fugit ad eremum.

Triſtia-

Triſtiacenſem cum vno comite ingreſſus ſyl
tuguriolum ibidem conſtruxit, ſoliq́ue Deo
animæ puritati intentus, dignam cæleſti pa
vitam exegit. Neque tamen diu clauſa erem
guſtia, lucis columna latere potuit: quin po
ſui fulgoris radijs, longè lateq́; magis inno
Quapropter vndique ad hominem Dei diu
fatigati infirmitatibus confluxerunt, quos
tionis ſuæ medicamine ſanauit, omneſq́ue
quocunque morbo afflictos venientes, vel tri
tiæ cuiuſlibet rancore anguſtiatos, ſanos hila
que domum remiſit.

*Ægrotos & infirmos, ad ſe venientes, ſanat.*

Intereà dum pius Pater omnibus benigne
ſulit, præſcius diei, quo ex hac vita ad æter
vocandus erat, Sigobardum commilitonem
euocauit, eiq́; præcepit vt funeri neceſſaria p
pararet. Quo dicto, totus lachrymis perfuſu
ſcipulus, lignum quæſiuit, è quo aptos ſacro
tris corpori loculos formaret: quod inter apt
dum tot penè fletibus rigauit, quot ictibus p
cuſſit, & amaris antè lachrymis, quàm pate
membris impleuit. Interim dum ſancto Pa
magna cum triſtitia pius filius pararet obſequ
validiore oppreſſus infirmitate, inter oratio
verba, feruenteſq́; gratiarum actiones, ſpiri
efflauit. Fuit corpus manibus ipſius diſcipuli
ſepulcrum à ſe preparatum, repoſitum, ac inge
ti lachrymarum imbre curatum. Sed dictu mi
diſcipulus inter paternas exequias ſubito ſop
re oppreſſus, eccè vidit in aula incredibili ſple
dore decorata, luceq́ue Solis clariore, inamb
lantem Richarium, ſibiq́ue de præclara illa m
ſione pro vili abiectoque tugurio mirificè gr
tulantem, & Chriſti bonitatem hymnis ac can
cis extollentem. Vndè Sigoberdus ingenti cu
gaudi

*Moritur S. Richarius.*

*Viſio Sigoberdi diſcipuli eius.*

gaudio euigilans, lætior exequiarum opus proſecutus eſt, Deo diſponẽte, vt & filius à luctu gemituq́ue conſolaretur, & patris gloria ad notitiam omnium perueniret.

Non multò pòſt, Abbas Ocialdus, qui monaſterio in Centula ſanctiſſimis diſciplinis optimè conſtituto, cum pari pietatis laude præerat, ſanctiſſimi viri corpus ſummo cum honore ac gloria tranſtulit, ſuoq́ue in monaſterio honorificè collocauit, vbi multis admodum miraculis clarum, immenſa opem eius dignè implorantibus, & corporis & animæ beneficia largitur, præſtãte Domino noſtro Ieſu Chriſto à quo omnis ſanctitatis laus, & miraculorũ virt⁹ ad nos dimanat. *Corpus eius Centulam transfertur.* *Coruſcat miraculis poſt obitũ.*

## MARTYRIVM S. ANTHIMI EPISCOpi Nicomediæ,

*quod glorioſè conſummauit anno Redemptoris 302. Marcelli Rom. Pont. 6. Diocletiani verò & Maximiani Impp. 19. ex eo quod eſt apud Metaphraſten. Succeßit hic S. Cyrillo eiuſdem ciuitatis Epiſcopo.* *C. Baron. Ann. tom. 3.*

ANthimus in præclara nobiliq́ue ciuitate Nicomedia oriũdus, eam ab infantia pietatis ac modeſtiæ præ ſe faciem tulit, vt nihil moribus illius ornatius, nihil vitæ integritate candidius videretur. Erat adoleſcens adhuc, adeò Chriſtianæ philoſophiæ deditus, tantaque grauitate morum præditus, vt ſolo vultu oculiſq́ue, è quibus admirabile pietatis ac prudentiæ ſpecimen elucebat, alios ad virtutis ſtudium excitaret, & quaſi quibuſdã amoris diuini facibus inflãmaret. Hinc cùm ea hominis virtus in oculis & ora omniũ verſaretur, ad ſacerdotij dignitatẽ, magnum id temporis honoris gradum euectus eſt: nec multò pòſt, ſublato è viuis Nicomediæ *27. Aprilis.* *Admiranda in adoleſcẽte morũ grauitas & pietas.* *Fit Sacerdos & epiſcopus*

antiſtite

antiſtite, communi omnium ſuffagio, in cathedram eius fruſtra reluctans collocatus.

Ille verò cùm ſacri iſti⁹ muneris functione nullis precibus nullaque arte ſubterfugere, ſed prudentiſſimi gubernatoris inſtar, vna manu clauum arripuit, ſummiſque viribus laborauit, vt commiſſam ſibi eccleſiæ nauem, tis impietatis fluctibus, ad optatum ſalutis portum dirigeret. Quod ſanè quanta prudentia constantia præſtiterit, teſtes ſunt Indes & Domna, qui relicto imperatore, & omnibus huius mundi honoribus ac diuitijs ſpretis, ſtudio & labore Anthimi aſſiduo ad fidem pietatemque adducti ſunt. Teſtes etiam ſunt Glycerius & Theophilus, qui pietate huius viri excitati, intrepidè mortis aculeum pro Chriſti nomine acerrimum ſuperarũt. Teſtes poſtremò viginti martyrum millia, qui voracibus flammis corpora obijcere non dubitârunt, quò hauſtam ab Anthimo fidei ac pietatis formam, in extremum vſque diem conſeruarent.

Indes & Domna, per Anthimum cõuertuntur.

Glycerius & Theophilus, martyres.

Viginti martyrũ millia.

Ea tempeſtate, Maximinus Imperator, Chriſtianorum ſanguine ebrius, grauiſſimã longeque perſecutionem excitauerat. Cumque ad vincula, alij ad ſupplicia & crucem traherentur, Anthimus virtutum ſplendore inprimis illuſtris, nequaquàm latere potuit. Degebat ſanctus in pago Semana, vbi dũ verba vitæ populo miniſtraret, miſſis à Maximiano viginti quibus, haud parùm diligenter, ad vincula & necem quæſitus eſt. Cumque errabundi in ipſum incidiſſent, auideque ex eo ſcire cuperent, vbinam locorum antiſtes Nicomediæ degeret, ille cernens diu deſideratã iã adeſſe martyrij palmã, eos benignè admodũ hoſpitio excepit appo-

Maximian⁹ Imperator.

ſitisque

ſitiſque dapibus, ad epulas eos hortatus, bono animo eſſe iuſſit, ſe Anthimum illis adducturũ. Igitur ſolutis liberiſq; animis illis epulantibus, Anthimus in medio ciborum apparatu exurgẽs: O optimi, inquit, ac ſtrenui milites, ego ſum is, qui hactenus tanto à vobis labore ac ſudore quę ſitus eſt. Eſtote animo bono, hilarique, vt expleti moderatis epulis, Maximiano me ſiſtatis. His auditis, equites, ſtupore propemodum oppreſſi cõticuêre, ac venerabiles illius canos reueriti, ne oculos quidem in eum figere præſumpſerunt. Cumque ex vna parte, animis reputarent inſignẽ viri beneuolentiam, oblatumque gratis cum magno cibi ac potus apparatu hoſpitium: ex altera verò intolerandam Maximiani tyrannidem cogitarent, ingenti pudore ſuffuſi, ſcelus, propter quod venerant, execrati ſunt, Anthimoque ſine fine gratias agentes, liberam abeundi facultatẽ conceſſerunt.

**Anthimus ſe vltrò hoſtibus prodit.**

At ille incredibili martyrij cupiditate incenſus, ſtatim luculenta oratione, de pietate ac recta in Deum fide ad eos diſſeruit, tanta auctoritate ac gratia, vt profligatis ex eorum mentibus errorum tenebris, omnes ad Chriſtum adduxerit: & ſalutari regenerationis lauacro expiatos, admirando quodam gaudio & exultatione perfuderit. Tùm verò ipſe ante omnes, futuri certaminis iter ingreſſus, manibus poſt terga reuinctis, ad tyranni tribunal peruenit: ſeſeque vltrò in conſpectum eius obtulit. Imperator autem, vt tantam animi eius magnitudinem frangeret, allatis protinùs cruciatuum inſtrumentis, ſic eum affatus eſt: Tùne es ille Anthimus, qui innumerabilibus deos noſtros afficis contumelijs, & rudem plebeculam tecum in eandem impieta-

tem

**Anthimus cõuertit milites, qui ad ſe capiendũ venerant ad Chriſtum.**

**Eos baptizat.**

**Vltrò ſe ſiſtit Imperatori.**

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem trahis? Ad hæc Anthimus, leniter ſubriden
Certè, inquit, Imperator, ne ad hæc quidem
reſponderem, niſi ſacer & diuinus Apoſtolu
liud mihi perſuaderet, docens nos debere
paratos, ad reddendam cuilibet petenti ra
nem. Nam anteà quidem mentis tuæ errore
hementer deplorabam, cùm intelligerem te
nibus quibuſdam ſimulacris diuinos hon
tribuere; nunc verò cùm ſperas me tuis vel
nis vel ſupplicijs in eande animi peſtem
lendum, quo animo hæc feram? Deliras p
Imperator, deliras inquam, ſi credis me cruc
bus à Chriſti confeſſione vel amore auelli p
Oportet vt hæc eorum ſubijcias oculis, qu
mo puſillo & anguſto, pluris, lubricas huiu
voluptates, quàm cæleſtes delicias, nulla v
ægritudine contaminandas, faciunt.

*Præclarè reſpondet Imperatori.*

Hæc cum ſacerdotio magnus, & decerta
maior Anthimus diſſeruiſſet, Imperator ſub
xit: Sunt hęc quidem inania verba, ſed exitu
probabit; iuſſitque duriſſimis ſancti mar
ceruicem lapidibus verberari. Ille autem,
quam certaminis ſui primitijs iam decor
magno exultabat gaudio, grauioraq́; ſuppl
deſiderans, exclamabat: Dij, qui cælum terr
non fecerunt, pereant. Hac contumelia gra
commotus Imperator, talos martyris, ferre
ſit fibulis igne candentibus transfigi; atque
lum acutis ſtratum teſtis proſterni, virgiſq;
deliſſimè cædi. Cumq́ue martyr inuicto æqu
nimo in tormentis perſiſteret, tyrannus
gnita et tibialia adhibuit, ſummaq́ue conte
ne laborauit: vt ſuppliciorum acerbitate g
roſum athletæ animum vinceret. Sed cùm
mentis acerbius torqueretur, demiſſam cæl
voce

*Ceruix martyris lapidibus tūditur.*

*Horrendum ſupplicium.*

*Vox cælitus miſſa, eum confortat.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vocem audire viſus eſt: quę & labẽtes vires reparabat, & ampliſſima cũ inſigni victoria præmia ſpondebat. Tum verò vultu animoque protinùs alacrior factus, non modò non concidit, ſed mira cordis trãquillitate, ipſum Imperatorem ſtupeſcentem affatus eſt: Breui conuincam te, inani religionis opinione tumidum deos colere, & Chriſti nomen blaſphemijs inſectari.

Hac libertate dicendi laceſſitus Maximianus, iubet martyrem rotæ alligatum, ſine intermiſſione verſari, carnesque ignitis lampadibus paulatim exuri. Sed carnifices (ô immenſam Chriſti potẽtiam & bonitatem) cùm admotis ſacro corpori lampadibus, martyrem ſe totũ flammeum facturos putarent, humi protinùs ſtrati conciderunt, ac fluentibus è manibus cruciatuum inſtrumentis, tanquàm ſopore quodam graui oppreſſi permanſerunt. Tum verò Maximianus, furore incredibili inflammatus, maledictis carnifices inſectari, & tertio quoque verbo, ſtolidos, ſocordes, ac effœminatos appellare. At illi ingenti timore ac horrore perfuſi, membris omnibus trepidare, ſeſeque nullo modo ſplendorem trium virorum, qui immenſo coruſcantes lumine Anthimo aſtabant, ferre poſſe clamabant. Martyr autem in precibus & hymnis exultans, diuinas laudes concinebat, tyrannumque ignem præ nimio furore ſpirantem, multò maioribus afficiebat ſupplicijs.

Alligatur rotæ.

Carnifices proſternuntur.

Itaque Maximianus conſtantia tanti martyris victus, ſolutum è rota, ferreis vinctum catenis, ad maleficorum iuſſit deduci carcerem. Sed accidit, vt ſolutis, in via, diuina virtute, catenis, nouo lictores miraculo percelleret, & admirabili ſpectaculo ſtupefaceret. Cumque humi ſtrati

Martyr in carcerem reducitur.

trepidarent, martyr manu ſua ſublatos, cœptum iuſſit iter pergere, ijſque comitantibus lætus carcerem ingreſſus eſt. Ibi verò non pauci, propter ſcelera vinculis aſtricti, eius aduentu pijſq; ſermonibus adeò recreati ſunt, vt ſe totos ei ſanandos traderent, nulloſque pœnitentiæ labores, peccatorum remiſſionem recuſarent: quos ſanctus Chriſto conciliauit, aquiſq; ſalutaribus à ſordibus peccatorum ritè purgatos, adoptionis cæleſtis regni filios effecit. Maximianus autem cùm maiora impietatis ſuæ damna ab eo pati...tur, rurſùs è carcere eductum pro tribunali, ingentia ei præmia, ac ſummi ſacerdotis decus ei honorem obtulit: ſi thura dijs adolere vellet. Sed Anthimus, irriſa Imperatoris dementia, inquit, ſummi illius & præclari Paſtoris & Pontificis Ieſu Chriſti Sacerdos ſum, cui meipſum ſacrificium offero. Dij autem veſtri, & eorum dignitates, planè omni ſunt ludibrio ac cōtumelia digniſſimi.

Maleficos in carcere ad pœnitentiā adducit & baptizat,

Maximian⁹ pro tribunali ei blanditur, & munera promittit

His ira percitus Imperator, iubet generoſum athletam, capitalem ſubire ſententiam, qui dubia minimè futurorum bonorum ſpe exultans conſtanter ceruicem lictoris gladio ſubiecit, deſideratam diu martyrij coronam gaudens accepit. Corpus eius fuit magno fidelium gaudio in eodem certaminis loco honorificè tumulatum.

Capite plectitur martyr.

## MARTYRIVM SS. VITALIS, & VALERIÆ

*riæ coniugis eius. ex actis SS. Geruaſij & Protaſij, qui paßi ſunt anno Domini 171. ſub Marco Aurelio & Lucio Vero Impp. quæ acta S. Ambroſius in ſua Epistola ſcripta reliquiſſe putatur. Fuit & alius eiuſdem nominis, Vitalis. Epiſcopus Eccleſiæ Rauennatis, qui claruit circa annos Domini 570.*

C. Barōn. to. 2. Ann. & in not. Mart. Rom.

Vitalis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

28. Aprilis.

VItalis & Valeria, optimi ſanctiſſimique, ſanctorũ filiorum ac martyrũ Geruaſij & Protaſij, parentes fuère: coniuges tantis exculti diſciplinis, tantiſq; ornati virtutibus, vt & illi, & filij, ſanè perquam eximia martyrij gloria, coronari meruerint. Vitalis enim, cùm multis magniſq; huius mundi ſuffultus honoribus, conſularis militaret, & cum iudice ſuo Paulino Rauennã veniret, çerneretque ibidem hominem Chriſtianum, natione Ligurem, arte medicum, quem Vrſicinum appellabat, poſt varia tormenta, egregia fortitudine ſuperata, ad capitis ſentẽtiam ſubeundam vehementer trepidare, pedemque, ab inſtituto certamine, inani perculſum timore, retrahere, voce magna exclamauit: Noli, noli, Vrſicine medice, qui alios curare conſueuiſti, teipſum æternæ mortis iaculo vulnerare. Noli quæſo, coronam à domino tibi præparatã perdere, qui per tot, tantaq; ſupplicia, ad Palmã perueniſti. Locus enim, Chriſtianorũ deputat⁹ certaminibus, Ad Palmã, vocabatur; nimirum, quòd magna, palmarũ arborum, frequẽtia celebris eſſet. Itaq; Vrſicinus, Vitalis vocibus à metu & timore ad conſtantiã reuocatus, ſtatim fixis in terrã genibus, capitalem ſententiã alacer excepit: &, palmã martyrij adeptus, ad cęlos cõmigrauit. Vitalis verò, peracto feliciter certamine, martyris corpus rapiẽs, intra Rauẽnatium vrbẽ ſepeliuit; expletiſque debito cũ honore ſepulturæ obſequijs, ad iudicem vltrà venire contempſit. Magna profectò inuictiſſimi militis Chriſti virtus, magnũ pectoris robur, qui de ſuo periculo omninò ſecurus, de alieno ſolicitus, vno verbi telo & inimicum perculit, & claudicantem inflicto vulnere ſocium ad agendum viriliter excitauit.

Vitalis cum Paulino iudice Rauennam veniẽs, quendam in certamine martyrij trepidantem confirmat.

Locus ad Palmam.

Vrſicinus martyr.

Paulinus igitur conſularis iudex, partim ſu
*Paulinus iudex, cõprehendit. S. Vitalem.*
contemptu irritatus, partim Chriſtianæ pieta
ſtudio offenſus, comprehenſum eum in ecul
leuari iuſſit, vt victus cruciatuum tormẽtis, i
lis ſacrificaret. Cui Vitalis in medijs ſupplic
Infinita planè tuæ menti dominatur ſtultitia
cũ alios à periculo deceptionis liberare ſtu
rim, tu me, in fraudem ac peſtem animæ cor
risque ſempiternam, pellẽdum putas. Tunc P
linus ira, dolore mixta repletus, martyrem
*Deducitur martyr ad Palmam, & lapidibus obruitur.*
Palmam deduci iuſſit, ibidemque pubetenu
terram defoſſus lapidibus obrui. Sacerdos au
quidam Apollinis, qui tale conſilium ſugge
rat, protinùs à dæmone correptus, eodem i
co, ſeptem continuos dies energumen' excla
bat: Incendis me ſancte Vitalis martyr Chri
*Vltio diuina, in interfectorẽ eius.*
crucias me. Die verò ſeptimo, à diabolo pra
pitatus, in flumine expirauit. Glorioſus aute
*Coruſcat miraculis poſt obitũ.*
Chriſti martyr, iuxta ciuitatem Rauennatium
pultus, res ibidem admirandas ſuis orationib
gerit; ac præclara beneficia, omnibus opem ei
implorantibus, præſtat.

Valeria autem eius conjunx, audita beatiſſi
*Valeriæ eius coniugis, egregia virtus.*
coniugis morte, non auidos peruaſores ſuis p
ſeſſionibus timuit, non potentioris cuiuſlibet
trocinium quæſiuit, non more viduarum, diſp
ſas vbicumque res ſuas, in tuto colligere ſtud
ſed caſtiſſimi coniugij fidem ſeruans, ad impe
dendum funeris obſequium, de Mediolanenſi
be vſque Rauennam, mirabili feruore perue
Non illam deterruit tam longi itineris diffic
tas, non retinere potuit metus amittendæ poſſ
ſionis, non eam conſularis immaniſſimus fur
à Rauennæ finibus exturbauit. Illuc quippe e
ctus eius ſpiritus medullitùs intendebat, q

beatiſſimu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beatiſſimum virum, calcata iam morte, præceſſiſſe cognouerat. Gaudebat ab hominibus vxor martyris appellari, ſed multò inenarrabiliùs æſtuabat eadem martyrij gloria coronari. Quapropter cùm à Chriſtianis eſſet prohibita, & ab ipſo martyre in viſione admonita, ne ſacras reliquias optimè collocatas turbaret, neve celeri quadam tranſlatione violaret, ad vrbem Mediolanenſem reuerti conſtituit. In via autem idololatras Syluano ſacrificantes incurrit, qui eam ad nefarias epulas inuitabant. Illa verò conſtanter, voceque libera, reiectis cum indignatione pollutis edulijs, Chriſtiana, inquit, ſum: neque vllo mihi modo licet, de Syluani dij veſtri ſacrificijs veſci. At illi hæc audientes, adeò diſtracta cæde eam mactarunt, vt vix ſeminecem, ſui homines, ad Mediolanenſem vrbem perducerent: ita vt intra triduum, martyrij conſors doloris effecta, ad Dominum migraret. Eius martyrium.

MARTYRIVM S. THEODORAE VIR*ginis, à S. Ambroſio ſcriptum, lib. 2. de Virginibus. Paſſa autem eſt Antiochiæ, nouiſſimo perſecutionis tempore, anno nempè Domini 311. ſub Maximino, in Oriente regnante. Et quidem cenſetur hæc, alia ab illa, de qua Græci agunt Non. Aprilis, & F.L. Surius to. 2. Eodem die ex Metaphraſte; cuius & nos, paucis, in fine huius, ex doctiſſimo Baronio meminimus.* C. Baron. to. 3. Ann.

NVper Antiochiæ, virgo quædam incredibili pulchritudine, quo magis virorum euitabat conſpectum, eo ampliùs incendebat. Pulchritudo enim audita, nec viſa, plùs 28. Aprilis.

ſideratur duobus ſtimulis cupiditatum, amo-
& cognitionis; dum & nihil occurrit, quod
nùs placeat, & plus putatur eſſe quod plac
quod nõ iudex oculus explorat, ſed animus a-
tor exoptat. Itaq; ſancta virgo, ne diutiùs ale-

Theodora virginitatẽ profitetur.

tur potiendæ ſpe cupiditatis, integritatem pu-
ris profeſſa, ſic reſtinxit improborum facies
non iam amaretur, ſed proderetur. Eccè perſe-
tio. Puella fugere neſcia, certè pauida, nè inc
ret in inſiatores pudoris, animum ad virtu
parauit, tam religioſa, vt mortem non time
tam pudica vt expectaret. Venit coronæ dies.
xima omniũ expectatio. Producitur puella,

Duplex certamen caſtitatis & religionis.

plex profeſſa certamẽ, & caſtitatis & religio
Sed vbi viderunt conſtantiam profeſſionis,
pudoris, paratam ad cruciatus, erubeſcentem
adſpectus, excogitare cœperunt, quemadmo
ſpecie caſtitatis religionem tollerent, vt cum
abſtuliſſent, quod erat amplius, etiam id erip
rent, quod reliquerant. Aut ſacrificare virgin
aut lupanari ꝓſtitui iubent. Quomodo deos
colunt, qui ſic vindicant? aut quemadmodũ
viuunt, qui ità iudicant? Hic puella, non quod
religione ambigeret, ſed de pudore trepida
ipſa ſecum. Quid agimus? Hodiè aut martyr
virgo, altera nobis inuidetur corona. Sed nec
ginis nomen agnoſcitur, vbi virginitatis au
negatur. Nam quemadmodum virgo, ſi mere-

Meretricem Venerem dicit.

cem colas? quemadmodum virgo, ſi adultero
ligas? quemadmodũ virgo, ſi amorẽ petas? To-
rabilius eſt enim mentem virginem, quàm car-
habere. Vtrumq; bonum ſi liceat, ſi nõ liceat,
tem non homini caſtæ, ſed Deo ſimus. Et Raha
meretrix fuit, ſed poſtquàm Deo credidit,

Ioſ. 2. & 6. Iudith. 10.

tem inuenit. Et Iudith ſe, vt adultero place-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ornauit: quæ tamen quia hoc religione, non amore, faciebat, nemo eam adulteram iudicauit. Benè ſucceſſit exemplum. Nam ſi illa quæ ſe commiſit religioni, & pudorem ſeruauit & patriam: fortaſſis & nos ſeruando religionem, ſeruabimus etiam caſtitatem. Quod ſi Iudith, pudicitiã religioni præferre voluiſſet, perdita patria, etiã pudicitiã perdidiſſet. Itaq; talib⁹ informata exẽplis, ſimul animo tenens verba Domini, quibus ait: Quicunq; perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam: fleuit, tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret: nec pudoris elegit iniuriam, ſed Chriſti recuſauit. Exiſtimate, vtrùm adulterare potuerit corpus, quę nec vocem adulterauit. Iamdudùm verecundatur oratio mea, & quaſi audire geſtorum ſeriem crimoſam, atque explanare formidat. Math. 10.

Claudite aurem virgines: ducitur puella DEI ad lupanar: ſed aperite aurem virgines DEI: CHRISTI virgo proſtitui poteſt, adulterari non poteſt. Vbicunque DEI virgo eſt, Dei templum eſt, nec lupanaria infamant caſtitatem, ſed caſtitas, etiam loci abolet infamiam. Ingens petulantium concurſus, ad fornicem. Diſcedite martyrum miracula ſanctæ virgines, dediſcite locorum vocabula. Clauditur intùs columba, ſtrepunt accipitres foris: certant ſinguli, quis prædam priùs inuadat. At illa manibus ad cælum leuatis, quaſi ad domum veniſſet orationis, non ad libidinis diuerſorium: Chriſte, inquit, qui domuiſti virgini feros leones, potes etiam domare hominum feras mẽtes. Chaldæis rorauit ignis, Iudęis ſe vnda ſuſpendit, miſericordia tua, nõ natura ſua: Suſanna ad ſuppliciũ genu fixit, & de adulterinis trium-

Adducitur ad lupanar S. virgo.

Teclá dicit.

Daniel. 3. Ioſ. 3. Daniel. 13.

phauit: aruit dextera, quæ templi tui dona viola-
bat. Nunc templum ipſum attractatur tuum: n[e]
patiaris inceſtũ ſacrilegij, qui nõ paſſus es fur[tum].
Benedicatur & nunc nomen tuũ, vt quæ ad ad[ul-]
terium veni, virgo diſcedam. Vix compleuera[t]
precem, & eccè vir militis ſpecie terribilis ir[ru-]
pit. Quemadmodum eũ virgo vt vidit, trem[uit,]
cui populus tremens ceſſit? Sed non illa im[me-]
Ibidem. mor lectionis: Et Daniel, inquit, ſupplicium [Su-]
ſannæ ſpectaturus aduenerat, & quam popu[lus]
damnauit, vnus abſoluit. Poteſt & in hoc lup[i ha-]
bitu, ouis latere. Habet & Chriſtus milites ſu[os,]
qui etiam legiones habet. Aut fortaſsè percuſ[ſor]
Vide egregij militis exẽplum. intrauit, nè vereare anima; talis ſolet marty[res]
facere. O virgo fides tua te ſaluum fecit. Cui [ta-]
les, nè quæſo paueas ſoror. Frater huc veni, ſ[er-]
uare animam, non perdere. Serua me, vt ipſe ſ[er-]
ueris. Quaſi adulter ingreſſus, ſi vis, martyr eg[re-]
diar, Veſtimenta mutemus: cõueniunt mihi t[ua,]
& mea tibi, ſed vtraque Chriſto. Tua veſtis m[e]
verè militem faciat, mea te virginem. Benè tu v[e-]
ſtieris, ego meliùs exuar, vt me perſecutor ag[no-]
ſcat. Sume habitum, qui abſcõdat fœminam: t[ra-]
de, qui conſecret martyrem. Induere chlamy[de,]
quæ occultet membra virginis, ſeruet pudore[m.]
Sume pileum, quod tegat crines, abſcondat o[ra.]
Geneſ. 19. Solent erubeſcere, qui lupanar intrauerint. S[ane]
cùm egreſſa fueris, nè reſpicias retro, memo[r v-]
xoris Loth, quæ naturam ſuam, quia impudi[cos]
licet caſtis oculis aſpexit, amiſit. Nec vereare, [ne]
quid pereat ſacrificio. Ego pro te hoſtiam D[eo]
reddo, tu pro me militem Chriſto. Habes bon[am]
militiam caſtitatis, quæ ſtipendijs militat ſemp[i-]
ternis: loricam iuſtitiæ, quæ ſpiritali muni[mi-]
ne corpus includat: ſcutum fidei, quo vulnera [re-]
pella[s]

pellas: galeam ſalutis. Ibi enim eſt præſidium noſtræ ſalutis, vbi Chriſtus: Quoniam mulieris caput vir, virginis Chriſtus. *Epheſ. 5.*

Et inter hæc verba chlamydem exuit: ſuſpectus tamen adhuc habitus, & perſecutoris, & adulteri. Virgo ceruicem, chlamydem cœpit miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cùm in lupanari de martyrio certarent? Addantur perſonæ, miles & virgo, hoc eſt, diſſimiles inter ſe natura, ſed Dei miſeratione conſimiles, vt compleatur oraculum: Tunc lupi & agni paſcentur ſimul. Eccè agna & lupus non ſolùm paſcuntur ſimul, ſed etiam immolantur. Quid plura? Mutato habitu, euolat puella de laqueo: & egreditur de lupanari virgo, ſed Chriſti. At illi, qui videbãt oculis, & non videbant corde, ceu raptores ad agnem, lupi fremere ad prædam. Vnus, qui erat immodeſtior, introiuit: ſed vbi hauſit oculis rei textum: Quid hoc, inquit, eſt? puella ingreſſa eſt, vir videtur. Eccè non fabuloſum illud, cerua pro virgine: ſed quod verum eſt, miles ex virgine. At etiam audieram, & non crediderã, quòd aquã Chriſtus in vina conuertit. Iam mutare cœpit ſexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, ſumus. Nunquid & ipſe mutatus ſum, qui aliud cerno quàm credo? Ad lupanar veni, cerno vadimonium: & tamen mutatus egrediar: pudicus exibo, qui adulter intraui. Indicio rei, quia debebatur tanto corona victori, damnatus eſt pro virgine, qui pro virgine comprehenſus eſt. Ità de lupanari non ſolùm virgo, ſed etiam martyres exierunt.

*Vide certamen pietatis.*

*Eſa. 65.*

*Ioan: 2.*

Fertur puella ad locum ſupplici cucurriſſe, certaſſe ambos de nece, cùm ille diceret: Ego ſum iuſſus occidi: te abſoluit ſententia, quandò

*Certãt inter ſe virgo & miles de nece.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

me tenuit. At illa clamare: Non ego te m[illegible] tis vadem elegi, ſed prædem pudoris op[illegible] Si pudor quæritur, manet nexus: ſi ſang[illegible] expoſcitur, fideiuſſorem non deſidero: habe[illegible] dè diſſoluam. In me lata eſt iſta ſententia, [illegible] pro me lata eſt. Certè ſi pecuniæ te fideiuſſ[illegible] dediſſem, & abſente me iudex tuum cenſum [illegible] neratori adiudicaſſet, eadem me ſententia [illegible] uenires, meo patrimonio ſoluerem tuos [illegible] Si recuſarem, quis me indignam morte cen[illegible] Quanto maior eſt capitis huius vſura? Moria[illegible] nocens, nè moriar nocens. Nihil hìc medium [illegible] hodiè aut rea ero tui ſanguinis, aut marty[illegible] Si citò redij, quis me audet excludere? Si mo[illegible] feci, quis audet abſoluere? Plus legibus de[illegible] rea non ſolùm fugæ meæ, ſed etiam cædis [illegible] næ. Sufficiunt membra morti, quæ non ſuff[illegible] bant iniuriæ. Eſt in virgine vulneri locus, qu[illegible] erat contumeliæ. Ego opprobrium declina[illegible] non martyrium tibi ceſſi. Veſtem, non profeſ[illegible] nem mutaui. Quòd ſi mihi præripis mortem, [illegible] redemiſti me, ſed circumueniſti. Caue qu[illegible] contendas, caue contradicere audeas. Noli [illegible] pere beneficium, quod dediſti. Dùm mihi h[illegible] ſententiam negas, illam reſtituis ſuperior[illegible] Sententia enim, ſententia poſteriore muta[illegible] Si poſterior me non tenet, tenet ſuperior. Po[illegible] mus vterque ſatisfacere ſententiæ, ſi me p[illegible] patiaris occidi. In te non habent aliam, quam [illegible] erceant, pœnam: in virgine obnoxius pudor [illegible] Itaq; glorioſior eris, ſi videaris de adultera m[illegible] ryrē feciſſe, quā de martyre adulterā reddid[illegible]

Quid expectatis? Duo contenderunt, & [illegible] bo vicerunt: nec diuiſa eſt corona, ſed ad[illegible] Ita ſancti martyres ſibi inuicem beneficia co[illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rentes, altera principium martyrio dedit, alter effectum. At etiam Philoſophorum gymnaſia, Damonem & Pythiam Pythagoreos in cælum ferunt: quorum vnus cùm eſſet morti adiudicatus, commendandorum ſuorum tempus popoſcit. Tyrannus autem aſtutiſſimus, quod reperiri non poſſe exiſtimaret, petiuit vt ſponſorem daret, qui ꝓ ſe feriretur, ſi ipſe faceret morã. Quid de duobus præclarius, neſcio. vtrumque præclarum? Alter mortis vadem inuenit, alter ſe obtulit. Itaque dum reus moram ſupplicio faceret, ſideiuſſor vultu ſereno mortẽ non recuſauit. Cùm duceretur, amicus reuertitur: ceruicem ſubſtituit, colla ſubiecit. Tunc admiratus tyrannus, chariorem Philoſophis amicitiam, quàm vitam fuiſſe petiuit, vt ipſe ab his, quos damnauerat, in amicitiam reciperetur. Tanta virtutis eſt gratia, vt & tyrannum inclinaret. Digna laude, ſed minora noſtris. Nam illic ambo viri: hic vna virgo, quæ primò etiam ſexum vinceret. Illi amici, iſti incogniti. Illi tyranno vnĩ ſe obtulerunt, iſti pluribus, hoc etiam crudelioribus, quòd ille pepercit, iſti occiderunt. Inter illos in vno obnoxia neceſſitas, in his amborum voluntas libera. Hoc quoque iſti prudentiores, quòd illis ſtudij ſui finis, amicitiæ gratia: iſtis, corona martyrij. Illi enim certauerunt hominibus, iſti Deo. Hæc S. Ambroſius, de agone virginis Antiochenæ, & militis, eius pudorem ſeruantis, & martyrium promerentis.

Damon & Pythias Pythagorici.

Vide Valerium Maximũ lib. 4. cap. 4.

Quod porrò frequens eſſet, hac potiſſimum perſecutione nouiſſima, Chriſtianas fœminas, in confeſſione perſtantes, tradi proſtibulo illudendas, at Chriſtum, eiſdem ſemper præſto fuiſſe, varijſque modis, à turpitudine vindicaſſe, cõ-

pluri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pluribus exemplis, apud C. Baron. videre eſt.
Tom. 3. Ann.
Haud mirum itaque videri debet, ſi his quæ ſcribit S. Ambroſius, perſimilia facta legantur & in locis, in alijs quoque virginibus. Vt in primis quod Alexandriæ contigiſſe traditur, de Didymo Chriſtiano homine, qui vt nobilem virginem Alexandrinam, Theodoram nomine, ad lupanar damnata eriperet, galeam, ocreas, & cætera militaria ſuperinduens indumenta, comparauit ſibi, ex more, maiori pecuniarum vi aditu, accedit ad virginem; quam, galea tecto vnà cum vultu capite, accinctam gladio, baltheoque decoram abire coëgit; & re comperta, qui loco virginis remanſerat obſes, damnatus capite, martyrium conſequutus eſt: illa omninò libera permanente; vt appareat hanc eſſe diuerſam ab illa, quæ Ambroſio deſcribitur.

Theodora virgo Alexandrina, ad lupanar, damnata à Didymo cõmutatis veſtibus liberatur.

Didymus capite plectitur.

C. Baron. in not. Martyr. Rom.

*VITA S. HVGONIS V. ABBATIS Cluniacenſis. ex ea quæ eſt per Hugonem monachum Cluniacenſem, eius æqualẽ. Obijt autem vir ſanctus anno Domini 1109. Vſus eſt eo familiariter Gregorius Septimus, Rom. Pontifex.*

29. Aprilis. S. Hugonis parentes.

HVgo, in Burgundia, ex illuſtri nobilium proſapia oriundus, patrem habuit Dalmatium, principem egregium, ac Semurenſi dominio inprimis illuſtrem: matrem verò Erenburgem, cùm generis nobilitate, tùm multò magis pietate, ac integritate vitæ præclarã. Ipſe autem Hugo, optimis à natura informatus moribus, cùm aulicorum intemperantiam, ac luxum horreret, totaque mente, pietatis eſſet ſtudio deditus, inuitis parentibus, ad monaſterium, tanquam tranquillum vitæ portum confugit, ſancti-

Confert ſe ad monaſterium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que Odilonis, Cluniacẽſis Abbatis magiſterio, alacriter ſe ſubiecit. Itaque ad monaſticæ vitę diſciplinam benignè admiſſus, tantis mox virtutibus florere cœpit, vt paulò pòſt ad Prioris officium aſſumptus fuerit, ac deindè, ſublato ex hac vita beato Odilone, Abbatis munere ac honore decoratus.

*Fit prior. Item Abbas*

Hanc verò muneris dignitatem, quàm eximia cũ pietatis ac ſanctitatis laude adminiſtrauerit; & quantis miraculorum virtutibus ornauerit, quis verbis conſequi poterit? Dæmones hominibus moribundis infeſti, ad eius conſpectum trepidabant, relictiſque ægris, quos in extremo ſpiritu acriùs impugnare ſolent, ad eius aduentum recedebant. Nouit hoc Stephanus Papa, qui apud Florentiam vi morbi oppreſſus decumbebat ac dæmonis infeſtatione in anguſtias redactus. huius viri ſancti aduentu ita recreatus fuit: vt planè fateretur, importunum dæmonem eius acceſſu in fugam conuerſum, ſeque à maximis animi angoribus, mirificè liberatum eſſe. Nec mirum ſanè quòd dæmones adeò eum reueriti ſint, qui tanta & corporis & mentis caſtitate vigebat vt mirabili quodã acumine, intimos animorum receſſus, abditaque ibidem peccata perſpiceret. Cùm tempore quodam, cum viris auctoritate præcipuis, in campum venatorium, conciliandæ pacis, veniſſet, inter alios adfuit quidam peſſimo fœdatus crimine, Quem vir ſanctus eminùs intuens, ad ſe vocauit, atq; : Quomodò tu, qui nefario infectus crimine, dæmonis te voluntati ſubdidiſti, huc venire præſumis? Illo autem admirante, pariterque indignante, quòd crimen ocultum eſſe exiſtimaret, Hugo confeſtim ſceleris fœditatem ei aperuit. Qui cùm illud inficias

*Stephanus Papa, in extremis à dæmonis impugnatione aduentu S. Hugonis defenditur.*

*Occulta vitia nouit S. Hugo.*

ficias ire non poſſet obſtupuit, alioſq; omnes
magnam Hugonis admirationem pertraxit; p
sùs vt deinceps alij, occulta peccati alicuius
tagione fœdati, eius ſubire vultum trepida
veriti nè abditas flagitiorũ labes proderet, a
q́ue officij ſui admoneret.

Propheticæ S. viri. Inſigni quoque prophetiæ dono, clarus a
dùm fuit, vtpotè qui repétinum Guilielmi
Angliæ interitum, multò antè cognouit, & A
ſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo, fœlice
ſuam ſedem reditum prædixit. Venit quand
beatus Pater, Turones, vt Abbatiam maioris
naſterij, quam violéta manu Comes Andeg
ſis Gaufridus oppreſſerat, in priſtinã liberta
vindicaret. Cumq́ue omni humilitate, prec
q́ue, contra vim ac potentiam pugnaret & C
tis etiam aduolutus pedib⁹, ſacrum domicil
tutari conaretur, nec quicquam proficeret
hominem ab omni humanitate alienum, imo
xo quouis duriorem ſentiret, prophetica v
exclamauit: Sciſſum eſt à te regnum hodie. I
autem abeunte, ac viri Dei vaticinium paru
dente, eccè paulò pòſt adeſt Fulco frater ei
iniectis ei vinculis, in carcerem eum conie
bi mortis oppreſſus doloribus, pœnas tanto
lere dignas pependit.

Per Vaſconiam iter facturus, vidit in via h
minem quẽdam in vili tugurio, fœdis elep
tiaci morbi vulneribus ſaucium, eaq́ue de c
quanquàm diuitijs ac generis dignitate incl
à ſuis tamen relictum, ac contemptui miſera
bitum. Huius miſerias vir ſanctus miſeratus a
ceſſit, fuſaq́ue pro eius ſalute ad Deum oratio
Leproſum ſanat. pellicea eum veſte induit, ac integræ pro
ſanitati, priſtinoq́ue decori reſtituit. O admira

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dam viri ſancti orationis efficaciam; qua illum non modò, ſed alios plurimos varijs morbis ac calamitatibus implicitos liberauit. Aldephõſus Hiſpaniæ rex, fratris ſui Sãctij ſcelere regno priuatus fuerat, catenisq́; vinctus, in carcerẽ miſſus. Hugo aũt, audita regis captiuitate, vehemẽter indoluit, ſtatimq́; precibꝰ ſuis opem ei ferre maturauit. Nec mora. Petri Apoſtoli confiſus meritis, vota precesq́ue die nocteque Domino nuncupauit: & eccè nocte quadam, Apoſtolus fratri cuidam in Cluniaco apparens, exauditas eſſe Hugonis preces reuelauit: ſimulq́ue Sãctio, in ſomnis graui comminatione præcepit, vt fratrem in amiſſas opes ac regnum reſtitueret. Sanctius autem ingenti terrore correptus, Aldephõſum vinculis protinùs exemptum reſtituit; Hugonemq́; non mediocriter reueritus eſt. Eadem ratione beatus Pater, Berardum, Canariacum, Cluniacẽſi iuri ſubiectum, iniuſtis exactionibus per fas perq́ue nefas opprimentem, nulliſq́ue monitis vel conſilijs acquieſcentem, edomuit. Cùm enim pius Pater, pro oppreſſis pias Domino preces offerret, oppreſſor ſubitò membrorum incolumitate deſtitutus, ad mentem redijt, poſitaq́ue contumacia pœnitentiam aſſumpſit: Hugoniq́; ſupplex factus, oppreſſos liberauit.

Aldephõſum regẽ liberat è carcere.

Precibus ſuis ad Deum fuſis, cõpeſcit Berardum.

Viſio eius.

Cùm aliquandò ad S. Iohannem de angeliaco veniſſet, vidit nocte in ſomnis, Cluniacenſe auditorium, ruente de cælo, impetu quodam, fulgure, diſcindi. Miratus ea viſione vir ſanctus, protinùs in ſpiritu intellexit, grauiſſimam eius loci iacturam, nî maturaret reditum, conſecuturam. Cœptis igitur negocijs intermiſſis, Cluniacum feſtinus redit, & conuocatis in Capitulum fratri-

fratribus, omnes diligenter circumſpicit. M
res. Spiritu reuelante, occultum inter alios
ilicò deprehendit, arguit, conuincit. Confe
pius iudex digna caſtigatione emendatum, m
ricorditer ſanat. His viſis, cæteri, actus mores
externos, ad omnem non modò honeſtatem
ponebant, ſed intimos etiam animi receſſus,
ligenti excutiebant examine, nè quid eſſet
ſpiritualis patris oculus animaduerteret.

Duranus Toloſanus antiſtes, cùm plùs
facetæ dicacitati aſſueuiſſet, neque vllis Hug
monitis à praua conſuetudine ſibi temper
vir ſanctus prædixit fore, vt poſt mortem tu
tibus labris, & ſpumoſo ore, appareret. Ep
pus autē, cùm nec ea comminatione, quicq
immodicis facetijs remitteret, morte opp
diſceſſit. Eccè verò defunctus, Signino ſace

*Epiſcopi facetijs dediti pœna.*

cuidam apparēs, vlceroſis tumida labijs ora
ferebat: totuſque lachrymis infuſis, eius au
quem in vita audire noluerat, humiliter p

*Eam S. Hugo vt aboleuerit.*

bat. Abbas autem pœnarum eius miſertus
ceſſum oris, ſeptem fratrum ſeptem dierum
tio ſanare feſtinauit. Interim, vno ex illis ma
tum tranſgrediente, iterum defunctus an
redijt, ac voce lachrymabili, dilatam oris ſa
tem, propter ſeptimi inobedientiam conq
tur. Abbas igitur reperto tranſgreſſore, aliu
ptenarium ſilentio dedicauit. Quo compl
tertiò Præſul apparuit, & gratias Abbati ag
os ſanatum oſtendit.

His alijſque ſignorum titulis, celebris eff
Hugo, apud omnes Pontifices magnus hab

*Multa cōdit monaſteria.*

tur: illum Imperatores, illum reges venera
tur. Italis, Gallis, Hiſpanis, Anglis innotuit,
ſimque apud omnes, monaſteria vtrique ſexu

ptiſſ

piſſima fundabat: antiqua verò ita reſtaurabat, vt virtutibus in primis florerent. Sed tot ac tanta ſunt Patris huius ſanctiſſimi miracula, vt cuncta verbis explicari nequeant; quarè magis attẽdendæ virtutes, quarum imitatione ad parem gloriam peruenire licet. Habitus eius, eximiam quandam religionis formam præ ſe ferebat: vitæ optimam viuendi diſciplinam præſcribebat. Ocium & torporem mortis inſtar oderat, & cùm ab omnibus vitijs, tum à mendacio ac ſimulatione abhorrebat penitùs. Pauperes opulenta manu paſcebat, infirmos & afflictos pluſquàm paterna cura ac ſtudio fouebat, conſolabaturque: pupillos verò & viduas, quãta vigilantia ac ſolicitudine tutat[9] ſit, quis pro dignitate explicare valeat? — Catalogus virtutũ eius.

Fertur, eo tempore, quo vir ſanctus cæleſtibus in cælo præmijs coronandus eſſet, Fulgentium Abbatem Affliginienſem virũ & doctrina & ſanctitate venerabilem, duos vidiſſe angelos mirabili ornatu decoros, lectulos ad cælum duos, cum hymnis & canticis deferentes, quos Anſelmo Cantuarienſi Antiſtiti, & Hugoni, pro vitæ meritis in cælis præparari dicebant. Nec vana ea viſio exiſtimanda eſt, quippè quam paucis pòſt diebus veritas confirmauit. Nam vterque bonorum operum ac virtutum omnium diues in Domino quieuit, pariterque ad cæleſtia regna vnus poſt alterum commigrauit. — Viſio Fulgẽtij Abbatis.

VITA S. ROBERTI, PRIMI ABBATIS

*Moliſmenſis, itemq; Ciſtertienſis. ex ea. quæ eſt per Odonem Abbatem Moliſmenſem. Obijt vir ſanctus, anno Domini 1098. Cui ſucceſſit Albericus, & Alberico ſubrogatus eſt Stephanus.* — C. Baron: in not. Martyr. Romani.

29 Aprilis.

BEatus Robertus, Campaniæ partibus
undus vtriuſque parentis genere cla
ri etiam vitæ ac morum ſplendore
prorsùs vt ingenitam nobilitatem, miris vir
bus amplificauerit. Cùm mater eius Ermga
ex marito Theodorico grauida eſſet, fertur
rioſa virgo in ſomnis ei apparuiſſe, & obla
nignè annulo, filium quem vtero geſtab
deſponſaſſe. Expletis igitur diebus, filium e
Robertum eum appellauit, tantoque maio
ra & ſtudio nutriuit, quanto firmiorem
cturna viſione ſpem conceperat. Traditus
puer literarum diſciplinis, eximios in ip
tempore progreſſus fecit.

*S. Roberti parentes.*

*Viſio matris eius.*

*Diſcit literas.*

Cùm annum ætatis quintumdecimum a
ſet: calcata mundi vanitate, ad monaſticæ v
tum, apud ſanctum Petrum de cella, tanqu
tum placidiſſimum confugit: & in eo tan
tutum omnium incrementa cœpit, vt alio
regimini, in Prioratûs officio ſuffectus fu
nec multò pòſt à monachis ſacti Michaelis T
nodorenſis, in Abbatem electus eſt. Eodem
pore, degebat in remotis nemorum latebris
mita quidam haud vulgari virtutum ſplen
illuſtris; cumque duo fratres militari glor
ſignes, per nemus illud iter haberent, inuid
neno miſerabiliter tabeſcentes, alter de alte
nece tacitus cogitare cœpit: ſed vbi ad loc
leri deſtinatum perueniſſent (is erat eremit
gurio vicinus) ſtatim de concepto facinore
ſeipſos turbari, ad ſerui Dei domiciliú dec
runt, ibique vi⁹ peſtiferum, quod in corum
dibus latuerat, per confeſſionem euomuer
ſpreta ſeculi pompa, ceruices ſuas ſuauiſſ
Chriſti iugo ſubdiderunt. Pauco autem temp
in co

*Fit monachus.*

*Item prior & Abbas.*

*Duo nobiles fiunt eremitę.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in eremo exacto, cùm propter diſciplinæ ignorantiam, in varios ſæpè errores impingerent; & multa interim de Roberti fama audirent, auidè ad eius diſciplinam aſpirarunt: & ſummis infimiſque precibus, ab eo in Chriſti recipi militiã poſtularunt. Nec abnuit vir ſanctus, imò incredibili cum gaudio, ſtrenuos milites, ad ſua caſtra admittere ardebat. Tùm verò Præpoſitus, ac cæteri fratres inuidiæ mucrone confoſſi, pijs eius conatibus obſiſtere, totiſque viribus anniti cœperunt, nè noui Chriſti tyrones admitterentur: quorum offenſus ſcelere Abbas, ad Cellenſe monaſterium, vndè euocatus fuerat, regreſſus eſt: & deſideratã diu Rachelem iterùm ſuauiſſime amplexatus. Sed illis amplexibus diu frui nõ licuit nã duo illi eremi cultores, cæleſtis vitæ amore inflãmati, duos ex fratribus ſuis (alij enim quinq; ſe eis in eremo ſociauerant) ad Summũ Pontificẽ direxerunt, qui eis Robertum Abbatem depoſcerent. Nec reiecit poſtulata pontifex, ſed Abbati de Cella mandauit, vt eorum petitioni in omnibus faceret ſatis.

S. Robertus deſerit monachos diſſolutos.

Eremitæ expetũt illum in Abbatem

Igitur Robertus, ad curam paſtoralis officij vel inuitus tractus, ſtrenuè viriliterque ſacram illam ſocietatem gubernandam ſuſcepit, tanta fide ac pietate, vt indies acceſſu nouitiorũ multiplicaretur. Hinc cùm iam conſiderata loci importunitate, commodiorem diuino ſeruitio locum exquirere cogeretur, nemus quoddam (cui Moliſmus nomen) petiuit; vbi proprio labore, amputatis de arborib⁹ ramis, tuguriola cõſtrux itac in ſumma rerum inopia, alacri tamen mente, cum fratribus ſuis Deo famulatus eſt.

Multi ſe eius in diſciplinam tradunt.

Moliſmus extruitur.

Sed cùm paulatim ex piorum hominum oblatione, maior rerum copia illis accreſceret, om-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Exterū copia quidam insolescunt.**

nis illa pietas, & infinitis laboribus ac ieiu
congeſta virtus, repentè concidit: prorſus vi
ribus profligatis, in omnem vitiorum licen
ruerent. Cumque Robertus totis viribus ſce
bus eorum obuiàm iret, fruſtraque ab infi
perditionis via reuocare contenderet, nè a
ſuę detrimentū faceret, ijs relictis, ad alios q
dam fratres, optimis ſanctiſſimisque diſcip

**Relictis Molismenſibus fit alibi Abbas.**

in loco quem Aurum vocant, florentes, abi
que ſe humilem diſciplinæ ſocium adiun
cùm vigilijs & orationibus inſtanter inſi
& cunctos ſanctitate vitæ excelleret, & ta
omnibus miro humilitatis ſtudio inſeruire
multò pòſt ab eis in Abbatem electus eſt.

Intereà Moliſmenſes pœnitentia duc
nam ſuam tam in moribus quàm poſſeſſion
anxiè deplorare cœperunt, omnemque mo

**Reuocatus Molismum.**

lapidem, quò virum ſanctum reuocarent.
renuit Robertus, ſed protinùs accurrens, be
collapſa pietatis fundamenta, reſtaurauit, ac
cum nimia licentia fœdatum, cunctis virtutib
mirificè florentem reſtituit. Erant autem
illis viri quatuor, Alberic⁹ nimirùm, & Step
nus, cum alijs duobus, qui poſt cœnobiticæ e
citationis rudimenta, ad ſingulare eremi
tamen ſuſpirabant. Egreſſi ergò de cœnobio
liſmenſi, venerunt ad locum quendam, cu
men Vinicus quem cùm aliquanto tempore
coluiſſent, coacti ſunt Ioceranni Lingonenſis
tiſtitis mandato, Moliſmum repetere. Comp

**Ciſtertium à quibus primo habitatum.**

ergò eum deſerere locum, ad ſyluam quan
ab incolis Ciſtertium nuncupatam, deflexer
vbi conſtructo in honorem beatæ Virginis o

**S. Robertus preeſt Ciſterienſibus.**

torio, tanta vitæ innocentia, ac morum integ
tate, die ac nocte Domino ſeruierūt, vt Robert
fama

ſama eorum excitus, aſſumptis ſecum viginti & duobus fratribus ad eos perrexerit, ſeque eorum propoſiti conſortem fecerit. Sed Moliſmenſes, ęgrè ferentes ſe tanto paſtore deſtitui, importunis à Summo Pontifice precibus reditum eius impetrarũt. Coactus igitur Moliſmum repetere, Alberico Ciſtertiẽſib⁹ in Abbatem pręfecto, ad priſtinũ locũ remeauit: quo poſt bienniũ defuncto, ad ſacra loci illius gubernacula, Stephanus acceſſit.

Redit Moliſmum.

Sub hoc Stephano, S. Bernardus monachum profeſſus eſt.

Robertus autem, cùm eſſet vtriusque plantationis inſtitutor, & cura in eum omnis incumberet, nùm exiſtimandum eſt, de cibo potuque, alijsque vitæ huic caducæ rebus neceſſarijs ſolicitũ fuiſſe? Nũ putandũ, cõgregandis cumulãdiſq; diuitijs eum vehementer fuiſſe intentum? Imò certè adeò fuit rerum humanarum ac præterlabentium contemptor eximius, vt nihil de craſtino ſolicitus, quidquid haberet, in pauperum ſubleuanda inopia liberaliter expromeret, ac totus ex Deo incredibili quadam fiducia pẽderet. Die quadam viri duo ſacris initiati, ſed rerum omnium indigi, præ foribus monaſterij, viri Dei benignitatem præſtolabantur: quorum inopiam ſubleuare cupiens, ſtatim cuidam ex fratribus, vt benignè eis faceret mãdauit. Illo aũt reſpõdente panes in monaſterio prorsùs haberi nullos: vir Dei, vndè igitur, inquit, reficiendi ſunt fratres? ait ille, ſe neſcire. Interim peractis Miſſarum ſolemnijs, fratres, œconomo, cymbali ſonitu, eos conuocante, ad menſam accedere cœperũt. Tùm Abbas ſciſcitari, vndè panes haberet, quos fratribus corpora refecturis appoſiturus eſſet. Et ille: Paucos, inquit, reſeruaui, in eam curam intẽtus, nè fratribus hora refectionis cibus deeſſet. His auditis, Robertus zelo inflammatus, panes

menſis appoſitos in ſportas coniecit, eiſque nul-
lo modo fratribus veſci permiſit, ne diffidentiæ
& inobedientiæ crimen paulatim ſerpere, &
tandem intimis animorum medullis penitus hæ-
reret. Volebat enim vt tota fide ac ſpe ex om-
nipotentis Dei benignitate penderent; atque ſe
totos illi conſecrarent, inſtar pueri, qui ma-
tris vberibus lactatur, quiq; tam in proſperis quàm
aduerſis tutiſſimũ ad matris ſinũ habet refugium.

*Inſignis eius in Deum fiducia.*

Cum autem vir beatus iam planè præſentis
vitæ pertæſus, ardenti deſiderio ad Chriſtum an-
helaret, obitûs ſui diem, paucis ante mortē die-
bus cognouit, quem fratribus indicauit, eodem-
que die ætatis ſuæ octogeſimo tertio, ſoluto mor-
talitatis ergaſtulo, lætus ad Chriſtum migrauit.
Corpus fuit, cum multis ſuorum lachrymis, in
eccleſia D. Virgini ſacra, & ab illo conſtructa
honorificè tumulatum. Deus autem omnipotens,
vt poſt carnis depoſitionem famulum ſuum Ro-
bertum viuere comprobaret, multorum etiam
miraculorum gloria decorauit. Et ipſe vir ſan-
ctus, vt oſtenderet, etiam poſt funera ſe ſuorum
filiorum curam gerere, fratres ad preces noctur-
nas interdum deſides excitabat: inertes corripiens,
deuotos verò ad meliora hortans.

*Prædicit obitum ſuum, & moritur feliciter.*

*Etiã defunctus, curam gerit Moliſmenſium.*

Intereà diuinæ diſpenſationis gratia, in omnem
terram diuulgante miracula, cœpit vndique ad
eccleſiam Moliſmẽſem gentium confluere mul-
titudo. in ijs mulier quædam, morbo caduco ve-
hementer miſera, aſſumptis ſecum duobus puerulis, ver-
ſus Moliſmum verſus ingreſſa, cùm in via, ſub dio in
nemore quodam, pernoctare cogeretur, & excitato
ex ſopitis cineribus ibidem fortè inuento
igne, frigoris iniuriam propulſaret: eccè ab alte-
ra parte, lupus arrepto ex infantulis minimo au-

fugit.

fugit. Inter ea mulier vi morbi oppreſſa concidit, ac multo tempore omni ſenſu deſtituta permanſit. Tandem cùm remittente ſe morbo, vires mentemq́ue recepiſſet, incredibili dolore ſaucia, miſerando valdè eiulatu, infantis ſui calamitatem deplorare cœpit. Neque tamen recuperãdi filij ſpem penitùs abiecit, ſed concepta de ſanctiſſima Virgine, & patre Roberto fiducia illos conſtanter inuocando, vim doloris ſui exprimebat. Eccè autem immanis bellua, ſuæ ferocitatis oblita, de ſylua procedens, & innoxio ore puerũ deferens, matri eum incolumem reſtituit.

Inſigni miraculo. lupus reddit infantem.

At verò, ſi vniuerſa, quæ per ſeruum ſuum dominus operatur miracula, ſcribere velimus, citiùs nos tempus, quàm rerum copia deficeret. Nam quotidie in eccleſia Moliſmenſi, beati Roberti auxilium implorantibus, adeſt redemptoris noſtri miſericordia. Eius interuentu cæci illuminantur, debiles greſſum recipiunt, ægri ſanantur, maligni ſpiritus eius præſentiam non ferentes, ab obſeſſis corporibus expelluntur.

Multa ſiunt miracula ad eius tumulũ.

*VITA S. PETRI MARTYRIS, ORDINIS Prædicatorum, ex ea quam Thomas Lentinus, Patriarcha Hieroſolymitanus, eius contemporaneus ſcriptam reliquit. Subijt martyrium, anno Domini 1252. Sequenti verò anno, relatus eſt in numerum Sanctorum, ab Innocentio Papa Quarto.*

C. Baron. in not. Mart. Rom.

BEatus Petrus Martyr, Prædicatorum decus, Italiæ ſpeculum, & fidei pugil, ac propugnator egregius, in Gallia Ciſalpina, quam Longobardiam vocant, ciuitate * Veronẽſi ex

29. Aprilis.

*quidã habẽt Cumana.

ſi ex parentibus hæreſi deprauatis traxit orig
vt tanquam lux è tenebris, roſa de ſpinis, &
ſentibus ortus, tanto amplius reluceret in mu
do, redoleret in cœnobio, rutilaret in cælo, q
è parentibus errore occęcatis, mẽte ſauciat
que corpore corruptis, decus virgineum, atq
ſpinis & ſentibus æterno incẽdio addictis, m
tyr inclytus, eſſet profectus. Nam tametſi pa
tes habuit hæreticos, quorum vt inſtitutione
diretur, & filium vera ratio admonebat, & pa
neceſſitudo compellebat: at nihilominus, i
mundum ab illorum ſeruauit erroribus, vt n
blandis parentum dolis, neque multa verbo
frequentia, ad hæreticorum ſiue colloquia, ſi
conſortia, vel induci potuerit vel cõpelli. Qu
enim à natura videmus homini & cæteris a
mantibus attributum, vt homo ſerpentis, ag
lupi conſpectum horreat, & inditam hoſtil
tiam ſentiat; hoc puerum bonæ indolis m
cæleſtis edocuit, vt venatorum ſerpentum co
ſortia fugeret, & lupos rapaces pellibus oui
tectos, inimicos intelligeret, atque eorum co
mercia vitaret.

**S. Petrus martyr, natus parẽtibus hæreticis.**

Itaque pius puer, annos natus plùs minùs
ptem cùm die quodam à ſcholis rediens, in p
truum hæreticum magnum diaboli laqueum, i
cidiſſet, & lectionis ſuæ penſum reddere co
geretur: Chriſtianæ fidei ſymbolum ilicò re
tauit, dicens: Credo in Deum Patrem omnip
tentem, creatorem cæli & terræ, & reliqua. A
patruus, qui ſtrenuus Manichæorum perfidei p
tronus erat, cùm ab eius fidei profeſſione puer
tanquam rudem quendam tyrunculum, auert
re niteretur, ac depromptis, ex ſacris literis, ad
errorem confirmandum, argumentis, perſuad

**Error Manichæorum.**

re vel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reuellet, non DEVM, ſed diabolum potius eſſe viſibilium conditorem, puer nullo modo cedere voluit, conſtanter ac præcisè, DEVM vniuerſorum eſſe conditorem, aſſerens. Quod ille ſatanæ venator ac miniſter, cùm accuratè cum mente ſua perpenderet, omnibus modis patri pueri perſuadere conatus eſt, vt Petrum à ſcholis remoueret; veritus, præſagio minimè dubio, id quod res erat, nè puer adultus, ſua eruditione ac pietate, ingentem Manichæorum perfidiæ ſtragem inferret. Sed pater, diuino planè nutu, ab ea mente abhorrens, patrui monita reiecit: ſperans filium, poſtquàm prima rudimẽta deuoraſſet, per hæreſiarcham aliquem, ad ſuã ſectam nullo negotio pertrahendum.

Itaque Petrus, exactis domi pueritiæ annis, cũ hæreticos in ipſa penè infantia ſuperaſſet, Bononiam miſſus eſt, vt animum ad omnem diſciplinam, & maximarum artium cognitionem erudiret. Ibi verò, quanquàm ab hæreticorum infeſtatione remotus, alia tamen certamina ſubire coactus eſt, quæ pudicitiæ florem ei eripere nitebantur: adeò vt inter laſciua & lubrica ſodalium contubernia, ſe mentis & corporis integritatem ſeruare potuiſſe, poſteà miraretur, & ſtupens ac gaudens, diuinæ prorſus bonitati ac miraculo aſcriberet, quòd inuiolatus caſtitatis diſpendia euitaſſet. Aduertens igitur ſanctus puer periculi magnitudinem, velut alter Ioſeph, pallium reliquit in manu AEgyptiæ, ipſius pudori inſidiantis, & ad religionis portum, tanquam arcem tutiſſimam confugere deliberãs, mundo & parentibus cum errore perimente relictis, fratrũ Prædicatorum inſtitutum complexus eſt: vbi in ipſo adhuc nouitiatu, tantis ſe ieiunijs, vigilijs ac pre-

Petrus it Bononiam, ſtudiorũ ergo.

Gen. 39.

S. Petrus fit Dominicanus.

cibus macerauit, vt menſuram propriæ fr
tatis excedens, dum hoſtem vellet opprime
uem propemodum perdidiſſet.

Quàm ardẽs Amor ſapientiæ in eo fuerit.

Inerat ei ardens quoddam diſcendi deſid
tantuſque amor ſapientiæ, vt cum ille Eu
AEthiope etiam in miniſterio quotidiano
tus, ſacras per opportunitatem literas lectit
vel lectas incredibili quadam mentis atten
reuolueret. Erat ei cor docile, & tenax mem
cum lingua præclarè erudita, quæ mirabili
dam ſuauitate & virtute recondita alijs d
ſabat. Porrò ad eius conciones, tanta popul

Eſt inſignis cõcionator.

fluebat multitudo; vt ex vrbibus & caſtris,
vexillis & tubis ſonantibus erumperent,
qù ei procederent: recedentem verò tam
ſequebantur, vt vix ab eo ſe auelli pater
Hinc Mediolanenſes, inſigni erga virum
deuotionis argumento, geſtatoria ſella eu
cipiebant, ſuiſq; humeris, ne ab importun
titudine opprimeretur, ad locum concion
habendis aptum deferebant. Iam verò qua
beres ſuis ſermonibus protulerit fructus,

Fructus concionũ eius

verbis conſequi poterit? Multi nefarias ab
bant hæreſes; plures, longis diſcordijs & ſi
tatibus, finem imponebant, & illatas iniuri
nignè remittebant; plurimi verò expiatis
cõfeſſionem peccatis, ſe totos ad agendam
nitentiam comparabant.

Nec defuit, ad hæreticorum perfidiam a

Miraculis coruſcat.

ternecionem vſque delendam, miraculor
tus: Nam cùm die quodam, præ foribus B. E
gij, de rebus diuinis ad populum verba fac
fuit adductus adoleſcens quidam, annis de
linguæ officio priuatus. Huius vir ſanctus,
miſſo in os eius digito, conficiendo Chriſ

po

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pori conſecrato, protinùs linguæ vinculum ita ſoluit; vt interrogatus quid in ore habuiſſet, reſponderet: digitum tuum; ſimulque coram omnibus, laxatis linguæ fibris, in vberes gratiarum actiones prorumpens, recèns apertorum Chriſto reddidit labiorum vitulos. Et ſi autę hoc miraculo, meritò hæreticorum ora iniqua loquentium obſtrui debuiſſent: nihilominùs illi ſcelerum ſuorum, ac perfidiæ tenebris occæcati, alia atque alia in virum ſanctũ maledicta euomebãt.

Erat apud Mediolanum, epiſcopus quidam Manichæorum, ſancto viro oblatus excutiendus, multis epiſcopis & religioſis, atque bona ciuitatis parte, ad hoc ſpectaculum congregatis. Cumque ingens Solis æſtus cunctos affligeret, hæreſiarcha opportunum, vt putabat, ſubſannãdi tempus nactus, coram omnibus exclamauit; O peruerſe Petre, ſi tu ea vitæ innocentia ac ſanctitate præditus es, qua rudis ac miſer populus te fulgere affirmat, cur illum pateris tanto Solis ardore cruciari? cur precibus tuis, nubem à Domino nõ impetras, quæ ſe medium interponat, nè ſtultus hic populus nimio æſtu cõficiatur? Cui cùm athleta fidei, fidenter reſpondiſſet, ſe ità, vt dixerat ipſe, facturũ, ſi viciſſim ꝓmitterit, ſe abiurata hęreſi, fidem ſanam cõplexurum: multi Catholicorũ triſtitia affici cœperũt, extremã fidei ſuę ignominiã pertimeſcẽtes. Hæretici verò, inani lætitia exultãtes, epiſcopũ illũ ſuũ, infeſtis clamoribus hortabãtur, vt incunctãter promitteret, haud dubiã ſibi victoriã pollicẽtes; maximè ꝙ toto cęlo, ne exigua quidę̃ nubecula appareret. Sed cũ hac ratione, hæretici pertinacia, neq; frangi, neq; emoliri poſſet, Petrus de Chriſti potẽtia ac bonitate egregiè cõfiſus, Vt, inquit, appareat, Deum

Epiſcopum Manichæorum examinat.

om-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnium viſibilium creatorem, & opificem e
ego illum rogo, vt ad conſolationem in ſecu
tium, aliquam nobis nubeculam creare d
tur, quę inter Solem & populum interpoſi
tueri poſſet ab hoc ęſtu. Quod vbi ab illo e
pito quodam eminenti, præmiſſo Crucis
dictum fuit, mox Dominus nubem, tentor
ſtar, effecit, quæ multo temporis ſpatio, p
omnem ſua vmbra protexit, cauſamq́; læ
& hæreticis inſultandi auxit Catholicis.

Nubecula, ad eius preces, diuinitus creatur.

Alio item die, ab hæreticorum multitu
ad certamen prouocatus, cùm quidam inte
fidei pugilem multiloquio obruere con
ret, & pedibus eius fraudulentas verborum
diculas, apponeret, quò incautum in ruina
pelleret, vir Dei omiſſa contentione, totum
Dominum precandum contulit, vt hoſtes v
uiti, tanquam impij obmuteſcerent, vel pro
clementia, ſolem iuſtitiæ eorum mentibus o
iuberet. Nec mora: alterum è duobus imp
uit. Cùm enim fidei propugnator, aduerſus v
tatis inimicum fidenter inſiſteret, vrgeret
rurſùs ſuam ille quæſtionem proponeret
qui paulò antè linguam ſuam nimia garru
laxauerat, ita repentè elinguis effectus eſt, v
que ad quærendum, neque ad reſpondendum
vel tenuiter aperire potuerit. Itaque perfid
mites illius, alij aliò diſſipati ſunt, nec comp
cti, eorum duritia obſiſtente.

Hæreticus loquaciſſimus obmuteſcit.

Meritis etiam viri ſancti, mulier quædam
tuana deploratæ ſalutis, veniam peccatorum
ſperare potuit, & impetrare. In mortis enim
ſcrimine conſtituta cùm antè ſua flagitia or
feſſione expiare recuſaſſet, & tandem lingua
ficio deſtituta non poſſet: ſicque in ſempi
ani

animæ perniciem tendere videretur, rogatus vir ſanctus, eam ſuo acceſſu non modò à certo animæ interitu, ſed etiam à corporis infirmitate ita liberauit, vt alta claraque voce, cõgeſta per multos annos in intimos animæ ſinus, peccata enormia, cum lachrymis & ſingultu expromeret. Neque id mirum, quandò hæc & alia plura, dum adhuc viueret per eum, Dominus operari dignatus eſt. Complures enim dæmoniacos, diuerſiſque vexatos morbis, ſolo contactu, vel Crucis ſigno curauit, ſicut multorum fidedignorum teſtimonijs comprobatum eſt.

*Mulier deſperata, in vtroque homine curatur.*

Verùm cùm peſtis hæretica, plurimas intereà vrbes ſua contagione inficeret, Innocentius Pontifex eius nominis quartus, ſtrenuum fidei pugilem & indefeſſum Domini bellatorem, Mediolani, & in Comitatu eum hæreticæ prauitatis Inquiſitorem inſtituit. Ille verò demandatum ſibi munus diligenter obiens, Sampſonis vulpeculas accuratè perquirebat: eaſque vbique ità diſſipabat, vt congreſſum eius vehementer formidarét. Vt autem animas, diaboli aſtutiâ in hæreſim protractas, aliquando liberaret, ſæpiùs ſeſe hæreticis ad flammas vltrò ſubeundas, pro aſſerenda fidei Catholicæ veritate, paratum obtulit; ſi illi pariter ignis certamen experiri vellent. Deniq; pro ea fide, vitam ſuam non modò periculis, ſed morti etiam obijcere valdè appetebat: Et ſanè prophetico eum ſpiritu clarum fuiſſe dubium non eſt, cùm de felici ſuo martyrio, ac ſepulturæ loco certus, fratribus prædiceret, & hæreticorũ ſe manibus perimendum, & Mediolani ſepeliẽdum eſſe. Præuidens autem vir ſanctus, è propinquo paſſionis ſuæ diem adeſſe, tantò conſtantius hæreticorũ perfidiæ obuiam iuit, quãto propiùs

*Fit inquiſitor in ditione Mediolanenſi.*

*Offert ſe ad ignis certamen, pro veritate fidei confirmãda.*

*Mortem ſuã prædicat, & ſepulturæ locum.*

iuſtitiæ

iuſtitiæ coronam ſibi repoſitam cernebat.

**Hæretici de eius nece tractant.**

Videntes verò hæretici eius animi magn[illegible]
nem,& conſtantiam in opprimenda perfidia [illegible]
mirandam,ſeriò de nece illi inferenda,cum [illegible]
fautoribus tractare cœperũt. Nec latuêre vi[illegible]
ſanctum illorum machinationes, quas in[illegible]
& intrepido planè animo,vtpotè ardenti ma[illegible]
rij deſiderio iampridem inflammatus præ[illegible]
batur.Itaque Dominica illa,quæ Palmarum [illegible]
ſtiuitate Christo Domino conſecrata eſt, [illegible]
martyrij præſcius, Mediolani palàm è ſugg[illegible]
dixit,ſe minimè ignorare pecuniam ſuo in[illegible]
ctori numerandam alicubi depoſitam eſſe [illegible]
illos ſua morte,non modò contra ſyncera[illegible]
orthodoxam fidem non præualituros,ſed e[illegible]
ex ea,maiora perfidiæ ſuæ detrimenta ſenſ[illegible]
Aſſignato autem quibuſdam hæreticorum [illegible]
toribus termino peremptorio ad octauum [illegible]
ſchatis diem,vt mandatis Eccleſiæ omnino [illegible]
rerent, prædicens ſe ad illum terminum re[illegible]
ſurum,ad Cumanam ciuitatem,vbi Prioris [illegible]
fratres ſuos officio fungebatur,profectus eſt.

Porrò fortiſſimus Chriſti athleta,vt præſ[illegible]
terminum præueniret,Die Sabbati illius, q[illegible]
in Albis appellatur,de ſuo cœnobio, Medio[illegible]
ad fidei certamen contendit. Cumque iter m[illegible]
um carperet,quidam funeſtus hæreticus,& [illegible]
entus ſatelles, quadraginta librarum preci[illegible]
ductus,in beatum virum,iter ſalutaris prop[illegible]

**Crudeliter cæditur à ſicario,ad id conducto.**

perſequentem,furibundus,auſu ſacrilego [illegible]
ſacrumque illius caput cruento enſe feriens [illegible]
ra illi,ſemel atque iterum repetitis ictibus,[illegible]
nera imprimit.Deindè illo ſeminece relicto [illegible]

**Item F. Dominicus.**

fratrem Dominicum, ſancti viri comitem, [illegible]
cruentus carnifex cõuerſus,quatuor illi,vt m[illegible]
na[illegible]

na,letalia vulnera inflixit. Intereà B. Petrus, alia in parte ſe Domino commendans: In manus tuas Domine, inquit, commendo ſpiritum meum: ſimulque ſymbolum fidei, quod propter patrui blandimenta, puer abnegare noluit, in ipſis mortis angoribus, egregius fidei propugnator recitauit. Cùm autem adhuc palpitaret, & cum extremis mortis doloribus luctaretur, homo ille ſanguinarius, cultrum capulo tenus per eius latera adegit, eoque cófoſſo, beatum illius martyrium abſoluit. Atque ità expleta huius peregrinationis Septuageſima, fœlix viator cæleſtem peruenit ad patriam; ità ſtolam ſuam martyr, & virgo, dealbauit in Albis, ità denique ad æternum celebrandum Sabbatum, ex Sabbato temporario migrauit.

Vt primum fama necis illius Mediolanum peruenit, tantus inopinatæ perturbationis metus, ciuitatem vniuerſam concuſſit, vt populus, magiſtratu nequicquàm prohibente, effractis vrbis portis ſacro funeri obuiàm rueret, tanta impreſſione, vt ipſo etiam Archiepiſcopo, cũ Clero ad id officium properanti, vix locus pateret. Attulit ſanè mors illa viri ſanctiſſimi Mediolanenſibus inſignem luctum, cum multis lahrymis coniunctum; quanquàm maiora, etiam poſt obitum quàm in vita, ciuibus iſtis, & eccleſiæ denique vniuerſæ, beneficia præſtiterit. Nam licet viua voce, & prædicationis virtute, peſtifera hæreticorum dogmata egregiè extirpaſſet: attamen crebris à morte miraculis, adeò ea profligauit, vt plurimi relictis erroribꝰ, ad ſáctæ matris Eccleſiæ gremium conuolarint: & multi etiam hæreſiarchæ inſignes, & magni nominis, S. Dominici inſtitutũ cõplexi, ijdéq; mirabili feruore, hęreticos

Multi hæretici conuertuntur, viſis defuncti miraculis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cos eorumque fautores perſecuti ſint. Ita
Iud. 16. Sampſon, plures occidit Philiſtæos morie
occiderat viuens.

Cæterùm poſt glorioſum viri ſancti tri
phum, Dominus qui ſuorum gloriam te
inuolui non patitur, cæleſtibus miraculis
tyrem ſuum egregiè illuſtrauit. Eodem d
martyrio occubuit, mulier quædam Iacob
mine, cùm fruſtrà in morbi curatione, quo
rabat, omnes ſuas facultates in medicos e
diſſet, ægrè tandem, per confertam turbam,
cleſiam S. Simpliciani, vbi corpus martyri
bat, introducta, ſuper caput ſuum, ex quo
Inſigne miraculum. morbo iam aliquot oſſa perdiderat, man
tyris ſignum Crucis expreſſit, & integræ
tis beneficium obtinuit.

Super locum paſſionis eius, non rarò lu
ria quædam è cælo deſcendentia, & ad cæl
deuntia, permulti religioſi alijque conſp
Lãpades diuinitus accenduntur. Lampades quoque ad ſepulcrum martyri
cleſia beati Euſtorgij pendentes, cælitus a
omni humano ſtudio & opera accéſæ ſunt. H
aliaque quæ prolixitatis vitandæ cauſa pr
miſſa ſunt, Pontifex vt intellexit, & poſteà
Refertur in numerum Sanctorum. ligentiùs explorata, perſpicuè didicit fam
rum magnitudine ac veritate vinci, anno
à martyrio exacto, ſanctorum martyrum ca
go vniuerſis mirificè exultantibus, eum
pſit. Poſtquàm autem ſolenni ritu ac c
britate, in Sanctorum album relatus eſt, Ca
licorum piæ deuotioni dignum planè
eſt, vt ſacrum eius corpus, quod vltra annum
viſcera terrę reconditum fuerat, ad locum
Corpus eius poſt annum miorem transferretur. Cuius rei cauſa, fr
Dominicani cùm Mediolani conueniſſent,
Ilud

lud ſanum & integrum, & ab omni denique putore alienum inuenerunt, ac ſi eodem die tumulatum fuiſſet. *Inuenitur incorruptũ.*

*VITA SANCTISSIMAE VIRGINIS Catharinæ Senenſis, ſanè admirabilis, ex ea quã copioſè R.P. Raimundus Capuanus, Ordinis Prædicatorum Magiſter generalis, ſcriptam reliquit. Scripſit etiam nonnulla de huius Virginis virtutibus R. P. Stephanus Senenſis, Prior Carthuſiæ Ticinenſis, qui ante ſuſceptum vitæ iſtius inſtitutum, virgini non modò familiaris admodum, ſed & amanuenſis & indiuiduus omnium itinerum eius comes fuit. Qui ſolenni iuramento eorum quæ ſcribit quorumq; oculatus teſtis extitit fidẽ facit. Inſuper omnia quæ de ea in eius vita referuntur, Pij Pontificis Max. auctoritate cõfirmata ſunt. Obijt autẽ ſacra Virgo anno à Chriſto Domino 1380. quam Papa Pius Secundus, anno 1461. in Diuorum numero aſcripſit.*

C. Baron in not. Martyr. Rom.

APud Senas, præclaram Italiæ vrbem, fuit Iacobus quidam inſigni pietate ac modeſtia vir, qui ducta in matrimonium Lapa, æquè eximiæ pietatis fœmina, geminas, poſt alias proles, ex ea ſuſcepit filias, Iohannam & Catharinam: quarum omnium nouiſſimam Catharinam, cæteris longè chariorem habuerunt. Parentes enim cùm eſſent rerum diuinarum ſtudio vehementer dediti, proleſque ſuas ad omnem morum honeſtatem & virtutem erudirent, vnicè in Catharina, optimæ ac religoſæ mentis indicia diligebant, quæ in ipſis cunabulis mirificè in ea relucebant; adeò vt cognati & vicini certatim eius aſpectu ſuauiſſimoque alloquio frui deſide-

29. Aprilis. Patria & parentes virginis.

Amabilitas S. Catharinæ infantis.

xarent. Tantum enim ex eius præſentia gaudi-
lætitiamq; hauriebant, vt eã propter morum ſ-
anitatem, animiq; candorem, non Catharinã ſe
Euphroſynã appellandam dicerent. Cùm au-
nata plus minùs quinq; verba iám perfectè lo-
ret, ſalutationem edocta angelicá, crebrò il-
in ore habebat; prorsùs vt cælitùs permota
ſingulos ſcalarum gradus, tum aſcendendo
deſcendendo, ſingulas flexis geniculis, Vir-
matri ſalutationes promeret.

Anno ætatis vj. nondũ expleto, facibus di-
amoris mirabiliter incenſa, ad ſeruandã vi-
neam puritatẽ vehementèr aſpirare cœpit. Q-
tempore Deo reuelãte cognouit beatiſs. De-
netricẽ, omniũ primã perpetuũ virginitat-
tum nuncupaſſe. Itaq; anno maior, nõ vt ſep-
nis puella, ſed vt plane mẽte grandæua, matu-
diu de voto præſtando deliberatione habita, v-
ginitatem ſuã Chriſto conſecrauit; quẽ mira-
viſione, in ſua maieſtate ſedentẽ cõtemplata
& arcàna cæleſtis aulæ vidit, quæ non poteſt
fari lingua mortalis. Tum verò oẽs mundi de-
cias à ſe abdicauit, totamq. ſe orationi ac diui-
nũ rerum ſtudio tradens, corpuſculum ſuũ ie-
nijs ac verberibus afflixit, & coæquales puel-
vt idem facerent, & docuit & perſuaſit. Hinc
dẽtiori indies Domini amore magis magiſq; a-
cenſa, cũ varia cum animo ſuo conſilia agitar-
quo modo ſe totã vni illi tradere poſſet, vrbe
greſſa eremũ petijt, & in cauerna quadã, loco ſ-
litario, aliquamdiu delituit: donec iubente ſp-
ritu paululum illic demorata domum redij-
rita ne inimici inſidijs in cæcos errorũ ſcop-
impelleretur, ſuique propoſiti naufragium fa-
ceret.

Septennis vouit virginitatem.

Petit ſolitudinem.

Vita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vt autem virginei pudoris florem meliùs illibatum ſeruaret, acerbiſſimum inprimis tenero corpuſculo bellum indixit. Primùm enim cuiuſuis generis cibos coctos, excepto pane, ſibi interdixit: eoque breui temporis ſpatio peruenit, vt pane & crudis herbis contenta nihil de corporis neceſſitatibus cogitaret. Anno autem ætatis viceſimo, etiam pane abſtinuit, prorsùs vt medici totam eius vitam magnum miraculum eſſe faterentur. Lectum ex tabulis ligneis ſibi parauerat, nihil quicquam alterius rei addens, inque eo vel ſedés meditabatur, vel proſtrata orabat, ſuoque tempore nullis detractis veſtibus ſomnum capiebat. Exemplo verò ſancti Dominici inuitata, multo tempore quotidiè ter ſe ferrea catena, ſingulis vicibus ſeſquihora cædebat, ſanguine ab humeris in pedes manante, vt ſanguiné pro ſanguine ſuo Redemptori redderet. At Lapa mater eius, has carnis macerationes indignè ferens, vi eam ad lectũ ſuũ pertrahebat, & miſerandis valdè eiulatibus, vicinos omnes non rarò ad filiæ ſuæ ſpectaculum, flagris & verberibus propter Chriſti amorem deformatæ excitabat. Poſtquam aũt ad nubiles peruenit annos, ſciſſis crinibus mortale coniugium recuſauit; prorſus vt nullis vel dæmonum vel hominũ tentationibus cederet: ſed ſpretis conuicijs & maledictis, quæ parẽtes & cognati ad labefactandũ virginitatis propoſitum, in eam congerebant, ne latum quidem vnguem à caſta mente recedere voluit. Mater verò vt hanc animi eius conſtantiam tandem aliquandò frangeret, amota ancilla, ſordidiſſima quæque domus miniſteria ei demãdauit, modiſque omnibus, vt eam à tanta cæleſtium rerum, ac præcipuè perpetuæ virginitatis amore auelleret,

Admiranda vitæ illius auſteritas.

Catena ſe diuriſſimè flagellat.

Capillos ſibi ipſa amputat.

Mater, eam à virginitatis propoſito auellere nititur.

leret, laborauit. Sed virgo nihil his permota, mi-
rabili ratione ac virtute, oppugnationes has ſu-
ſtinuit, ac omnes inimicorum machinationes
præclarè diuicit. Nam cùm cerneret ſibi exter-
ſecretę orationis loca eſſe interdicta, intrin-
pſam conclaue fabricata eſt, vndè nunquam
iuſcunque rei cauſa egrediebatur. Imaginabatur

*Piiſſima imaginatione, vincit omnes diaboli machinas.*

patrem ſuum Chriſti, matrem verò ſanctiſſi-
Dei genitricis præſentiam ſibi exhibere: cæte-
verò de familia haud aliter quam Saluatoris
poſtolos, & diſcipulos contemplabatur. Ea
maginatione fortiter concepta, id aſſecuta
omnibus illis cum omnium admiratione, hi-
& officioſo animo inſeruiret: tum etiam vt
ſeruiendo, Chriſti memoriam continuam
ſeruaret, cui omnia officia ſe præſtare crede-

Flagrabat incredibili deſiderio Dominici

*Valdè aſpirat ad habitum religioſum.*

bitûs; cùm eccè nocte quadam in ſomnis
tos monaſticorum Ordinum inſtitutores, a
venientes vidit, qui eam vt aliquod vitæ inſti-
tum deligeret, hortabantur. Tum illa con-
gradu ad S. Dominicum perrexit: qui mox c
bitu occurrens, bono eam animo eſſe iuſſit, a
rens fore vt breui voti compos fieret. Illa
largo lachrymarum imbre gratias agens, in
lachrymis à ſomno excitata, ea viſione adeò
firmata eſt, vt die eodem conuocatis parentib
fratribusque, animi ſui propoſitum fidenter a
expoſuerit, & conſtanter omnes ac præcisè m

*Monet ſuos nè eam pergant ad coniugium prouocare.*

nuerit, vt ſe Deo & mente & corpore conſecra-
tam, ad mortale côiugium prouocare ceſſarent.
Cùm igitur inſuperabilem animi eius conſta-
tiam cernerent, veriti ne diutiùs eius deſide-
reluctando, grauem aliquam diuini numinis
fenſionem in ſe concitarent, liberam ei vni ſol

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ęque Deo vacandi poteſtatem fecerunt. Qua accepta, dictu mirum, quanto ſtudio & ardore, aſſiduæ cæleſtium rerum meditationi incubuerit. Quotidiè gemitus, quotidiè lachrymæ, quotidiè preces ad Dominum Ieſum, vt habitum diu deſideratum, & à S. Dominico tunc promiſſum, conſequi mereretur. Quamdiu enim intra domeſticos verſabatur parietes, omnia ſuſpecta habebat; neque præclaram aliquam ſibi de inimicis victoriā promittere poterat, niſi ab inteſtinis domeſticiſq; inimicis ſe fuga ſalutari proripuiſſet.

Sed tandem exauditis eius precibus ac longis ſuſpirijs, deſiderium animæ eius tribuit ei Dominus, nec voluntate labiorum eius fraudauit eam. Poſtquam igitur nouæ militiæ vel profeſſionis genus complexa eſt, dicebat ſibi ipſi: Ecce iam religioſum vitæ inſtitutū ſuſcepiſti, ad eius præſcriptum viuas oportet, & quidem multò aliter quàm feceris hactenus. Habitus tuus ater & candidus te admonet, vt mundo mortua Deo viuas, & ſummæ puritati ſtudeas. Itaque vt vitam ab omni labis contagione puriorem duceret, tā ſtrictum ſibi ſilentium indixit, vt toto triennio ne verbulum quidem, ſola peccatorum confeſſione excepta, loqueretur. Tam ſedulo autē pietatis ſtudio & ſilentio, tantam diuinæ gratiæ abūdantiam, & cum Chriſto familiaritatem conſecuta eſt, vt ab ipſo Domino veræ ſalutis viam, & cætera quæ ad omnem animæ labem prudenter fugiendam ſpectarent, (quemadmodum in confeſſione patri ſuo ſpirituali affirmabat) didicerit. Sanè hoc conſtat, tantam fuiſſe inter Chriſtū & ſacram hanc virginem familiaritatem, vt maior inter duos homines arctiſſimo amoris vinculo ſociatos eſſe non poſſet. Siue enim oratio-

*Accepto habitu S. Dominici, maiori ſe dat ſeueritati. Silentium. Solitudo.*

*Mira Chriſti ad eam familiaritas*

ni, ſiue lectioni, ſiue externis occupation[ibus] vel etiam corporis neceſſitatibus intenta eſſe[t], vt plurimũ iucundiſſima Chriſti viſione retin[e]batur, ita vt cùm ore hominibus, mente tam[en] ſemper Chriſto loqueretur.

Dubitat initio de illa Raimundus cõfeſſarius eius.

Hæc ſanè vt erant valdè admiranda, ita P[atri] Raimundo, qui ei à confeſſionibus erat, frequ[en]ter ſollicitum & anxium reddebant, vtpote [qui] meras dæmonis fraudes & illuſiones eſſe ſu[ſpi]cabatur. Vt autem aliquid explorati de virg[inis] ſanctitate cognoſceret, poſt multas preces [qui]bus Deum rogauerat, vt ab ipſo dirigeretur, [pe]tijt à virgine, vt ſibi omnium peccatorum ve[niam] à Domino impetraret, atque vt eius remiſſ[ionis] certum aliquod indicium habere poſſet, ad[eò] vt inſolitam quandam animi contritionem [&] intenſiſſimum de peccatis dolorem ſibi obti[ne]ret. Tum virgo (quã Raimundi patris cogita[tio]nes non latebant) fidem dedit ſe id facturam. A[b]ijt deindè vterq; domum ſuam. Inſequenti ve[rò] luce, pater Raimundus morbo correptus dec[um]buit; quo tempore ſancta virgo, febribus & a[lijs] ægritudinibus etiam afflicta decumbebat. Se[d vt] petitioni patris Raimundi faceret ſatis quam[uis] vacillante corpuſculo, ad eum præter mor[em] abijt. Ibi verò cùm ſolita conſuetudine, de D[eo] & noſtra ingratitudine verba faceret, obla[ta est] menti Raimundi quædam inſolita peccator[um] ſuorum conſideratio, adeò vt præ nimio cor[dis]

Mirabilis contritio præſtatur Raimundo.

dolore tantam vim lachrymarum effunderet, [at]- eumq́ue rugitum prorumperet, vt timeret cor [&] pectus diruptum iri. Id cõſpicata virgo ſacra c[on]ticuit, vt vbertim fleui & ſingultibus indulge[]ret. Interim Raimundus memor ſuæ petition[is] & promiſſionis virginis: Hæccinè eſt, inquit, [i]l[]la quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

la quam heri petiui? (Bullā enim vacauerat certum obtentæ veniæ ſignum) Illa reſpondit: Ipſa eſt addenſq́; vt memor eſſet gratiæ Dei abſceſſit, illo interim exultante & virginis virtutes ſine fine mirante.

Iam ad cæleſtis ſponſi magiſteria veniamus, quibus erudita virgo, tantò clarius diuinæ lucis radios in animæ ſuæ ſpeculo excepit, quāto ipſū defæcatius, atq; ac omni terrena fęce puriùs erat. Itaq; cum ſapientiſſimus ille architectus virtutū atq́; cæleſtium donorū fabricā, in virginis mente erigere decreuiſſet, firmiſſima priùs humilitatis fundamenta iecit, ne miraculorum atq; reuelationū cæleſtium magnitudine, humanū aliquid virginis animus pateretur, tantoq́; pericoloſiùs rueret, quanto altius aſcēdiſſet. In ipſo igitur diuinarum viſionū initio, Chriſtus Dominus oranti apparuit, dixitq́;: Si noſti filia, quis ego ſum, & quę tu ſis, beata eris. Ego enim ſum, qui ſum; tu es, quæ non es. Hac cognitione freta, faciliè oēs conteres laqueos inimici, & gratiā meam nullo negotio obtinebis. Hac igitur doctrina ſancta virgo erudita, modis omnibus ſe demittere & velut in quandā humilitatis abyſſū mergere nitebatur.

Chriſti præclara inſtitutio.

Aliud quoq; ſingulare documentū ab eodē cæleſti Doctore accepit. Oranti enim illi apparēs, dixit: Filia; cogita de me, & ego cōtinenter cogitabo de te. Ex hac aūt ſaluberrima inſtitutiōe, ſacra virgo ſolebat hoc modo philoſophari: Quādoquidē tum per ſacrum baptiſma tum per religionē ſiue monaſticā, ſiue clericorū, Deo dicati ſumus, nulla in re nos ſolicitos eſſe debere de nobis, ſed ſolitudinē omnē eo cōferre, vt placeamus ei, cui nos dicauimus. Itaque ſi vidiſſet ſuos ob imminēs aliquod periculū anxios trepidare;

Item alia.

*Quid vnicè curandum homini Chriſtiano.*

dicebat illis: Quid ita vos de vobis eſtis ſolici Permittite vos diuinæ prouidentiæ, quæ ſemp habet in vos defixos oculos, perpetuamque ſ tis veſtræ curam gerit. Et de hac quidem Dei p uidentia, tantam virgo ſacra fiduciā concep vt nunquàm ſatiari poſſet, de ea loquendo. E item fiducia illud etiā euenit, vt quicquid poſtularet, dicto citiùs obtineret; prorſus ad ſponſum ſuum precibus, quicquid velle petraret.

*Item tertia.*

Tertium quoque documentum, duob Magiſter cæleſtis adiunxit. Cùm enim anti hoſtis, virginem quotidiè proficiētem cern ac machinis omnibus adhibitis labefactare retur: contra verò ipſa à ſponſo ſuo vires bur inuictum aſſiduè poſtularet, ille ei app Si velis, inquit, vincere hoſtem, crucem pr frigerio accipe, & amara pro dulcibus ſum illa nequaquam ſurda aure eam CHRIST doctrinam accepit, ſed vſque adeò ſtatuit ſe afflictionibus delectari, vt nihil in h

*Sitit cruces & afflictiones.*

tantum ei refrigerij & ſolatij afferret, q tum afflictiones & cruces; ſine quibus (vt ipſa bat) vita hæc ei fuiſſet moleſtiſſima; propter autem libenter ferebat beatitudinis dilation non ignorans, illam afflictionibus non pa augeri.

*Chriſtus eā permittit tentari.*

Sed vbi ſatis eam Chriſtus communi dæmonibus eam tentandam permiſit; vt, ſi q poſſent, ab illa obtinerent. Adeſte nunc ani fratres, mirandum certamen ſpectaturi. Vid tis enim totam inferorum & dæmonum p tiam, omnibus & machinis & viribus adu tenerrimam puellam dimicantem, ipſamque pe Chriſti ſubnixam, de tota dæmonum cat noua arte glorioſè triumpantem.

Primum igitur ſcelerũ miniſtri, à rebus venereis virgini ſuggerẽdis capiunt initiũ. Immittũt turpes cogitationes, caſtiſſimo pectori adhibent illuſiones & phantaſmata dormienti, imò etiam corpora ex aëre ſumpta, oculis & auribus vigilãtis ingerunt, faciuntque multa, quæ ſine horrore dici non queant. Illa è diuerſo, catena ferrea flagellat corpus ſuum, fundit ſanguinẽ, adijcit permultum ad priores vigilias, ità vt ſomno penè omni renũciaſſe videretur. Nõ ceſſant autẽ hoſtes, cum ingenti multitudine apparent; primò quaſi blãdè adulantur, hortãtur ne ſe ipſam interficiat tãta vitæ aſperitate. Iuuenis es, inquiũt, fac quod aliæ faciũt fœminę; nubas viro, & augeas humanum genus. Proponũt exẽpla Saræ, Rebeccæ, Lię, Rachelis. Nè facilè credam⁹ hæreticis, quãdo ipſi nobis ſcripturas diuinas, ad cõfirmandã impietatem ſuã proferunt: faciũt enim hoc etiã dæmones. Quid (aiũt ipſi, virgini) hæc ſibi vult vita ſingularis, in qua tamẽ perſeuerare non poteris? At quicquid illi blaterarẽt, ſancta virgo nihil penitùs reſpondens, orabat. Cùm autem perſeuerantiæ deſperationem ei vellẽt inijcere, hoc reſpondit procacibus illis, Ego non meis, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti viribus nitor, nec vllum aliud ab ea verbum extorquere potuerunt. Solebatque eſ familiaribus ſuis inculcare, ne tentati in diſputationem cũ dæmonibus ingrederentur. Cùm enim, inquit, ſint verſuti, & lõga fallendi exercitatione inſtructiſſimi, facilè ſibi viſtoriam promittunt, ſi poſſint cũ homine miſcere ſermonẽ. Itaque haud ſecùs caſta anima ſe ab illis mox debet auertere, & ad Chriſtum ſpõſum confugere, quã ſolet ab adultero, pudica matrona. Vbi autẽ ſenſit dæmõ hac via nihil ſe poſſe proficere, alia

*Tentat eam Satanas, rerum turpiũ ſuggeſtione.*

*In tentationibus, cum dæmone nõ eſſe diſputandum.*

aggreſſus eſt. Repræſentabat ei formas virorũ &
mulierum, turpiſſimè inter ſe concubantium, &
nefandos ſermones iactantium, ipſamque ad e-
andem turpitudinem inuitãtium: cogebaturque
hæc etiam oculis & auribus clauſis videre & au-
dire. Accedebat ad cumulum miſeriæ, pijſſimi

*Abſcõdit ſe ab illa Chriſtus vt virtus virginis illuſtrior appareat.*

ſponſi abſentia (vt ipſi videbatur) ita vt nullā om-
ninò opem aut conſolationem ab eo perciperet.
At illa nihilominùs ſine intermiſſiõe & cor-
affligebat, & precibus tota incumbebat. Atque
hoc præclarum de ſe omnibus diuinæ gratiæ
ſibili ſuauitate deſtitutis, exemplum præbuit
ſolita ſua exercitia propterea remittant, ſed
tiùs augeant. Dicebat aũt virgo S. ſibi ipſi:
viliſſima, vllis te conſolationibus dignam
itanè iam oblita es tuorum peccatorum?
ſatis eſt tibi, ſi poſſis vel æternam euadere d-
nationem, etiamſi has tenebras & moleſtias
ſupremum vſque vitæ diem perferre oporte-
An verò Chriſto propter eius conſolationes
uire voluiſti, & non eò potiùs, vt in æternum
lo fruaris? Nihil igitur de ſolitis remittas
quin potiùs ſemper aliquid addas. His ſanctæ
militatis telis, ſuperbum illum Goliath pro-
nebat Chriſti virgo. Durante autẽ hac tẽtatione

*In tẽplo minùs infeſta, aut.*

plus ſolito in Eccleſia hærebat: nam illis quan-
uis etiam infeſtaretur, non tamen perindè atque
in cellula ſua, quã quoties eſſet ingreſſa, mox
illic vidit dæmonum multitudinem, & turpiſſi-
mis ſermonibus, & fœdis actibus ad libidinem
eum prouocantium. Non ceſſabat autem ad Do-
minum clamare, donec ceſſante tempeſtate, op-
tata rediret tranquillitas. Iam multos dies
hæc durauerat infeſtatio, & ecce quodam die
luſtrata diuinitus, cœpit hilariter ſanè ſe tota

execrandas illas vexationes perferendas promptam paratamque offerre, quamdiu ipſi viſum eſſet. Tùm verò dæmon quidam, improba procacitate ad eam ait: Non prius ab hac infeſtatione ceſſabimus, quàm voluntati noſtræ conſenſum præbeas. Cui mox virgo magna ſecuritate reſpõdit: Mihi non ſolùm has, ſed alias quaſuis moleſtias, pro nomine Saluatoris perpeti iucundum & delectabile eſt: quatenùs quidem eius viſum erit Maieſtati. His dictis, totus ille dæmonũ cœtus inſtar fumi pudefactus euanuit, & ingens lux cælitus illapſa eſt cubiculo, & in luce Chriſtus vulnerum ſtigmatibus inſignitus apparuit, dicens: Filia mea Catharina vides quæ & quanta ego tua cauſa perpeſſus ſim: ne igitur dubites aliquid etiam propter me perpeti.

Chriſtus eī apparet crucifixus.

Deindè alia ſub ſpecie magis propinquans, blandis admodum verbis, de obtento iam triumpho ei gratulabatur. At illa: Vbi, inquit, fuiſti mi Domine, cùm eſſet cor meum tot ſpurcitijs diuexatum? Et ille: In corde, inquit, tuo. Rurſus Virgo: Et qui fieri potuit bone Ieſu, vt tu in illo meo eſſes corde, quod tot obrutum erat impuriſſimis cogitationibus? Reſpondit Dominus: Cogitationes illæ quid in tuo efficiebant animo? gaudiumnè an mœrorem? Imò verò, inquit illa, non niſi ſummum dolorem. Hoc igitur, Chriſtus ait, ego mea præſentia efficiebã; qua ſi tu deſtituta fuiſſes, illas ſpurcitias in voluptatem traxiſſes. Vt enim lucis meæ radio illuſtrata, teipſam ſpontè ad tolerandas eas infeſtinationes obtuliſti, mox eas abſcedere iuſſi; neque enim pœnis, ſed volũtate pœnas fortiter perferentis ego delector. Tu ait filia mea, quandò nõ tua, ſed mea virtute certaſti viriliter, maiorẽ à me gratiã cõſequeris. His

Voluntas prompta, ad perferendas cruces, Deo gratiſſima.

dictis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictis viſio diſparuit, relicta in animo virgi
ſuauitate incredibili, maximè quod eam Chri
ſtus filiam ſuam vocaſſet. Clariſſima quidē
cum principibus tenebrarum fuère certam
ſequuntur tamē alia nō minora, quæ cū ijs ho
nibus ſuſcepit, qui ſacram virginem partim
dem irridebāt, partim etiam priuatim ac pu
cè infamabant: in quibus illa vincens in b
malum, clariſſima nobis dilectionis erga i
cos exempla reliquit. Frater Gabriel Ord
Minorum, eiuſdemque Ordinis Prouincialis
cræ Theologiæ Doctor celeberrimus, ſim
frater Ioannes Senenſis, ex eorum numero
D. Auguſtini inſtitutum ſequuntur, Theol
Profeſſor, communi conſilio ad virginem ve
tes, eam propoſitis difficillimis Theologiæ q
ſtionibus, in deriſum & pudorem adducere
creuerunt. His ergò propoſitis, ſacra virgo m
gna cum reuerentia reſpondit, tantaque dicen
vi & gratia, apud illos de mundi contemptu d
ſeruit, vt ipſi contrà ingenti pudore ſuffuſi
Dominum conuerſi fuerint: omnibuſque, q
ſanè haud exigui pretij bona poſſidebant, pau
ribus diſtributis, paupertatis & abiectionis
dium, iterum tota virtute amplexati ſint. Sic
iam frater Lazarinus Piſanus, qui doctrina &
cendi artificio præ cæteris inſignis erat, ad
huic virgini infenſus erat, vt non modò priua
tim, ſed publicis etiam concionibus illi acer
detraheret. Quid multis? Huius virginis prec
bus atque doctrina, relictis omnibus quæ hab
bat, in nouum hominem mutatus eſt, multorum
que animas virtutis ſuæ exemplo & doctrina
crifecit, ſanctiſſimeque vitam finiuit: quamuis
multas fratrum ſuorum irriſiones perpeſſus ſu

Virgo irri-
detur ab
alijs.

erit, qui eum contumeliæ cauſa, Catharinaton appellabant.

Veniamus nũc ad certamina quæ cum Deo ipſo ſacra virgo habuit; quippè quæ vt homines ſalutaris doctrinæ monitis & exemplis vicit, ità Omnipotentem Deum feruentiſſimis precibus ſuperauit. Cùm Lapa virginis mater, letali correpta morbo, ſubitò ſine Confeſſionis ſacramento è vita exceſſiſſet, Catharina cum lachrymis oculos ad cælum leuans, dixit Domino, ſe ab eo loco non priùs diſceſſuram, quam matrem ei viuam reſtitueret. Orabat igitur feruẽtiſſimè, multis cum lachrymis, donec defunctam matrem ad vitam reuocauit: quæ etiã in vita diutiſſimè poſt hoc manſit. Non diſſimile admodum de patre legitur: qui cum appropinquante mortis termino, filiæ ſe precibus obnixè commendaret, illa pro patris ſalute Deum deprecans, cùm intelligeret eum ſalua diuina iuſtitia, nullo modo ſine purgatorijs pœnis, ad beatorum gaudia peruenire poſſe, obnixius Deum orauit, tandemque peruicit, vt ſine vllis cruciatibus, rectà in cælum reciperetur: ita tamen vt pœnas parentis ipſa in ſe reciperet. Vt autem certò conſtaret, eum rectà in cælum migraſſe, eodem temporis puncto, quo anima mortalitatis ergaſtulo ſoluta fuit, virginem ſanctam iliaci dolores inuaſerunt, iiſque ad ſupremum vſque vitæ diem, ſine intermiſſione laborauit. Verùm illa non hos dumtaxat, ſed etiam quoſcunque alios cruciatus & moleſtias, non modò patienter, ſed etiam hilariter ferebat.

Orationum eius efficacia.

Matrem defunctam, ad vitam reuocauit.

Patrẽ à Purgatorijs pœnis liberat.

Magna quidem duo hæc cum Deo certamina extitère. Adijciã aliud quod partim cũ Deo, partim cũ hominibus ſuſceptũ eſt. Fuit Senis ſoror quædã de Pœnitentia S. Dominici, Palmerina

nomine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Palmerinæ odium in Virginem.

nomine hęc incredibili odio & inuidia ſtimula-
ta, ne nomen ſanctæ virginis audire quidē ſu-
nebat. Obtrectabat ei priuatim & publicè, n
vllis obtrectationibus & maledictis ſatiari
terat. Cernens id ſacra virgo, humilitate & m
ſuetudine eius animum placare nitebatur,
fruſtrà. Confugiens igitur ad Dominum, ſ
lares pro illa miſera preces obtulit. Audiu
tem preces eius Dominus, ſed priùs iudiciu
ercuit, percuſſitque graui morbo Palmeri
At illa nihilo melior effecta, ſed exacerbat
gis, infenſiorem ſe virgini oſtendit. Rursùs
nouis humilitatis officijs, eam emolire ſtu

Mira virginis charitas.

Seruiebat illi omnibus quibuſcumque p
modis, blandisque verbis & obſequijs con
batur. Sed ſaxo durior, nihil mouebatur tam
manitate & beneuolentia, imò verò ex ſuis
ædibus furibunda expelli iuſſit. At iuſtus
tantũ odiũ cernens, ita eam percuſſit, vt repe
viribus omnibus deſtituta, ad inferos propera
videretur. Quod vbi cognouit ſancta virgo,
clauſo cubiculo inſtantiſſimè Dominum roga
cœpit, ne ſui occaſione illa anima periret. O
dit autem illi Dominus miſeriam & pericul
infœlicis animæ; dixitque iuſtitiam ſuam fe
non poſſe, quin tam pertinax odium puniret
Tùm virgo mente & corpore humi proſtra
dixit ad Dominũ ſe nullo pacto de eo loco
recturam, donec Palmerinæ miſeretur. Iam
dies & noctes miſera illa in agone conſtitu
premum trahebat ſpiritum; quo tempore C
tharina in precibus perſeuerabat, & tandē la

Impetrat Palmerinæ gratiam diuinam.

rymis inuictum & inſuperabilem expugna
ita vt adamantino illi pectori gratiam ſuam
ſpiraret, qua peccati ſui fœditate agnita,
lere

leret perceptisque ſacramenta magna cum cordis contritione è corpore migraret. Cuius animam vidit ſancta virgo, in tãto decore & pulchritudine, quamuis nondum in gloria diuinæ viſionis eſſet, vt nullis poſſet verbis exprimi. Quis hanc virginis patientiam, quis flagrantiſſimum charitatis ardorem non miretur? Sed ad alia charitatis illius opera veniamus.

Senis fuit mulier quædam inops & ægrota, Theca nomine, quæ ingenti paupertatis malo coacta, noſocomium petijt, ſed adeò tenue, vt vix neceſſaria ſuppeditaret. Accedebat ad cumulum miſeriæ lepra, quæ totum corpus occupauerat, prorsùs vt ab omnibus relicta, propter contagionis periculum, vrbe eijcienda eſſet. Quod vbi præſenſit virgo, mirabili feruore accenſa ad eam properauit, & non modò res neceſſarias, ſed ſuum quoque obſequium, ad vſque obitum eius obtulit. Itaque quotidiè manè & veſperi illam viſitabat, Chriſtumque in ea contemplans, accuratè & reuerenter ei inſeruiebat. Ex ipſis autem ſacræ virginis beneficijs, mulier illa ſuperbiæ & ingratitudinis peſtem contraxit, cœpitque pro debito exigere, quod ſacra virgo pro ſolo Chriſti amore faciebat, prorſus vt ſi non ſtatim ad vota omnia feciſſet, conuicia in eam & cõtumelias iactaret. Sed ijs nihil irritata virgo, ſtudebat iracundiam blandis verbis & ſedulis officijs delinire, haud aliter quam ſi propriam parentem tractaret, ita vt etiã improba mulier admiraretur. Ecce autẽ vt ex hoſte glorioſiùs triũpharet, manus ſanctę virginis lepra inuaſit. Quod illa nihil morata, malebat totũ corpus fœda cõtagione infici, quã cœptũ charitatis officiu deſerere. Paulò pòſt exceſſit è viuis mulier leproſa, virgine illi in

Seruit leproſæ fœminæ.

extre-

extremis aſtante, & eam efficaciſſimè cóſirm
te. Eius corpus horridum ſanè, ſancta virgo d
genciſſimè abluit, induit, & ſuis manibus ſep
uit. Poſt ſepulturam autem, ità omnis lepra
ginis manibus euanuit, vt etiam elegan
quàm anteà viderentur.

Inſeruit alteri, omniũ ope deſtitutæ.

Sed ad aliud multò mirabilius miſeric
opus veniamus. Quædam S. Dominici ſoro
Andream vocabant) cancri morbo in pecto
borabat. Tantus autem ex eo vulnere fœt
halabat, vt vix vlla inueniretur fœmina, qu
ſeræ illi opitulari vellet. Audiẽs hoc virgo C
ſti intelligensque eam ſibi derelictam, m
adijt, & iucunda facie ſuum ei ſeruitium,
curaretur, obtulit. Nó potuit nó hoc miſe
dè gratũ accidere, vtporè quæ ſe omni pe
deſtitutã cerneret. Seruiuit igitur iuuẽcula
viduæ, & licet increſceret fœtor abomin
pari tamen alacritate omnia charitatis offic
li impendebat, adeò vt ipſa ægrota obſtupe
ret, ad tantam iuuenculæ charitatem & con
tiã. Videbat hæc & inuidebat tortuoſus col
& ſummam operam, vt impediret, nauau
ſtote, quæſo, animis mirabile certamen inte
mani generis hoſtem, & teneram puellam
ctaturi. Cùm voluntatem tantæ virginis (
in Chriſto fundatam) mouere nó poſſet, quod
die, eâdem vulnus detegente, fœtore intole
li ſtomachum eius propè euertit; ità vt ad vo
tum propenderet. At ſãcta virgo ſibi irata fa
pus ſuum alloquebatur: Itanè abominaris
rorem tuam, Chriſti ſanguine redemptam,
poſſis in eũdem vel etiam deteriorem mor
incidere? Viuit Dominus, non feres hoc imp
ſimulque faciem in pectus ægrotæ inclina

Eius charitati inuidet diabolus.

& na

& nares horrendo illi vulneri applicuit, donec recalcitrantem ſpiritui carnem ſubdidiſſet, illamq́ue nauſeam extinxiſſet. Videns autem hoc ægrota exclamauit: Ceſſa, ceſſa chariſſima filia, noli teipſam tam immani putore corrumpere. Victus ergò dæmon abſceſſit quidem, ſed alias omnes vias tentauit, vt tandem aliquandò tam eximium charitatis officium in virgine impediret. Ad ægram igitur conuerſus, primò tædium erga virginis miniſteria, deindè verò etiam odiũ excitauit. Immiſit autem in animũ eius nefarias ſuſpiciones, vt putaret caſtiſſimã virginem, quoties ipſi nõ adeſſet, obſcœnis actibus alicubi occupari: eoq́ue ægrotam perduxit, vt in apertam virginis infamiã prorumperet. Is rumor vt primùm ad aures reliquarum Sororũ peruenit, adeò omnes concitauit, vt ſcelus innocentiſſimæ virgini exprobrarent. At illa, nihil prorſus calumniatricis illius mendacijs permota, reſpondit: Verè dominæ & ſorores meæ, ego gratia Ieſu Chriſti virgo ſum, idq́ue ſæpius repitens, nihil ampliùs addebat. Interim nihil de priſtinis officijs intermittens, ſeruiebat miſerę illi nocte dieq́ue accuratiſſimè. Poſteà verò mota nõnihil dolore infamiæ, rem totam cum multis lachrymis, ad Chriſtum ſponſum ſuum retulit; qui ei apparens, dextera manu coronam auream miri decoris, ſiniſtra verò ſpineam offerens, dixitq́ue vt alteram earum in hac vita eligeret. At illa è ſiniſtra Saluatoris ſpineam coronam arripiens, vi multa in caput ſuum impreſſit dicens: Domine, ego in hac vita paſſioni tuæ conformari cupiens, libens pœnas omnes refrigerij loco amplector: atque poſt eam viſionem, aſſiduis capitis doloribus vexata fuit. Tum verò Dominus

En quantam ſibiipſi vim affert.

Infamatur S. virgo.

En modeſtiã virginis.

Chriſtus ei apparet.

ad conſtantiam eam adhortans, promiſit ſe
ligni dæmonis calumnias, in caput illius re
ſurum, plenamque ei de illo victoriam præ
rum. Fuit ea non parua ſanctæ virginis cóſol
At Lapa mater eius, vbi percepit ſiniſtras illa
virgine ſuſpiciones, quamuis de eius eſſet p
tate certiſſima, vehementer tamen aduerſu
dream illam commota, acerbè nimiùm a
am ait: An nó ſæpiùs prohibui, ne illi verul
uires. En qualem tibi refundit mercedem
hoc quoque Satanæ artificio, vt ſanctum
miniſteriú impediret. At ſancta virgo, flexi
matre genibus, eam optimis rationibus le
deindè ad ægram ſe conferens, tanta ei ala
ſeruiuit, vt illa planè iam ſuperata, in ſe
deſcenderet, agnitoque facinore ſuo, anim
dè compungeretur. Interim viſionem ſanè
randam vidit. Cùm aliquando eius cubic
virgo ſancta intraret, vidit repentè circa le
ſuum lucem ineſtimabilis amœnitatis di
adeò vt omniú ſuarú miſeriarum oblita, in
virginis aſpectu, angelicá quandá præ ſe
ſtaté ferentis, ſatiari nó poſſet. Inde cú in a
eius dolor creſceret, quod tam excellentem
ginem ſpurco ore contaminaſſet, veniam
petijt. Quam illa non modò conceſſit, ſed
per blandiſſimè ægram amplexata, culpam
né in tartareum dęmonem tranſtulit. Porrò
anteà ſcelerate detraxerat ſacræ virgini, in
ſteà mirificè eam etiam multis cum lachry
prædicauit, & præclarum ſanctitatis eius
monium dixit; prorſus vt ſerpens inuidus c
cente indè virginis ſanctiſſimæ fama, omni
conatu fruſtraretur.

**Vincit officijs, teterrimã calumniatricem.**

Sed iterum redijt ad faciendum periculum
ea

eam ſtomachi euerſione frangere poſſet. Nam cùm virgo abominabile illud vulnus aperuiſſet, vt ablueret, intolerabilis fœtor, dæmone id efficiẽte, immodicam eius ſtomacho nauſeam attulit. Sed illa in ſuum corpus, ſancta quadam iracundia incitata, Viuit, inquit, altiſſimus, quia hoc ipſum, quod vſqueadeo perhorreſcis, intra tua viſcera condetur: ſtatimque illius horrendi vulneris ablutionem, ſeorſùm abſcedens, totam ebibit, nauſeæque tẽtationem ita ſopiuit, vt ipſa poſteà patri Raimundo fateretur, nunquam ſe tam ſuauem cibum, aut potum, in omni vita hauſiſſe.

Iterùm dæmon eam ab officio charitatis, auertere nititur.

Vide exemplũ eximiæ perfectionis.

Apparuit autem ei Chriſtus nocte ſequenti, eamque ad ſacratiſſimum lateris ſui vulnus admouens, ineffabili potu admirabiliter refecit: vndè tanta gratiæ abundantia, in eius mente diffuſa eſt vt etiam in corpus redundarit, nec deinceps vnquam more ſolito cibum acceperit: quod certiſſimo fuit argumento, eam viſione minimè dubiam fuiſſe. Tanto autem ſacræ communionis ardebat deſiderio, vt niſi ea frueretur, corpus propè deficeret dureq́; pateretur. Ex ipſa autem Euchariſtia, tanta cæleſtium conſolationum copia, in eius mentem dimanabat, vt alimentum omne ſtomachus planè reijceret, & ſi quid per vim ingeſtum eſſet, rursùs violẽter per os reijceret. Sed pergamus, reliqua eius charitatis officia ſanè admiranda pertexere.

Iterum ei Chriſtus apparet.

Mirabile ſacræ communionis deſiderium, & effectus mirabilior.

Prima ei & præcipua ſemper in vita cura fuit pauperes omnes beneficijs quamplurimis demereri. Orabat quandoque Senis in templo Dominicanorum, cùm quidam mẽdicus, ad eam accedẽs, infimis precib⁹ opẽ petijt. Illa cũ nihil quod largiretur, ad manus haberet, rogauit vt tantiſper expectaret, donec domũ reuerſa afferret,

Benignitas eius in pauperes.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quo eius inopię benignè conſulere poſſet. Al-
lo dicente, ſe moras tamdiù nectere non poſ-
ſancta virgo eius non ferens afflictionem, d
anxiè cogitaret, quidnam illi mendico dare
ſet, argenteam crucem, quam tunc fortè
fouebat, prompſit, eamque miſero illi tri
Qua accepta, lætus ille abſceſſit. Proxima
nocte Chriſtus virgini oranti apparens, ea
cem multis gemmis egregiè ornatam pro
eamque in extremo iudicij die ſe in angel
& hominum conſpectu oſtenſurum promi

Alio tempore, ſacræ virgini ex eodem te
domum redire volenti, Chriſtus in ſpecie p
ris & peregrini occurrens, veſtem ab ea p
Illa feſtinanter ad ſacellum rediens, tunic
manicatam cautè ſibi detraxit, pauperique
(ſciens eſſe Chriſtum) tribuit. At ille etiam
veſtimentum petijt. Tum illa eum ſe ſequi
des iubens, & ſubuculã & ſubligaculum e
Verùm ille, qui virginis animum probare v
bat, plura mendicare non deſtitit, aſſerens ſe
nica, quod manicis careret, commodè vi
poſſe. Illa perluſtrãs domum, ſuſpenſam a
ca nouam ancillæ tunicam arripuit, ablat
ab ea manicas, pauperi dedit. Rurſus ille, e
ſocium ſe in domo hoſpitali habere dixit, q
ſtrema conſtrictus inopia, eiuſmodi chari
officio valdè indigeret. Tum verò ſancta v
nihil ſibi prorſusupereſſe cernens, reſpo
pauperi: Reuera chariſſime, libentèr ſi qua
tione poſſem ſocij tui inopiæ conſulere
nè vnde ſuccurram, relictum eſt nihil. Ille
ſubridens: Video, inquit, promptum tuum b
gnè faciendi ſtudium, ſed iam benè ſuauiter
vale. His dictis, ex oculis eius euanuit. Nocte

Mirè eius charitatem probat Chriſtus, ſub pauperis ſpecie.

rò

rò ſequenti, Dominus ei oranti, manifeſtè ſe in illius pauperis effigie viſendum præbuit, in manu ferens tunicam quàm ipſi virgo dederat, margaritis iam & coruſcantibus gemmis conſpicuã, aitque ſe illi daturum veſtem, quæ ab ea omne noxium vtriuſque hominis arceret frigus. Quod certè etiam reipſa præſtitit, adeò vt eijſdem ſemper tam hyeme quàm æſtate contenta veſtibus, nullam aëris iniuriam vnquam ſenſerit.

Magnæ ſanè hoc miſericordię opus extitit, ſed longè tamen maius ac mirabilius eſt, quod modo ſubijciemus, quodque ſingularem huius virtutis laudem continet; eamque nobis omnibus mirificè commendat. Alexia vidua, adeò feruenter amabat ſacram virginem, vt eius cõuictu ægrè carere poſſet. Accidit autem anno quodam, vt magna eſſet tritici apud Senẽſes inopia, prorſus vt non niſi vile & malè olens venderetur, cuius partem Alexia, nè omnino pane careret, emere coacta fuit. Antè quam autem putridum illud triticum abſumeretur, nouum idque purum in foro proſtabat. Itaque cùm Alexia id quod reliquum erat corrupti tritici abijcere, & nouum emere cogitaret, priùs virgini mentem ſuam aperuit. Illa verò reſpondit: Itanè tu abijcere vis quod Dominus voluit eſſe hominum alimentũ? Quod ſi tibi non libet illo veſci, da pauperibus, quibus aliud quod edant eſt nihil. Alexia rurſus dicente, non poſſe ſe tranquilla conſcientia tam putentem pauperibus offerre panem, virgo ſancta ait: Para aquam, & corruptam illam farinam ad me afferto, ego ipſa panes indè in vſus pauperum conficiam. Alexia facit vt iuſſa erat, & ſancta virgo ex modica farina celerrimè tam multos effecit panes, vt multis hebdomadibus præ-

ter omnium expectationem ſufficerẽt, nec in his vllis ſentiebatur putor; imò qui illis veſcebãtur dicebant ſe nunquam tam grati ſoporis panes deguſtaſſe. Poſteà autem ſancta virgo, ſecretè patri Raimundo rem certè admiratione digniſſimã retulit, & quæ apud eos ſolùm fidem habere poterit, qui beatiſſimæ virginis matris miſerationes ſunt experti. Dixit igitur illi, ſe cum magno charitatis & miſericordiæ affectu, ad illam acceſſiſſe farinam, mox verò beatiſſimam Mariam Virginem ipſi ſanctis Angelis ſociatã apparuiſſe, ſuiſque ſacratiſſimis manibus, cum ipſa panes compoſuiſſe, atque indè ſic auctos fuiſſe.

Virgo Catharina flagrat incredibili deſiderio ſalutis animarũ.

Cæterùm hæc miſericordiæ opera, ad corporis præcipuè obſequium ſpectant. Ad maiora veniamus, quæ ad animæ ſalutem pertinent: quæ tanto ſunt præſtantiora, quantò anima, mortali corporis natura, præſtantior eſt. Principio igitur cùm hæc ſancta virgo, in puellari adhuc ætate conſtituta, incredibili ſalutis animarum deſiderio flagraret, illos peculiariter amabat ſanctos, qui lucrãdis animabus operam nauaſſent, intellexitque diuinitùs beatiſſimum Patrem Dominicum, zelo fidei & ſalutis animarum incenſum Ordinem Fratrum Prædicatorũ inſtituiſſe. Quæ res in eius animo, tantã erga illum Ordinem reuerentiam excitauit; vt ſi quos vidiſſet fratres S. Dominici ſuas ædes tranſeuntes, illorum obſeruaret veſtigia, eaque illis abſcedentibus, humiliter ac deuotè exoſcularetur. Porrò creuit in eius pectore ingens deſiderium illius inſtituti complectendi, vt poſſet cum fratribus ſaluti animarum incumbere; ſed ſexu id non permittente cogitabat ſanctam Euphroſynam hac in parte imitari, & inſtar illius fingere ſe maſculum, atque

pro-

procul in regionibus ignotis, fratribus ſe Dominicanis adiungere. Hoc autem fraternæ ſalutis deſiderium, in matura iam ætate auxit animarum ſanctarum pulchritudo mirabiliter ei oſtēſa. Orante enim ſancta virgine, vt dignaretur ſibi Dominus hanc præſtare gratiam, vt poſſet videre elegantiam animarum omnium cum ipſa verſantium, & ad ipſam venientium, vt tantò magis ad curandam earum ſalutem accenderetur, Dominus eam exaudiuit; atque ex eo tempore quoties aliqui ad eam veniſſent, magis ad eorum animas, quàm ad corpora intenta erat, ità vt ſæpè non aduerteret corpora; nec quiſquam ferè ad eam poſteà acceſſiſſet, cuius animæ ſtatum non peruideret; dicebatque patri Raimundo; O pater mî, ſi vidiſſes animæ pulchritudinē, non dubito quin pro illius ſalute, libens centies mortem oppeteres.

Animæ pulchritudo quanta ſit.

Addam his aliud longè mirabilius, eius dono conceſſum, qui in cunctis operibus ſuis eſt mirabilis. In maturiori ætate, ex multa gratiarum affluentia, ità cor virginis diuino eſt amore inflammatum, vt planè lecto affixa decumberet, nec poſſet è lecto ſurgere. Is languor cùm ab amore proficiſceretur, eam acriter ſtimulabat, vt ardentiſſimis à Domino precibus peteret, quò eam dignaretur ex hac vita tollere. Sed cùm ſentiret Domini voluntatem his precibus aduerſari, rogauit, vt quamdiu in corpore eam permanere vellet, dolorum quos ipſe in hac vita pertuliſſet, participem facere dignaretur. Id verò præſtitit ei Deus, eamque vt chariſſimos filios ſolet, egregiè afflixit. Porrò cum incremento afflictonum, multis modis Chriſti etiā amor auctus eſt: cuius tāta de-

*Amor virginis incredibilis penè.*

mùm vis fuit, vt cor virginis à ſummo vſque deorſum crepuerit, ruptisque vitalibus venis ſola vi diuini amoris, ſpiritum reddiderit. Huius autem rei complures fuêre teſtes, qui ibidem affuêre, idemque ipſa virgo teſtata eſt, animam videlicet à corpore diſiunctam fuiſſe, vidiſſeque ſecreta Dei, quæ nullis poſſint verbis enarrari; vidiſſe gloriam Sanctorum, & pœnas peccatorum

*Videt gloriã & pœnas æternas.*

tam apud inferos, quã in locis Purgatorijs, prorsùs inexplicabiles: quarum minima tanta ſit, vt ſi ea hominibus cognita foret, millies potiùs mortem oppetituri eſſent, quàm illam vel vno die ſuſtinere. Durauit autem hæc animæ à corpore ſeparatio, ad horas quatuor, tandemque non absque ſommo dolore vitæ reddita, tribus diebus & noctibus fleuit continenter. Et nè quis putet res vanas nos referre, nouerit eo tempore quo ſancta virgo animam efflauit, quatuor ei adfuiſſe fratres Dominicanos: ex quibus vnus Ioannes nomine, tantos ex eius morte dolores hauſit, vt in fletus & eiulatus prorumpens, rupta arteria, multum ſanguinis vomeret: prorsùs vt eius vita in deſperationem ex eo veniret. Tùm frater Thomas, qui virgini à confeſſionibus fuerat, cum ingenti fide fratrem Ioannem monuit, vt ſacræ virginis manus, horrendo ſuo vulneri admoueret, & ſanitatem minimè dubiam reciperet. Fecit hoc ille cum omnibus, & ſanitatem repentè adeptus eſt. Hoc igitur diuino lumine ſancta virgo irradiata, tanto ardore animarum ſalutem ſitiebat, vt inſtar Apoſtoli Pauli, anathema pro fratribus fieri optaret. Sic enim quidam eam in ecſtaſi poſitam, ad Dominum orantem audierunt:

*Oratio eius ad Dominũ pro ſalute peccatorũ.*

Mî Domine, quonam modo ferre potero, vt qui ad imaginem tuam formati ſunt, in æternum pe-

reant

reant?An non in maiorem gloriæ tuæ cumulum cederet, vt ſalua charitate, ego ſola perirem, corporiſque mei obiectu, aditum ad inferos obſtruerem, omniaque gehennæ tormenta perferrem, quàm vt tot animarum millia, à beatitudinis tuæ conſortio excluderentur? Huic autem petitioni Dominus reſpondit, nullo modo fieri poſſe, vt charitati locus apud inferos eſſet. Tantam enim charitatis vim atque potentiam eſſe, vt magis ipſa gehennæ flammas extingueret, quàm ab eis ipſa lædi poſſet.

Quantus autem animarum fructus indè fuerit conſecutus, eius vitæ ſcriptor Raimundus exponit his verbis: Quis narrare ſufficit, quot ſceleratos homines ab ipſis inferorum faucibus extraxerit: quot obſtinatos ad ſui cognitionem adduxerit? quot mundo huic deditos, ad eius contemptum induxerit? quot varijs diuexatos tentationibus, è Satanæ laqueis liberauerit? quot cælitùs vocatos, per virtutis iter deduxerit? Vidi ego nonnunquàm vel mille, & eo amplius vtriuſque ſexûs homines, ad eam videndam & audiendam confluere, ſoloque eius aſpectu, ita ob ſua maleficia animo compunctos, vt lugentes properarent ad confeſſarios (de quorum numero ipſe eram) qui cum ingenti contritione peccata ſua confeſſi ſunt. Quam ob cauſam Gregorius, eius nominis vndecimus Romanus Pontifex, mihi & duobus ſocijs eam, qua epiſcopi pollent, abſoluendi poteſtatem dedit. Et certè multi venerunt ad nos immanibus implicati facinoribus, qui nunquàm ritè Pœnitentiæ ſacramento vſi fuerant. Itaque non raro ad veſpertinas vſque preces ieiuni permanſimus, nec tamen omnes audire potuimus confiteri volentes, ſed virgo

Fructus animarum ſanè admirabilis

ſancta ſine intermiſſione orabat, & ità victrix, capita præda, exultabat in Domino.

Petit aſſidue à Domino, augmētum fidei.

Poſt hæc, virgo ſancta incredibili deſiderio, ad perfectum fidei gradum perueniendi flagrare cœpit, adeò vt dies noctesque cum Apoſtolis Dominum oraret, vt fidem illi adaugeret, eamque ita perficeret, vt nulla aduerſantium hoſtium vi concuti vel proſterni poſſet. Cumque ſæpè oranti illi, ſæpè etiam reſponderet Dominus, Deſpōſabo te mihi in fide: tandem pridiê illius diei, quo ſolenne ieiunium quadrageſimæ inchoatur (quo tempore ſeculi homines ventri & gulæ ſe totos addicunt, atque omnes intemperantiæ habenas laxant) illa clauſo cubiculo, ardentiſſimè eam, quam diximus, fidei perfectionem à Domino poſtulabat. Et quia veriſſimè à Propheta dictū eſt, Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui; tandem oranti illi, & promiſſa à Domino fidei ſponſalia ſuppliciter poſtulanti, eccè fidelis in promiſſis ſuis Chriſtus Dominus, ſanctiſſima matre & beatis Apoſtolis Ioanne & Paulo, cum Patre Dominico ſtipatus ad virginē venit, eamque ineffabili quadam ratione ſibi deſponſauit, quæ nulla humana facundia pro dignitate explicari poteſt. Poſthæc Chriſtus Dominus tam familiariter cœpit cum ea verſari, tamque frequenter illi apparere, vt propè fidem vincere videatur, pręcipuè illorū, qui nunquàm quàm ſuauis & benignus ſit Dominus deguſtârunt. Manebat cum ea ſolito diuitius, & amiciſſimè ſermones miſcebat, idque adeò, vt non raro huc atque illuc in cellula ambulans, pariter cū ea Pſalmos diceret. Hæc fortaſſis quibuſdā incredibilia videbūtur, ſed meminerint quàm familiariter idem ipſe Domin⁹ olim in terris triginta & amplius

Pſalmo 36.

Chriſtus eā ſibi deſpondet in fide.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plius annos etiam cum impijs & peccatoribus vixerit; meminerint quæ ex eius perſona dicãtur in Prouerbijs Salomonis: Deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum; quanquàm negari non poteſt, magnam hanc fuiſſe virginis dignitatem & planè admirabilem bonitatis diuinæ gratiam. Sed ſequitur alia huic conſentanea, & minimè inferior.

*Prouerbiorum: 8.*

Die quadam vehementiſſimi amoris vulnere virgo ſauciata, inſtanter à Domino petebat, vt à ſe cor ſuum & propriam voluntatem radicitùs euelleret; quò omnibus in rebus ſine vlla tergiuerſatione ſe illi obſequentem, atque morigeram præberet. Videbatur autem illi ſic oranti in viſione venire Chriſtus, & latus ſiniſtrum aperire, ablatoque corde recedere. Et reuerà non poterat illa aliud ſentire, quam ſe corde deſtitutã. Cùm id autem ſuo diceret confeſſario, ille non ſine riſu eã audire poterat. Durauit hoc aliquot dies, & eccè illa quodam die è ſacello eccleſiæ exire volente, cum multa luce Chriſtus ei apparuit in manu ferens cor quoddam rubicundum & illuſtre, propiusq́ue accedens, illud in ſiniſtrũ virginis latus impoſuit, dicens: Eccè filia mea habes pro corde tuo cor meum, clauſoq́ue latere receſſit: Sed nè putaretur hoc inane phantaſma, illo in loco cicatrix permanſit, quæ à ſocijs eius frequenter viſa eſt. Quid autem ex hac adeò ſtupẽda cordis mutatione fuerit conſecutum, facilè quisq́ue poterit diuinare. Nõ enim rerum omnium conditor, hac mirabili ratione, tamdiu apud ſe cor illius retinere voluit, niſi vt illud ardentiſſimo amore, & gratiarum omnium affluentia repleret. Cuius rei eadem ſancta virgo certiſſima teſtis eſt, quę incredibilẽ charitatis ardo-

*Petit à Domino perfectã obedientiam.*

rem

rem in corde ſuo ſentiebat: prorsùs vt diceret, tantam in anima ſua puritatis & humilitatis renouationem exiſtere, vt ad ætatem quatuor vel quinque annorum ſe redijſſe putaret.

Quamuis autem hæc quæ diximus ſumma admiratione digna ſint, mirabilius tamen eſt quod ſequitur. Cùm Piſis in eccleſia Chriſtinæ virgini ſacra, pater Raimundus virgini ſacram communionem præbuiſſet, eaque ſumpta, illa more ſuo oppreſſis ſenſibus concidiſſet, ſubitò corpuſculum eius, quod iacebat proſtratum, ſe pauliſper in genua erexit, brachijſque extenſis & facien-tilante diù ita permanſit: ſed adeò rigidum, vt nihil à mortis ſimulacro diſtare videretur: tandem quaſi lethali confectum vulnere repentè decidit, & paulò pòſt in priſtinum ſtatum reſtitutum eſt. Deindè virgo ſecretò patri Raimundo indicauit, ſe ſub illo raptu quinque vulnerum ſtigmatibus Chriſti inſignitam fuiſſe, prorſus vt tantos illis in locis corporis ſui dolores ſentiret, vt non niſi magno Dei miraculo in vita permanere poſſet. His dictis, ſancta virgo domum delata, ad extremum ſpiritum deduci videbatur. Raimundus igitur & ſocij eius, eandem vt mortuam lamentantes, amariſſimis lachrymis, ſe pijſſima matre atque magiſtra orbatos deplorabant. Paullò autem pòſt ad ſe reuerſa eſt, ſed adeò tenuem vitæ ſpem oſtēdit, vt ea ipſa acerbiores etiam lachrymas commoueret. Cumque omnes magna vi precum, diuinæ miſericordiæ viſcera pulſarent, victus tandem miſericordiæ parens, non ſolùm acerbiſſimos, quos ſacra virgo patiebatur dolores ſuſtulit, ſed eos contra in iucundiſſimā lætitiam commutauit. Nemo autem moleſtè ferat quòd huic ſanctiſſimæ virgini, ſacra Domini

Chriſtus ei vulnera ſua imprimit.

ſtigma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtigmata concedamus, cùm hoc ipſum Pius Papa II. in hymno teſtetur, his verbis: *Quo nequit dici ſanctius per orbē, vulnerū formā miſerata Chriſti, exprimis ipſa.*

Sunt hæc admirādā, præter vſitatum ordinem curſumque diuinæ gratiæ priuilegia, quæ niſi in eo diplomate, quo ſancta virgo in Diuos relata eſt, continerentur, referre forſitan dubitarem. Sed audite maiora. Ab initio Quadrageſimæ, ad feſtum vſque Pentecoſtes, ſolo ſacratiſſimæ Euchariſtiæ cibo victitauit. Quod ſi hoc mirum videtur, addam aliud longè mirabilius nempè quod octo ānorum ſpatio, ſimili modo ſine vllo terreno cibo permāſerit, niſi quòd propter vitādam multorum offenſionē, ſuccū herbarū coctarum deuoraret, quē tamen protinùs vomitu, non ſine graui dolore eijciebat, ſtomacho nullā prorſùs concoquendi vim retinēte. Cūque ab alijs interrogata, cur non inſtar aliorū cibo veſceretur, mirabili humilitate, eximiā Dei gratiā quaſi vltionem peccatorum ſuorū interpretari ſolebat, ità reſpondens. Deus propter peccata mea raró quodā morbo me percuſſit, ità vt quamuis libentiſſimè vellem, nullo tamen modo cibos admittere poſſum. Quæſo illum pro me exorate, vt det veniam peccatis meis, quæ ſunt cauſa malorum omnium quæ patior. Eccè vndè ſuppetebat non vulgaris ſeſe efferendi materia, indè ſancta virgo de ſe vilius ſentiendi occaſionem cœpit.

Mirabilis abſtinētia.

Inſignis eius humilitas.

Fuit ſanè tota eius vita perpetua quædam oratio, prorſus vt præ amoris & gaudij magnitudine, omnem non modò ſentiendi vim interdū amiſerit, ſed nonnunquam etiam vi ſpiritûs, ſacrum eius corpus à terra eleuatum, in aëre pendulum manſerit. Quam rem non vulgari aliquo teſtimonio, ſed ipſius diplomatis, qua virgo in

Diuos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecſtaſes eius.

Diuos relata eſt, conſtat: ſic enim in eo legimus: Rapiebatur ſæpè ſancta virgo à ſpiritu, & in aëra ſuſpenſa, diuinis contemplationibus paſcebatur: adeò extrà ſe acta, vt expuncta percuſſaq; nihil omninò ſẽtiret, idq; frequentiſſimè illi cõtingebat, cũ diuina reficeretur Euchariſtia. Quãta verò luce quo ſpiritus gaudio, quo charitatis ardore, ſanctæ virginis mẽs cõpleretur, cũ ſacrã ſumeret Euchariſtiam, cæleſtique ſponſo per huius ſacramenti virtutem coniungeretur, illud argumento eſt, quod ſtatim ab ea ſumpta, ecſtaſim mentis duabus & interdum tribus horis patiebatur. Quia verò animales homines, quæ ſunt ſpiritûs Dei non aſſequuntur, varijs modis (dum ſic raperetur) eam afflictabant. Inter alios homo quidam ſceleratus, impreſſis in virginem calcibus, dum ecſtaſim pateretur, atrociter in eam deſæuiebat, qui tamen hoc non impunè tulit. Paucis enim pòſt diebus miſerrimus homo laqueo ſibi vitam eripuit.

1. Cor. 2.

Ex hac autem virginis charitate, tanta vitæ puritas & innocentia in ea orta eſt, vt Stephanus Carthuſiæ Ticinenſis Prior, qui virginis amanuenſis extitit, & longo tempore cum ea verſatus fuit, poſt alia clariſſima eius præconia, iureiurando confirmet, ſe nullum otioſum verbum, tam longo temporis ſpatio ab ea prolalum audiuiſſe. Sed quoniam ſine aliquo leui lapſu, hæc tam periculoſæ vitæ ſpatia (quæ tota tentatio eſſe dicitur) tranſigi non poſſunt, quibus gemitibus ac lamentis, quo doloris aculeo virgo ſauciata fuerit, ſi quid tale ei obtigiſſet, hoc exẽplo intelligi poterit.

Puritas & Innocentia S. Virginis.

Quodam die feſto Conuerſionis S. Pauli, tam ſublimiter ſpiritus eius in Deum raptus fuit, vt

tres

tres dies integros & noctes immota mãſerit, nulliſq́; corporis ſenſibus vſa fuerit. Tandẽ reddita ſibi dormitare viſa eſt, adeò ægrè ſpiritus ab illa cæleſti viſione ad hanc vitam redibat. Intereà venerunt ad illam duo patres Dominicani, ſciſcitantes num vellet ſe comitem præbere, ad inuiſendum inſignem quendã virum in eremo degẽtẽ. Illa reſpondit quaſi dormitans ſe velle. Sed ſimulatq́; id protulit, tanta ei iniecta religio eſt, tamq́; acerbus conſcientiæ dolor (quòd nõ ex animo, ſed quaſi per iocum locuta eſſet) vt prę dolore animi tres dies atq; noctes ſine intermiſſione tenuiſſimã illam culpã luxerit, in quã Deus eã ruere permiſit, ne reuelationis illius magnitudine extolleretur. Nã reuerà ſub hac triduana ecſtaſi ea viderat, quæ nullis poſſent verbis explicari.

**Nota admirandum dolorem de peccato leuiſſimo.**

Ex eodem autem charitatis fonte, & familiari cum Deo amicitia, diuinorum ſecretorum communionem oriri Saluator in Euangelio docet, cùm ait: Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis; Hanc autem gratiam, tãta plenitudine huic virgini puritatis amator Dominus contulit, vt cogitationum arcana & ſecreta diuina, & futura multa (quæ tùm ad priuatas perſonas, tum ad totam Eccleſiam pertinebant) cum ea velut amicus cum amico, quo familiariter vtitur, communicare ſoleret. Cuius cùm multa afferri exempla poſſent, vnum ſolummodò proferam, quod in Pij Papæ II. diplomate continetur his verbis: Pro pace Florentinorum qui cum Eccleſia diſſidebant, & interdicto ſuppoſiti erant Eccleſiaſtico, Apenniũ

**Ioan. 15.**

& Al-

& Alpes tranſire, atque ad Auinionem vſque ad Gregorium Vndecimum Pont. Max. anteceſſorem noſtrum proficiſci non dubitauit. Cui votum ſuum de petenda vrbe Roma in occulto factum, ſibi ſoli ac Deo notum, ſeſe diuinitùs cognouiſſe monſtrauit. Fuit enim in ea ſpiritus prophetiæ, multa prædixit antè quàm fierent, & occultiſſima reuelauit. Quid verò illud, quod à hoc cæleſti præceptore erudita, non modò futura prædixit, & occulta cordium patefecit, ſed mirabili etiam ſapientia donata fuit; qua & libros & epiſtolas mirabili doctrina refertas compoſuit: quodque omnem ſuperat admirationem, mulier omnis generis diſciplinarum ignara, ſæpè duobus, ſæpè tribus, interdum etiam quaternis ſcriptoribus, epiſtolas ſine vlla cunctatione dictabat.

*Claruit prophetię ſpiritu.*

Sed quoniam inter ſingularia Sanctorum priuilegia, vis & efficacia orationum, principe ſibi locum vendicat, de hac (cæteris omiſſis ne longiores ſimus) breuiter nonnihil perſtringamus. Anno ſalutis 1374 plus minus, cùm peſtis inguinaria Senas vaſtaret, accidit vt virum venerabilem Matthæum nomine, qui domui S. Mariæ de miſericordia præerat ea peſtis corriperet. Id vt primùm ad ſanctam virginem perlatum eſt, feſtina ad illum acceſſit, & prius quàm ad eum appropinquaret, eminùs clamare cœpit: Surge domine Matthæe, ſurge, nõ eſt iàm tempus in lecto molliter cubandi. Vix illa verba compleuerat, & momento temporis, peſtis & apoſtema, dolorq; omnis ità euanuêre, vt ijs nũquàm Matthęus laboraſſe videretur: lætusque & alacer è lecto conſurgens, paulò pòſt cum patre Raimundo non ægrotorum, ſed fortium hominum ſolidos

*Orationum eius efficacia.*

cibos

cibos ederet. Cuius præclari miraculi permulti teſtes fuêre.

Per idtempus quo illa peſtis graſſabatur Senis, pater Raimundus, cùm fidiſſimam quibuſcumque adeſſe poterat nauaret operam, accidit vt & ipſe contagione peſtifera inficeretur. Tum verò vt potuit, cum ſocio ad ædes ſacræ virginis ſe cõtulit. Illa verò manus ſuas Raimundi capiti admouens, flexis genibus pro ſalute eius orabat Dominũ. Inter orandũ aũt, vt ſæpè aliàs, in mentis exceſſum rapta fuit. Cumq́; ad dimidiam ferè horã ità permanſiſſet, Raimundus ſenſim ſanitatem recepit, prorſus, vt antè quàm illa ſibi reſtituta eſſet, planè curatum ſe ſentiret: ciboque ſũpto, incolumis ad priſtinos labores rediret. Frater Bartholomeus, patris Raimũdi ſocius, eâdem peſte & acriùs & diutius oppreſſus ſanctæ virginis precibus itidem reſtitutus eſt. Sunt huius generis penè infinita à virgine patrata miracula: quæ ſi ex ordine referre vellemus, vix iuſto cuncta volumine comprehendi poſſent. Vnũ adhuc ex omnibus ſubijciemus, ex quo clariſſimè virginis ſanctitas dignoſci poterit.

Pater Raimundus peſte infectus à virgine curatur.

Senis duo flagitioſi latrones capti, propter facinorum immanitatem, atrociſſimis ſunt ſupplicijs addicti. Iamque ducebantur ad mortem, & curribus impoſiti ignitis fuſcinulis diſcerpebãtur. Nemo autem eos adducere poterat, vt ſaluti ſuæ confeſſionis ſacramento conſulerent; quin potius, (quod dictu quoque horribile eſt) voces in Deum blaſphemas palàm iactabãt. Eo autem tempore erat ſancta virgo apud Alexiam ſociam & diſcipulam ſuam, cuius ædes miſerrimi illi præteribant. Vbi id autem ſenſit Alexia, celeriter indicat ſanctæ virgini; Illa ſe totam confert ad

Duo flagitioſi in ſceleribus obdurati, à virgine mirabiliter conuertuntur.

deprecandam clementiam Saluatoris pro ſalute deſperatorum; cumque vidiſſet per feneſtram ingentem turbam dæmonum, qui obſtinatos illos miſerè exagitabant, impetrat à Domino, vt poſſit ſpiritu ſe illis adiungere, & cum eis ad portam vſque proficiſci. Vt autem eam viderunt dæmones, palàm clamitabant. Si non ceſſaueris, dæmoniacam te efficiemus. Illa ſpretis procacium minis, in precibus perſtitit. Vbi ad portam vrbis ventum eſt, eccè clementiſſimus Saluator apparet obſtinatis illis totus vulneribus confectus, & ſanguine madidus, inuitat ad pœnitentiam, promittit veniam. Illi mox mutati, inſtanter petunt ſacerdotem, peccata ſua confitentur: facta confeſſione, blaſphemiæ mutantur in laudes Dei, dignos ſe etiam maioribus tormentis fatentur. Stupent omnes repentinam illam confeſſionem; carnifices quoque miteſcunt, nec audent noua inferre ſupplicia, dum vident tantam eorum pietatem ac religionem. Denique illi ad mortem haud ſecus atque ad epulas feſtinant, ſpe bona freti, ſe per ſupplicia momentanea, citiùs ad gaudia venturos ſempiterna. Quod multò etiam magis mirandum eſt, quàm ſi horum extincta corpora ad vitam eſſent reuocata. Plura eximiæ ſanctitatis eius opera referre negligimus, ne pium lectorem nimia prolixitate tædio officiamus.

Migrat è vita anno ætatis 33.

Cùm annum ætatis plus minus xxxiij. attigiſſet, incredibili CHRISTI deſiderio inflammata, aſſiduis precibus à Domino poſtulauit, vt huius mortalitatis ergaſtulo ſolueretur, quò deſiderato diù eius aſpectu frui poſſet. Non ceſſabat multiplicatis precibus Dominum exorare, vtpotè quæ rerum terrenarum nimium pertæſa,

tæſa, diſſolui cupiebat, & eſſe cum Chriſto, cùm eccè corporis infirmitate, qua detinebatur, in dies magis magiſque creſcente, terminum adeſſe vidit, quem toto vitæ tempore deſiderauerat. Ibi verò tanquam grauiſſimorum peccatorum rea, ab omnibus humiliter veniam petijt, omnibuſque Eccleſiæ ſacramentis ſe communiuit, & plenariam peccatorum omnium remiſſionem, auctoritate Gregorij XI. & Vrbani VI. Romanorum Pontificum impertiri curauit. Tum verò mortis angoribus repentè correpta, cum teterrimis dæmonibus in ſingulare certamen ingreſſa eſt. Quod ſanè tam ex dictis quàm factis eius facilè animaduerti potuit. Dæmones enim cùm inſtarét vrgerentque, vt eam vel meritorum excellentia in ſuperbiæ crimen extollerent, nonnunquam tacebat, nonnunquàm verò reſpondebat, interdum leniter ſubridens, obiecta crimina cótemnebat. Semel autem quaſi attonitis auribus arrecta, cùm parumper conticuiſſet, læto vultu reſpondit in hæc verba: Vanam gloriam nunquam, ſed veram vtique gloriam & laudem præpotentis Dei. His dictis cùm aliquamdiu viribus iam deſtituta ſilentium tenuiſſet, tandem exclamauit: Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum; ſimulque animam, tot tantiſque virtutibus exornatam, in manus Creatoris efflauit.

Vide humilitatem S. Virginis.

In agone à dæmonibus acriter impugnatus.

Funus fuit multis ciuium omnium lachrymis curatum, & in Dominicanorum eccleſiam clàm deportatum; vbi mox inſignia valdè & pręclara diuinitùs edita ſunt miracula: adeò vt ea propter toto triduo inhumatum permanſerit. Poſtquam verò honorificè ſepulturæ traditum fuit, eadem ipſa non modò non extincta, ſed etiã

Miracula ad funus eius.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præclarius aucta ſunt; prorſus vt eximiam virginis ſanctitatem, omnibus eò confluentibus notiſſimam facerent.

## *MARTYRIVM SS. MARIANI LECTOris & Iacobi Diaconi, Ex eo quod reperitur fidelißimè conſcriptum, à quodam teſte oculato, qui Epiſcopum fuiſſe C. Baron. cenſet. Coronati autem ſunt anno Incarnati verbi 262. Dionyſij Roma: Pont. 2. Valerian: & Gallie: Impp. 8.*

C Baron to. 2. Annal.

30. Aprilis.

Colonia Cirthenſis.

CVm pari ſocioque comitatu viam Numidiam verſus ingreſſi eſſemus. & ad locum qui appellatur Muguas, cui Cirthẽſis Coloniæ ſuburbana eſt vicinitas, veniſſemus, vbi diaboli rabies ad tentandam iuſtorum fidem acriter ſæuiebat, Marianus & Iacobus beatiſſimi martyres, ad ipſum coronæ locum intrepidè veſtigia direxerunt. Cruenti & cæcati Præſidis furor, per militares manus omnes Chriſto dilectos requirebat: & incredibili quadam crudelitatis inſania mulctatos, iam antè exilio retrahebat, eorumque vt ſe ſanguine inebriaret, auidis faucibus anhelabat.

Agapius & Secundinus Epiſcopi quos Martyrologia habent. 9. Aprilis.

Hęc cum dicat auctor, fratreſque Epiſcopos nominet,

In his Agapius & Secundinus antiſtites ambo, firmiſſimo inter ſe ac indiuiduo planè ſocietatis vinculo coniuncti, alter etiam carnalis continentiæ ſanctitate eximius, à certamine ad certamen aliud euocati ſunt: vt qui captiuos à ſeculi pompis in obtinendo Chriſti nomine ſubegiſſent, etiam mortis aculeos conſummatæ fidei virtute calcarent. Contigit autem vt fratres Agapius & Secundinus, ex illuſtri ſacerdotio martyres glorioſi, in eo tranſitu, quo ad beatum paſſionis ſuæ prælium, Præſidis quidem temporanea poteſtate

teſtate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſtate, ſed Chriſti electione pergebant, noſtrum interim dignarentur hoſpitium. Quibus tantus inerat gratiæ & viuificationis ſpirit⁹, vt tam ſanctis & præclaris Dei teſtibus parum iam eſſet, quòd ipſi martyrio prociosum ſanguinem deſtinaſſent, niſi etiam alios martyres fidei ſuæ inſpiratione feciſſent. Horum tanta fuit charitas, tantaque dilectio, vt licet tacitis inſitæ virtutis exemplis, fratrum fidem ſatis ſuperque extruerent; tamen paucis illis diebus, quibus nobiſcum degebant, adeò noſtrum omnium mentes diuinis ſermonibus inflammarunt, vt Marianum & Iacobum exemplo & magiſterio ſuo diſpoſitos, incredibili quodam martyrij amore ebrios relinquerent. Cùm enim biduum ab eorum certamine ſanè glorioſo fluxiſſet, nos qui in villa relicti recentiſſima gloriæ veſtigia ingredi parabamus, violenta manu ad idē certamen requiſiti ſumus.

quos ſuſcepit hoſpitio ſe quoque Epiſcopum fuiſſe prodit.

Et quidē cùm à Muguis in Cirthenſem Coloniam traheremur, Marianus & Iacobus ponè ſequentes, cùm nos exultantiùs ad cōſtantiam hortarentur, ſe quoque Chriſtianos eſſe liberiori gaudio prodiderunt. Mox igitur interrogati, cùm in fortiſſima Chriſti confeſſione perſtarent, deducuntur in carcerem. Tunc attentantur numeroſis duriſque cruciatibus, per ſtationarium militem, iuſtorum piorumque carnificem, adhibitis in auxilium crudelitatis eius centurionum & Cirthenſium magiſtratibus, tanquàm fides eorū, quibus corporis cura vilis erat, membrorum laceratione frangeretur. Et quidem Iacobus, qui in virtute fidei magno excelſoque animo præditus erat, & iam antè infeſtatiōes variæ perſecutionis euicerat, ſe nō modò Chriſtianum, ſed Diaconū quoque eſſe confeſſus eſt; quem protinus pari

Marianus & Iacobus ducūtur in carcerem & dirè torquentur

Erant ſtationarij apparitores qui certis locis diſpoſiti, exorientes tumultus ac rixas comprimerent, quidque vbique ageretur, præfecto deferrent & carnifices etiam intereſſent.

virtu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

virtute ſecutus Marianus, ſe Lectorem eſſe excla-
mauit. Hinc furor carnificum vehementius in-
cenſus, noua atrocioraque exquiſiuit ſupplicia.
Et quidem Marianum extremis pollicum apici-
bus ſuſpenderunt, addita pedibus immani pon-
derum mole, vt diſcordãtibus pœnis totius cor-
poris compago ſolueretur. Sed Marianus quan-
quàm concuſſis lateribus, diuulſus visceribus &
compagine planè reſoluta, immani apateretur;
mente tamen imperterritus conſtitit; prorſus
victa torquẽtium feritate, nouo triumpho ex-
tans ad carcerem reduceretur; vbi cum Iacobo &
reliquis fratribus, gaudium victoriæ Dominicæ
frequenti oratione celebrauit.

In carcere autem non ſine mirificis riſionibus
commorati, tandem in publicum protracti ſunt,
vt eo Cirthenſium magiſtratus eulogio confeſſi-
onis ſuæ honoratos, tranſmitteret cum parte di-

Adijcitur Confeſſor numero martyrum.

nationis ad Præſidem. Et eccè vnus è circunſtan-
tibus noſtris omnium in ſe gentilium conuerti
oculos, quòd iam per gratiam proximæ confeſſi-
onis, Christus in ore eius & facie relucebat. Cum-
que ex eo turbulentis & feruentibus animis quæ-
reretur, an eiuſdem & ipſe eſſet religionis, rapu-
it tam dulcem promptiſſima confeſſione comi-
tatũ. Sic eulogijs ſuis beati martyres, plures Dei
teſtes, dum ipſi ad martyrium parantur, acqui-
runt: & iam tranſmiſſi ad Præſidem, negocioſum
ac difficile iter cum voluntate properauerunt.

Hoſpitia Chriſtianorũ carceres.

Tunc eos Præſidi admotos, iterum Lambeſita-
nus carcer accepit. Hæc enim ſola apud Genti-
les hoſpitia iuſtorum. Interim per dies pluri-
mos rabies inſanientis Præſidis, tam multis la-
icorum occupabatur vulneribus: quod ad Iacobũ
& Mariannũ, clericorumque victimã perueniret

non poterat. Nam ità inter ſe noſtræ religionis gradus, artifex ſæuitia diuiſerat, vt laicos à clericis ſeparatos, tentationibus ſeculi, & terroribus ſuis putaret eſſe ceſſuros.

*Nota multã cædẽ Chriſtianorum.*

Ergò chariſſimi noſtri & fideliſſimi Chriſti milites cæterique de Clero, contriſtari aliquantulùm cœperunt, quod laicis certaminis ſui laude perfunctis, ſeruaretur ſibi tam lenta & ſera victoria. Tunc Agapius, qui iamdudùm martyrio ſuo conſummatæ fidei ſacramenta perfecerat, qui & ipſe, cùm pro puellis duabus Tertulla & Antonia, quas ſibi chariſſimas ad vicem pignorũ diligebat, repetitis frequẽter precibus oraret, vt ſecũ & illæ Dei dignatione martyres fierent, retulerat meritorum ſuorũ tali reuelatione fiduciam: Quid aſſiduè petis, quod vna oratione meruiſti? Is ergò Agapius, agenti Iacobo in carcere ſecundum quietis tempus apparuit. Nam ipſa, inquit, nocte Agapium noſtrum videbam, inter omnes alios lætiorem, quos vnà nobiſcum Cirthenſis carcer incluſerat, ſolenne quoddam & lætitiæ plenum celebrare conuiuium. Quò cùm ego & Marianus, quaſi ad Agapem ſpiritu dilectionis & charitatis raperemur, accurrit obuius nobis puer, quem conſtabat eſſe alterum ex geminis ante triduum cum matre paſſis, corona roſea collo circundatus, & manu dextera palmam viridiſſimam præferens. Et quò properatis inquit? Gaudete & exultate, cras enim & ipſi nobiſcum cœnabitis. O Dei magna in ſuos, & præclara dignatio. O verè paterna pietas, in Chriſto IESV Domino noſtro, qui dilectis ſuis & indulget tam larga beneficia, & clementiæ ſuæ munera præſtaturus antè declarat.

*Agapius martyr.*

*Agapius apparet Iacobo in carcere.*

*Gemini cũ matre paſſi.*

Dies à viſione primus illuxerat, & iam pro-

miſſis Dei, ſententia Præſidis ſeruiebat: quæ Marianum & Iacobum & cæteros clericos, tandem patriarchis cum gloria redditos, è preſſuris ſeculi ſententia animaduerſionis emiſit. Et perducti ſunt ad coronæ locũ, qui riparum collibus hinc indè ſublimis, media fluminis conualle ſubſederat, ſed & ſpectaculo erat celſa vtrinq; altitudo aggeris. Aluẽs ipſe medio ſinu fluorem beati ſanguinis hauriebat. Nec deerat vtriuſque ſacramenti genus, cùm & baptizarentur ſuo ſanguine, & lauarentur in flumine.

Baptiſmus ſanguinis & fluminis.

Mira tunc vbi cernere poſſes, & exquiſita compendia ſæuiendi. Nam cùm manum carnificis gladiumque ipſum, tot ceruicibus debitum, numeroſus iuſtorum populus vrgeret, artificis feritas diſpoſitas agminum ſeries in ordinem dirigebat, ſcilicet vt ſacrilegi percuſſoris ictus, velut impetu quodam furoris pia colla percurreret. Deinde, vt nè expectabile fieret cruentum illud & barbarum miniſterium, hanc ſibi expeditionem ſceleris inuenit. Nam ſi vno in loco percuſſurus ipſe conſiſteret, immenſam struem corporum cumulus aceruaret, & ipſum denique ſpatium tãta ſtrage completus alueus denegaret. Tũc oculis ſub ictu ferri de more velatis, nullę tamẽ aciem liberæ mentis clauſêre tenebræ, ſed largus atque ineſtimabilis ſplendor immenſæ lucis adfuit. Nam plerique cum proximis atque aſſiſtentibus ſibi fratribus, quamuis in viſum carnalis aciei pars non pateret, videre ſe tamen & mira quædam loquebantur, quòd ſibi apparerẽt equi deſuper, niueo colore candentes, quibus veherentur iuuenes candidati. Nec defuêre ex eodem martyrum numero collegarum quidam, qui reuelationẽ atteſtarẽur auribus, & ex auditu

Poſtremę viſiones oſtẽſæ martyribus.

equo-

equorum fremitus ac ſonos recognoſcerent. Ibi & Marianus prophetico ſpiritu; iam repletus, fidenter ac fortiter prædicabat proximam iuſti ſanguinis vltionem, variaſque ſeculo plagas, vel de cæli iam culmine minabatur luem, captiuitatem, famem, terræque motus, cynomiæ venena cruciantia. Qua prædicatione, non tantùm Gentilibus inſultabat fides martyris, ſed etiam fratribus vigorem æmulandæ virtutis, & quaſi claſſicum præcinebat, vt inter tantas ſeculi plagas, iuſtis Dei tam bonæ atque piæ mortis raperetur occaſio. His peractis, Machabæico gaudio Mariani mater exultans, & paſſione perfecta iam ſecura de filio, non illi tantùm cœperat, ſed & ſibi, quæ tale pignus ediderat, gratulari. Complectebatur in filij corpore ſuorũ viſcerum gloriã, & in ipſa ceruicis vulnera, frequens oſculum pietas religioſa figebat. O te meritò Mariani, ô te beatam & filio tuo matrem & nomine. Quis in ea tanti vocabuli fœlicitatem credat erraſſe, quã ſic vteri ſui fœtus ornauit? Inæſtimabilis verò Dei omnipotentis & Chriſti eius in ſuos miſericordia, qui fidentes in ſuum nomen, non ſolùm gratiæ dignatione confortat, ſed & ſanguinis ſui redemptione viuificat. Nam quis digna æſtimatione poſſit eius beneficia metiri, qui in hoc paterna indulgentia ſemper operatur, vt in nos & hoc ipſum quo Dei noſtri ſanguine rependi credimus, conferatur. Cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De hac Mariani prophetia, vide infra in fin.

Matris Mariani virilis animus.

Beata enim ipſa appellebatur.

Satis apparet, Auctorem huius certaminis, dũ ſeruaretur in carcere cum alijs martyribus, hæc ſcripſiſſe, ac ſic fideliter memoriæ commendata, fidelibus tradidiſſe, ac demum optatam diu, & ad quam tantoperè inhiabat, coronam martyrij

fuſo ſanguine percepiſſe.

Viſio de clade Romani exercitûs.

Nam clades per viſum oſtenſas, & à Mariano generatim expreſſas, ſi auctor ſuperuixiſſet, eas iam contigiſſe vidiſſet, ac proindè quid portendiſſet illa candidatorum acies equitum, viſa & audita à ſanctis martyribus, facilè expreſſiſſet. Nempè immenſam illam cladem, quæ hoc ipſo anno, non poſt multum temporis à nece martyrum eſt ſubſecuta; cum Roma. exercitus à Perſis eſt profligatus, cùm & miſerando modo, ac planè infeliciſſimo (quod numquam antea acciderat, nec per multa poſt ſecula eueniſſe reperitur) Valerianus Imperator, captiuus ductus eſt à Perſis, vile mancipium factus. Item ciuiles illas ingruentes vndiq; turbas; triginta tyrannos, tam immanitèr, tamque ferociter diuerſis in locis ex improuiſo ſub Gallieni Imperio emergentes, atq; Rempubl. peſſumdantes; Barbarorum irruptiones, terræ motus, hiatus, terræ, maris effuſionem, peſtilentiam, alioſque infeliciſſ. caſus, qui ſequenti anno Romanum Imperium diriſſimè exagitare cœperunt.

*MARTYRIVM S. MAXIMI, QVI PRImus paſſus eſt Epheſi, Aſiæ ciuitate, circa annum Chriſti Domini 254, ſub Decio Imp. teſte C. Baronio tom. 2. Anna. Ex actis, vt videtur, publicis, quæ proconſularia dicebantur, deſumptum.*

30. Aprilis.

Decreta Decij Imperatoris.

DEcius Imperator, volens profligare Chriſtianorum legem, promulgatis per orbẽ vniuerſum decretis, ſtatuit vt Chriſtiani oẽs, relicto Deo viuo & vero, dęmonijs ſacrificarent: qui verò id recuſarent ſuppliciorũ atrocitate necarẽtur. Quo tẽpore Maximus, homo quidẽ plebeius, ſed eximia pietate prædirus, palàm ſe

Chriſtianũ confeſſus, Optimo Proconſuli apud
Aſiã oblatus eſt. Et quidem Proconſuli de nomi-
ne & conditione eius interrogãti, martyr reſpõ-
dit: Maximo mihi nomen eſt, cõditione quidem
ingenuus, ſed ſeruus Chriſti Ieſu, etſi peccator.
Tunc Proconſul: Noſtine, inquit, inuictiſſimorũ
principum decreta, quæ Chriſtianis omnibus, re-
licta ſuperſtitione, deorũ cultũ præſcribunt, &
verũ principẽ, cui omnia ſubiacent, cognoſcere
iubent? Cui Maximus: Iniquã huius principis ſen
tentiã cognoui, ideoq; me palàm oſtendi. Ego aũt
non ſacrifico, niſi ſoli Deo, cui me ab ineunte æ-
tate ſacrificaſſe gratulor. Cui rursùs Proconſul:
Sacrifica, inquit, ne te varijs affectum tormentis,
extrêmo ſupplicio ſubijcere cogar. Et Maximus:
Hoc eſt, inquit, quod ſemper in votis habui, vt
huius corporalis ergaſtuli vinculis ſolutus, ad
ſempiternã vitã migrare valeã. Tunc Proconſul
fuſtibus eũ cædi iubens, inter cædendũ dixit: Eri-
pe te, ô Maxime, maturo ſacrificio ab his ſuppli-
cijs. At martyr in cõſideratione ſuppliciorum
ſuorum exultans: Ego, inquit, hæc quæ pro no-
mine Domini noſtri Ieſu Chriſti patior, nullo
modo tormenta reputo, ſed tum demum in vera
& ſempiterna tormenta incidam, ſi fluxæ huius
ac periturae vitæ amore perfidè à Chriſti confeſ-
ſione defecero. Tunc Proconſul in eculeo eum
ſuſpenſum torqueri iuſſit, dicens: Iam tandem a-
gnita ſtultitia tua ſacrifica, vt vitam, mortis ſup-
plicio penè circumuentã, lucreris. At Maximus:
Lucrabor planè, inquit, vitã ſi non ſacrificauero.
Mihi verò fuſtes, nec vngulæ, nec ignes tui vllũ
dolorem adferunt, quia in me manet gratia
Chriſti. Tunc Proconſul lata ſententia lapi-
dibus eum obruendum tradidit. Raptus eſt cõfe-

*Maximus Conſuli oblatus, præclarè reſpõdet.*

ſtim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtim à miniſtris diaboli athleta Chriſti gratias ſine fine Deo agens, quòd eum tanta gloria dignum faceret, & triumphũ de diabolo, cui nulla in terris poteſtas comparari poteſt, adeò glorioſum concederet. Perductus igitur extra muros martyr, lapidibus cæſus beatam animã Chriſto tradidit: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

*Lapidibus obruitur S. Martyr.*

# MAIVS.

*C. Baron. to. 1. Annal.*

*VITA & MARTYRIVM S. APOSTOLI Philippi, quo coronatus eſt anno Chriſti 54. Claudij verò Imp. 12. apud Hierapolim Aſiæ ciuitat. Ex Breuiario Romano & ijs quæ ſunt apud Metaphraſten.*

*1. Maij.* *Patria eius.*

PHILIPPVS Chriſti Ieſu Apoſtolus, Bethſaida ciuitate Galilææ oriundus, cum à parentibus in omni laudabili diſciplina optimè eſſet inſtitutus, libros perlegit Moſaicos, & quæcunque fuerant prædicta de Chriſto myſteria, alta mente recondidit. Poſtquam verò Chriſtus Dominus in Galilæam veniſſet, ac hunc magnum inueniſſet Philippum, eum ſe ſequi iuſſit. Qui protinùs diuino ſplendore mirificè illuſtratus, veræ ſalutis authorem agnouit, cuius aduentum in terris Prophetarum omnium vocibus promiſſum iam antè legerat, eumque ſecutus eſt. Itaque Chriſto tota mente & corpore adhærens, tanta ex eius conſuetudine ac ſtupendis rerum factis admiratione, cum eximia voluptate coniuncta affectus eſt, vt alios ſimiliter

*Philippus vocatur à Chriſto.*

primæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN